E. K. WATERHOUSE.

SOCIETÀ NAPOLETANA

DI

STORIA PATRIA

MONUMENTI STORICI

SERIE SECONDA

DOCUMENTI

T. II. — PARTE I.



NAPOLI 1885.

Edizione di 275 esemplari numerati

Esemplare N.° 88

MONUMENTA

AD

NEAPOLITANI DUCATUS

HISTORIAM PERTINENTIA

quae partim nunc primum, partim iterum typis vulgantur

CURA ET STUDIO

BARTHOLOMAEI CAPASSO

cum ejusdem notis ac dissertationibus

TOMUS SECUNDUS

PARS PRIOR

NEAPOLI

EX REGIO TYPOGRAPHEO FRANCISCI GIANNINI & FIL.

Mdccclxxxv

MONITUM

Cum ex secundis curis et ex nova documentorum accessione instrumenta in Regestis Neapolitanis, *post t. I hujus operis publicationem, diversum aliquando numerorum ordinem acceperint, necesse est, ut citationes numerorum ipsorum, quae in eodem volumine occurrunt, et ibi aliter se praebent ac revera heic nunc sunt, ad rectam rationem reducantur. Lectorem igitur rogo ut numeros illos secundum tabellam, quam infra appono, corrigere velit.*

T. I, p. 121,	nota (3)	*Reg. Neap.*	nn. 417, 419, 420	*corrige*	nn. 405, 407, 408
» »	nota (4)	»	nn. 415, 418, 424, 425,	»	nn. 403, 404, 406, 412
		»	nn. 422, 423	»	nn. 409, 410
» »	nota (5)	»	nn. 430, 431 *etc.*	»	nn. 420, 421.
» p. 129,	nota (2)	»	n. 287	»	n. 277
» »	nota (6)	»	nn. 300, 394	»	nn. 290, 381
» p. 130,	nota (2)	»	nn. 424, 438, 480	»	nn. 412, 426, 468
» »	nota (5)	»	nn. 404, 410	»	nn. 401, 424
» p. 131,	nota (4)	»	nn. 428-436	»	nn. 417-422
» p. 133,	nota (3)	»	n. 482	»	n. 470
» »	nota (7)	»	n. 528	»	n. 521
» »	nota (8)	»	n. 490	»	n. 486
» p. 135,	nota (6)	»	nn. 573, 584, 585	»	nn. 555, 567, 578
» p. 136,	nota (1)	»	n. 609	»	n. 590
» »	nota (4)	»	nn. 625, 631, 633, et 642	»	nn. 607, 612, 614, 624
» »	nota (5)	»	nn. 644, 650, et 694	»	nn. 627, 633, et 678

IV.

REGESTA

NEAPOLITANA

AB ANNO 912 AD ANNUM 1139

PRAEFATIO

Quod in totius operis praefatione iam pollicitus sum, me scilicet de fontibus, ex quibus documenta ad Neapolitani ducatus historiam pertinentia hausi, de chronologica eorum ratione, et de variis eiusdem ducatus chartarum generibus ac caracterum formis disserturum, id nunc Regesta Neapolitana *pubblicae luci commendans, non omni ex parte heic praestare possum. Nam, cum secundum hoc volumen ita praeter opinionem in dies excreverit, ut bifariam illud distribuere necesse fuerit, ne utræque partes inter se abnormes evaderent, quae de chartarum Neapolitanarum generibus, caractere, et ratione chronologica dicenda erant, ea in peculiari dissertatione ad alteram ipsius voluminis partem amandare visum est. Reliquum igitur pollicitationis meae in aliud tempus differens, heic tantummodo de fontibus, quae mihi documenta ad* Regesta *conficienda suppeditarunt et de ratione, qua eadem confeci, breviter edisseram.*

Et primo notandum est omnia istiusmodi documenta apud ecclesias et potissimum apud vetustiora nostrae urbis monasteria, iam olim adservata fuisse, sive quod ad ea loca pertinerent, sive quod a privatis hominibus inibi ad custodiam deponerentur. Ita plura nostrorum ducum diplomata, plurima omnis generis instrumenta, quae edacitatem temporis vel hominum incuriam effugerant, sive integra ex autographis aut exemplis in membrana exaratis, sive breviata ex Summariis aut Polyptychis chartaceis (Catasti) *nobis ad patriae historiae commodum pervenere. Monasteria vero, quae prae ceteris hanc pretiosam supellectilem vel ma-*

xime custodiebant, haec sunt: vid. Ss. Petri et Sebastiani, Ss. Severini et Sossii, S. Gregorii Armeni, *vulgo* S. Liguoro, Ss. Marcellini et Festi, S. Patriciae, *et* S. Gregorii ad regionarium; *de quibus pauca dicere liceat, eorum enim frequens in* Regestis *mentio.*

Asceterium Ss. Petri et Sebastiani, *ut ab eo ordiar, unde majorem documentorum copiam nacti sumus, quatuor diversas monachorum congregationes cum earum rebus et iuribus diversis temporibus in se recepit, scil.* S. Salvatoris in insula maris *et* S. Petri ad castellum *monachorum latinorum ordinis S. Benedicti, nec non* Ss. Sergii et Bacchi *atque* Ss. Theodori et Sebastiani *monachorum graecorum ordinis S. Basilii.*

Prima S. Salvatoris in insula maris (1) *mentio in S. Patritiae Actis habetur. Ibi constantinopolitanam virginem apud Neapolim appulsam, et in insulam, ubi monasterium in honorem Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi extabat, ingressam fuisse fertur; quod post medium saeculum VII. accidisse iam inter omnes convenit* (2). *Monasterium a monachis* in cellis consistentibus *tunc incolebatur, et in hoc statu permansit, usque dum sanctus episcopus Athanasius saeculo IX.* crebra exhortatione illos admonens regulari sub districtione in coenobio degentes sub abbatis regimine constituit (3). *Locus non modo per id temporis, sed etiam deinceps et apud nostrates et apud finitimos populos, nominis celebritate inclaruit; ita ut rebus et iuribus quam plurimis atque plerisque ecclesiis saepe a ducibus Neapolitanis et ab ipsis principibus Langobardis vel Northmannis Salerni et Capuae imperantibus* (4), *non secus ac a privatis hominibus, mirum in modum, locupletaretur atque amplificaretur. Ibi praeterea Sergius IV. dux, et corpore et animo confectus, anno circiter 1036, cum a ducatu se abdicasset, monachum induit et in sancta conversatione vitam explevit.*

At saeculo insequenti S. Salvatoris coenobium a monachis destitutum fuit et castrum in insula Megaride munitum; quod sub finem Neapolitani Ducatus accidisse, contra Collenucii et aliorum nostrorum scriptorum sententiam (5), *qui ad an. 1170 id factum amandant, ego autumo. Ibi enim anno 1140 castellum S. Salvatoris extitisse ex Falconis Beneventani testimonio cognitum habemus* (6) *et an. 1164 S.* Salvatoris *monasterium in ecclesia S. Petri ad castellum iam congregatum fuisse ex documentis pro certo scimus* (7). *Facile igitur evenire potuit, ut cum Neapolim saepissime, inter annos 1130 et 1135, Rogerius rex terra marique aggrederetur, Sergius VII. dux ad urbis defensionem ibi arcem munierit, et monachi, ut militibus locum cederent, alio commigrare iusserit. Ceterum ecclesiam* S. Petri ad castellum, *cuius in istrumento anni 1063 (*Reg. Neap. *n. 494) notitiam invenio, in castro Lucullano, olim anno 901 destructo, et eo loci, ubi nunc regia finitimæque ad septentrionem aedes, extitisse compertum est. Inde ei* ad castellum *nomen inditum. Sic monachi S. Salvatoris in continentem abierunt et apud dictam ecclesiam usque ad annum 1301 incolatum posuerunt; eo siquidem tempore Bonifatius VIII. Papa locum Mariae Caroli II. regis uxori cum omnibus iuribus et pertinentiis suis concessit, ut in eo virginum asceterium sub regula b. Dominici institueret, monachis ibi degentibus per alia eiusdem ordinis S. Benedicti monasteria Neapoli extantia scil. Ss. Severini et Sossii, S. Sebastiani et S. Ma-*

riae ad cappellam distributis (8). *Tunc Carolus II., ut ipse in suo diplomate anni 1303 inquit, monasterium ipsum, in quo* claustralem mansionem *domina Elisabeth, Ungariae Regina, Mariae soror, agere decreverat, non modo* necessariis ampliavit accomodis et utilibus incrementis auxit, *sed etiam pluribus privilegiis et immunitatibus ditavit* (9). *Cum autem saeculo insequenti, propter bellorum inter reginam Iohannam II. et Alphonsum Aragonum regem vicissitudines, monasterium ipsum, monialibus eiectis, omni supellectili spoliatum et ignis incendio concrematum fuisset, Martinus V. Papa eisdem monialibus S. Sebastiani monasterium concessit, quod tunc in commendam ab episcopo Melitensi detinebatur, et utraque monasteria insimul univit atque in futurum Ss. Petri et Sebastiani nuncupanda mandavit* (10). *In ipso incendio* libri censuales *monasterii præfati*, inventaria, quaterna antiqua *et alia hujusmodi documenta, uti quoddam reginæ Isabellae, regis Renati viri sui* vicariæ *diploma testatur, deperdita et consumpta fuerunt* (11).

De Ss. Sergii et Bacchi *monasterio pauca comperta habemus. Exstabat olim extra urbem ad occidentem iuxta parvam S. Vincentii insulam, et proprie in ea regione, ubi nunc navalia* (12). *Sub initium saeculi X. iam, ut ex documentis patet* (13), *in illo de quo mox agam, ecclesia tantum superstite, congregatum fuerat.*

Monasterium denique Ss. Theodori et Sebastiani, *quod in vetustis documentis* ad casa picta *dicitur situm* in viridiario, *in pomoerio occidentali urbis erat positum, ubi nunc quoque via quædam ab eo nomen retinet. Origo eius antiquissima. Ex epistolis enim S. Gregorii Magni habetur notitia cuiusdam monasterii Ss. Sebastiani, Hermetis, Cyriaci et Pancratii a Romano, clarissimae memoriae viro, fundati* (14), *quod unum et idem videtur esse ac istud, de quo loquimur. Sanctus Pontifex ipsum cum alio in* Plaia *situm et quod Craterense seu Crateras dicebatur, et fortasse, si coniecturae locus, S. Theodoro dicatum erat, coniunxit; unde monasterium postea utrumque titulum accepit. Utcumque sit, certo graecis monachis tunc et deinceps per plura saecula addictum fuit; ipsi enim in documentis, quae infra habentur, graecos se vocant et graeco idiomate subscribunt* (15).

Quamdiu hic rerum status in eo duraverit et quomodo cessaverit, incertum est; verum, cum post medium saeculum XII., in documentis eiusdem nulla amplius graecorum monachorum vestigia occurrant, facile crediderim circa ea tempora vel paulo ante monachos latinos sub regula S. Benedicti illis successisse. Praeterea tunc monasterium ipsum iuris S. Neapolitanae ecclesiae dictum (16) *invenio, et abbatem auctoritate Neapolitani archiepiscopi negotia eiusdem procurare video* (17). *Deinceps, saeculo XIV. exeunte, in abbatum Commendatariorum potestatem pervenit* (18), *donec anno 1426 monialibus S. Petri ad Castellum, uti iam innui, concessum fuit et utriusque monasterii titulo decoratum.*

Denique post varios casus et varia rerum discrimina, quibus celeberrimum coenobium fuit obnoxium, sive in urbis obsidione annis 1527 et 1528, sive in civilibus populi Neapolitani annorum 1647 et 1648 motibus, saeculo hoc ineunte, scilicet anno 1808, monialibus alio translatis, omnino abolitum fuit.

Quoad vero horum omnium monasteriorum, postquam in unum coaluerant, documenta

attinet, animadvertendum est, ea medio saeculo XV. in seriem redacta, ac tum numeris romanis tum argumentis in aversa membranarum facie adscriptis signata atque declarata fuisse. Praeterea tunc duplex etiam membranarum omnium, quae supererant, inventarium descriptum fuit, in quorum altero S. Sebastiani, in altero S. Petri ad Castellum instrumenta summatim adnotata fuerunt. Aliquando utrumque inventarium in notis ad membranas appositis Catastum *appellatur. Nunc vero eorum exempla tantum in regio Neapolitano archivo supersunt* (19).

Postea saeculo XVII. omnes huiusmodi membranas, jam numeris arabicis signatas et forte tunc temporis in fasciculos distributas, Carolus de Lellis, vir patriarum rerum investigator acerrimus, iterum qua breviter et jejune, qua magis ample adnotavit. Librum, quem ego affero sub titulo: Notamenta instrumentorum S. Sebastiani (20), *ex bibliotheca familiae Bonito e principibus Casapesennae a cl. viro Camillo Minieri Riccio pretio emptum, ego deinceps acquisivi et nunc servo. Praeter membranas denique in regio Neapolitano archivo aliae etiam Ss. Petri et Sebastiani extant scripturae, e quibus exemplum aliquod instrumenti ad Neapolitanum ducatum pertinentis, cuius autographum periit, mihi suppeditatum fuit, et multa etiam ad eiusdem historiam et ad urbis nostrae topographiam illustrandam hausi. Inter quas praecipue adnotandae sunt quae in 110 voluminibus comprehenduntur* (21) *et libri censuales qui vulgo* Platee *vocantur* (22).

Nunc ad Ss. Severini et Sossii *monasterium transeamus. Extabat olim ante medium saeculum IX Neapoli in vico Missi quaedam ecclesia, de cuius titulo inter patrios scriptores ambigitur* (23). *Ibi Acculsarius sive Acculsius quidam Abbas presbyter, jubente Athanasio episcopo et Duce (877-898), monachorum collegium sub S. Benedicti regula instituit* (24). *atque S. Severino abbati dicavit* (25). *Paulo post in eadem ecclesia, novis aedificiis amplificata,* λείψανα *prius ejusdem sancti Noricorum apostoli e castro Lucullano extracta, dein S. Sossii diaconi e Miseni ruinis eruta, honorifice recondita fuerunt* (26). *Ita monasterium sub titulo Ss. Severini et Sossii ex eo tempore maximis celebratum est obsequiis atque privilegiis et donationibus ditatum; quo usque in superioris saeculi anno ultimo ipsum a plebe direptum atque vastatum Ferdinandus Borbonius rex primum, et deinceps, cum per paucos annos restitutum fuisset, Ioseph Napoleo anno 1807 denuo abolevit.*

Monasterium hoc documentorum numerum haud minime spernendum in archivo servabat et, praeter alias scripturas sequioris aevi, membranarum, quarum antiquissima ad annum 930 pertinet, supra bina millia. Sed earum ne dimidia pars quidem nunc in regio Neapolitano archivo superest. Deperditorum vero plura reperiri possunt in quodam volumine, cui titulus Protocollo, *P.º 929 — 1549* (27). *Praeter haec etiam summaria omnium in quodam indice seu repertorio sub initio saeculi XV. descripto reperiuntur* (28). *Ex his voluminibus non parvum operi meo praesidium accessit.*

S. Gregorii *maioris, vulgo* S. Liguoro, *asceterium iam a sanctimonialibus e Byzantio Neapolim ob imaginum persecutionem profectis originem habuisse memoriae proditum est. Olim ex quatuor antiquissimis coenobiis sub titulo S. Salvatoris, S. Sebastiani, S. Panta-*

leonis atque S. Gregorii constabat. Sergius dux anno 1024 illa in unum, uti diploma, quod alibi referam, testatur, aggregavit et copulavit (29).

Asceterium, semel atque iterum lege obsoletum, adhuc exstat, sed membranae eiusdem, ex monasteriorum prima abolitione an. 1807 peracta, quotquot supererant, in regium Neapolitanum archivum invectae fuerunt, ubi patriarum rerum studiosus eas reperire poterit. Praeterea saeculo XVII. idem Carolus de Lellis eas, ad vigintiduo et sexcentas numero, majore quam in aliorum monasteriorum breviariis diligentia, summavit in quodam volumine, quod a bibliotheca familiae Bonito item ad eumdem cl. virum Camillum Minieri et ab eo deinceps ad me pervenit. Ex hoc libro, quem ego sub titulo: Notamenta instrumentorum S. Gregorii *designo*, (30) *omnium documentorum, quae olim perierunt, summaria in* Regestis *transcripsi.*

De monasterio Ss. Marcellini et Festi *alibi, scilicet t. I, p. 201 et 207, egi. Heic tantum adnotare iuvat membranas eiusdem,* (31) *quae ad numerum 508 computabantur, in fasciculos, litteris usque ad M designatos, olim distributas fuisse. Eas idem Carolus de Lellis, ut et alias S. Sebastiani et S. Gregorii, breviavit et in eodem volumine cum instrumentis S. Sebastiani collegit* (32). *In fasciculo M signato praecipue documenta ad Neapolitanum ducatum pertinentia comprehendebantur; verum plurima eorum defecerunt, et nunc in Neapolitano archivo desiderantur.*

In superiori nostrae urbis parte saeculo VI., uti fertur, quoddam monasterium Ss. martyribus Nicandro et Marciano dicatum a monachis ordinis S. Basilii incolebatur. Quum autem ibi ex monitu corpus beatae Patritiae virginis, quae in insula S. Salvatoris obierat, repositum fuisset, monachi locum Aglaiae sociae eius ac sequacibus et ancillis, ut in eo domicilium ponerent, cesserunt. Ex hoc S. Patritiae etiam nomen, saeculo X. vergente, obtinuit. Deinceps anno 1807 rebus eiusdem fisco addictis et membranis superstitibus in regium Neapolitanum archivum invectis, primitus abolitum fuit. Nuper autem denuo proscriptum, exactis sanctimonialibus, omnino defecit. Membranarum omnium, quarum pauca ad argumentum meum spectant, an. 1723 quoddam Summarium, seu Reassunto degli antichi istrumenti, che si conservano nell' archivio del ven. monastero di S. Patrizia *redactum fuit, quod nunc cum antiquis ejusdem monasterii* Necrologio (33) *et* Martyrologio *ex libris ab egregio viro d. Vincentii Cuomo publicae utilitati addictis, in bibliotheca municipali exstat.*

De S. Gregorio ad regionarium, *cuius plura documenta supersunt, haec habeo. Ex instrum. anni 967 iam tunc monasterium hoc extitisse elicitur* (34). *Aliunde etiam scimus ipsum ordinis S. Benedicti et in regione Furcillense contra S. Georgii maioris ecclesiam positum fuisse. Anno 1150 Cavensibus addictum fuit* (35), *et dein saeculo XV penitus extinctum. Documenta eiusdem maiori ex parte in celeberrimo illo SS. Trinitatis archivo adservantur, unde ego exempla accepi beneficio R.*[mi] *p. d. Bernardi Caietani de Aragona, tunc eidem archivo praefecti, nunc episcopi Sitinensis; quaedam etiam in regio tabulario, nescio unde et quomodo illuc invecta, reperiuntur.*

Monasteria denique S. Gaudiosi (36), *in quo aliud S. Mariae de Agnone saec. XVI. adnexum fuit,* S. Archangeli ad Baianum, *de quo infra p. 23 not. (2) quaedam habentur, et* S. Mariae *ad* Albinum, (37) *omnia monialium ordinis S. Benedicti; atque monasterium monachorum* S. Mariae ad Cappellam (38), *ordinis S. Basilii, in quo antiquius Ss. Anastasii et Basilii* ad Media *confluxit ac* Ss. Ianuarii et Agrippini foris ad corpus (39) *monachorum ordinis S. Benedicti, necnon Capitulum maioris ecclesiae Neapolitanae* (40), *ecclesiam* S. Archangeli Armeriorum (41) *atque Stauritam* S. Georgii *catholicae maioris , heic tantummodo ex nominibus memorare satis esse puto. Pauca enim eorum documenta sive ex* R. Neapolitani Archivi Monumentis, *sive ex aliis libris impressis iam vulgata, sive ex cod. Ms. Tutinii* (42), *de patria historia optime meriti, in bibliotheca Brancacciana adservato, desumpta, operi meo accesserunt.*

Ex his itaque fontibus documenta, quae sequuntur, collegi et collecta ad Regesta Neapolitana *conficienda adhibui. Et primum, quae adhuc exstant et typis vulgata sunt, uti iam in generali praefatione innui, ita ipsis earumdem membranarum verbis breviare studui, ut nihil quod ad chronologiam, historiam, topographiam, magistratuum et officialium ordines, iudicia vel consuetudines aut ad morum linguaeque illius temporis notitiam pertineret, omitterem; quae vero nunc deperdita sunt nec integra reperiuntur, ad fidem codd. manuscriptorum vel librorum impressorum qui ea referunt, exscripsi. Aliquando etiam textum iam vulgatum, ubi occasio se praebuit, originalis membranae collatione emendavi, nec semper de his lectorem monui; codd. vero manuscriptorum vel librorum, unde deperditorum summaria hausi, menda, vel paucissima, minus saepe, et proprie cum librariis manifesto adtribuenda erant, ex locorum similium alibi occurrentium comparatione ad meliorem lectionem redegi. Inedita vero documenta sive ad archetyporum, cum archetypa exstarent, fidem, sive ex apographis, cum illa perierunt, in codd. Mss. olim expressis, omnia integre protuli. Quibus, inter edendi operis moras, nova, neque quidem parvi momenti, adiectio feliciter accessit.* Societas *enim* historica Neapolitana *ab heredibus Iosephi Fusco omnes membranas, quas Salvator, eius pater, sub initio huius saeculi undique conquisivit, ad studiorum nostrorum utilitatem emit et in sua bibliotheca nunc servat. Ex ipsis plura instrumenta et duo ducum diplomata in opus meum contuli.*

His igitur ita dispositis Regesta Neapolitana *confeci* et *in ordinem chronologicum, qui aliquando in* Regii Neapolitani Archivi Monumentis *desideratur, accuratissime digessi. Diplomatum vero et instrumentorum, quae ad Duces pertinent, notitiam tantum heic dedi, ea, uti, sive integra sive breviata, habentur, deinceps editurus. Multa praeterea, quae in libris S. Petri ad Castellum, S. Sebastiani et Ss. Severini et Sossii inveni summaria, tum quia nihil aut fere nihil novi ad rem meam afferrent, tum quia nulla nota chronologica vel omnibus aut aliquibus ita erratis designata, ut ad annum certum adscribi nequeant, contra ac primitus mihi propositum fuerat, penitus omisi, vel, si aliquid utilitatis habere mihi viderentur, in adnotationibus, ubi occasio se praebuit, opportune reieci, aut in illis quae in parte secunda sequentur, adiicere con-*

stitui. In ipsis huius partis adnotationibus non modo, quae ad membranarum conditiones sive extrinsecas sive intrinsecas pertinent exposui ac voces parum latinas aut ad Neapolitanam dialectum pertinentes plerumque explicavi, sed etiam locorum seu ecclesiarum et monasteriorum, in urbe Neapolis vel in eius agro existentium, situm ac vicissitudines ex aliis potissimum sequioris aevi monumentis, quae primum in lucem emitto, definivi et descripsi; ac demum magistratuum ordines, civium consuetudines moresque ac alia quae Ducatum illustrare possent, enucleavi. Prout denique in primo volumine, in hoc etiam, ut et in altera huius voluminis parte, caracterum ectypa ac monumentorum illius aevi, quot quot perpaucae Neapoli supersunt, imagines ob oculos ponere curavi, omnia chromolithographicis, uti vocant, tabulis expressa. Indices ad calcem totius operis amandavi.

---

(1) Olim hæc insula Megaris sive Megalia dicebatur. De ea, ut alios prætercam, videre est quae contra Mazochium erudite disserit Chiarito in *Comm. alla costit. di Federico II.* p. 180 et ss., ubi Megarim et insulam maris sive Salvatoris unam eandemque esse plurimis rationibus atque documentis ostendit.

(2) *Acta S. Patritiae* virg. apud Bolland, *Acta Sanctorum* ad d. 25 aug. t. V, p. 215.

(3) *Vita S. Athanasii* in *Mon. Neap. duc.* t. I. p. 217.

(4) In *Catasto* S. Petri ad Castellum summantur aliquot diplomata, quibus Sichenolfus (an. 839—849) et Gisolphus (an. 933-972) Salerni, atque Pandolphus Theanensis (an. 1022—1026) et Riccardus et Jordanus (*an.* 1059—1079) Capuæ principes, tum e Langobardorum, tum e Northmannica gente, ipsum S. Salvatoris monasterium sive veteribus privilegiis iterum cohonestaverunt, sive novis auxerunt. Duo autem ex eis, quæ inedita sunt et nunc autographa in bibliotheca *Soc. Hist. Neap.* adservantur heic referre lubet. Primum Pandulfi est huiusmodi.

In nomine Domini salvatoris ihesu christi dei eterni. Pandolphus et iohannes filius eiusdem principis divina ordinante provvidentia langobardorum gentis principes cum principalis excellentia petitioni dilecti sui petentis clementer favet. — ✠ Quapropter noverit omnium presentium sci-

licet ac futurorum sagacitas ut ex compassione clarescat pietas. et laudavile valde est ut dei monasteria. abbatibus. monachisque qui in eis die ac nocte excubant toto conamine juvamine impertire. nunc autem nos qui supra memorati principes inclinantes nostras aures preceptionis et iussionis domini Heinrici invictissimi imperatoris romanorum cesari augusto serenissimi nostri senioris. ut per preceptali nostri apices concedi iuveremus pro sue mercedis anime et aliquantulum nostre in sancto monasterio domini salvatoris qui sito est in insule *maris* prope cibitatis neapolitane in qua dominus petrus reverendissimus abbas regimen tenere videtur hoc est fundoras et terras servis et ancillis. hospitibus commenditis et curtesanis et reliqua omnia pertinentia de ipso sancto monasterio in ratione et ordine que hic subter nominative dicimus. Cuius petitionis et iussionis exaudientibus hos nostros firmitatis apices ipsius domini petri venerabilis abbatis pro ipso sancto suo monasterio fieri iussimus per quos omnino sancimus et perpetualiter abendum nostris et futuris temporibus per hoc nostrum roboreum preceptum. concedimus tibi qui supra domino petro venerabili abbati pro ipso sancto tuo monasterio domini salvatoris quod sito est ut diximus in insule maris. ut a nunc et in perpetuis temporibus absque ullo timore ipse venerabilis abbas vel cunctis eius successores. vel ipse sanctus monasterius semper consistat de loca et casales sui monasterii quibus sunt in cunctis finibus liburie. hoc est campum qui dicitur campanianum. qui est in loco qui dicitur turricella et fundoras et terras et ecclesiam sancti salvatoris de loco qui dicitur ad fecciata. et ecclesias sancti petri de loco qui vocatur casaferrea simul cum suis pertinentiis. et fundoras et terris de loco qui dicitur ad sanctum marcellinum. et ad sanctum georgium ad clabaczanum. et in decazanum. et fundoras et terris de loco qui dicitur cereliana. et in loco qui vocatur savinianum. et in campu maris. et in loco qui vocatur ad sanctum paulum ad averze et in loco qui dicitur pastoranum. cum servis et ancillis. et fundoras et terris de loco qui dicitur casolla. una cum ecclesia sancte marie cum suis omnibus pertinentiis. et fundoras et terris de loco qui vocatur casapuczana. et impumiliano atellano territorio. quam et fundoras et terris de loco qui dicitur punzano et de loco qui vocatur caibanum. et in nocitum. et in casolla valenczana. et ecclesia *sancti Angeli* de loco qui vocatur valenciani. cum ecclesia sancti severini. cum omnibus ecclesiis suis subiectis. et cum omnibus suis pertinentiis. et fundoras et terris de loco qui vocatur maranulu. et in loco qui vocatur marcianum et mianum et in pascariole. et in territorio furculano. et suessolano. et in cuncto principatu nostro capuano. et in cunctis finibus liburie. ut ubicumque aut quomodocumque iuste et legaliter abent vel abuerint supradicto sancto monasterio per quovis modum. Haec vero omnibus supradictis. una cum omnia in ipso habentibus supter et super. et cum viis suis ibidem intrandi et exiendi ipsos tibi domino venerabili abbati sanctoque tuo monasterio concedimus. quam et concedimus tibi qui supra domino venerabili abbati pro parte iam phati sancti tui monasterii. et omnibus hospitibus. et comenditis. seu servis et ancillis. cortaneis. et condemalis. et defisis cum omnibus illorum pertinentiis, atque adiacentiis, ut nulli homini a partibus nostre langobardorum liceat parvo vel magno pigneracionem aut contrarietatem facere: in omnia et in omnibus pertinentias supradicti sancti tui monasterii qualiscumque inter partes pervenerit discordiam. neque per generalem mobitionem neque per corsam vel scammaraneque per tempore pacis neque per tempore barbaricis. et secura in omnia et in omnibus supras dicti sancti tui monasterii pertinentias cum rebus vel peculiis suis sedere et laborare deveant nullam pacientes damnietatem neque in hominibus neque in animalibus neque in eorum scirphas preciosas vel vilias. neque propriis servis. neque colonis ne... aliiscumque hominibus pertinentes ipsius sancti vestri monasterii. set si quovis tempore pigneracio provenerit aut in homines aut in homines pertinentes ipsius sancti tui monasterii aut in scirphas eorum aut si in itinere reperti fuerint: et ignorante pignorati aut per quacumque occasionem per iniustitiam detenta. cognita veritate absque ulla dacione et premio persolvantur cum omnibus rebus suis. Et etiam firmantes statuimus et concedimus tibi qui supra domino venerabili abbati pro parte ipsius sancti tui monasterii. ut undecumque et quomodocumque vobis iuste et legaliter pertinet vel pertinentes fuerit per quibuscumque modis ut omnia sint vobis concessum. Ea videlicet racione omnia predicta pertinentias legaliter ipsius sancti tui monasterii tibi qui supra domino petro venerabili abbati et ad cunctos tuos successores vel ad partem sancti tui monasterii domini salvatoris ipsos per hoc nostrum preceptum concessimus. abenti

ac possidenti. absque contradictione comitis castaldi iudicibus vel sculdays . vel de cuiuscumque personas hominum contradictione vel inquietudine nemine vobis in aliquo inde molestiam ingerendi. Quod si quispiam homo magna vel parvam personam hanc nostram concessionem de quibus continet in quomodocumque biolari presumpserit sciat se esse compositurus auri purissimi libras centum tibi qui supra domino petro venerabili abbati vel ad tuos successores . vel ad partem ipsius sancti tui monasterii domini salvatoris. et hæc nostra concessio de quibus continet sit vobis firma semper. Ut autem hæc nostra concessio verius observetur manu nostra propria scribsimus et ex anulo nostro subter iussimus sigillari.— SIGNUM (PALDOLFUS *in monogrammate lineis et litteris ex minio ductis*) PALDOLFI EXCELLENTISSIMI PRINCIPIS. — *Adest sigillum et contrasigillum; utraque cerea et membranae affixa. In altero extant imagines Paldolfi et Iohannis* et *in gyrum:* PALDOLFI ET IOHANNI PRINCIPIBUS; in altero monogramma: PALDOLFI . IOHANNI atque circum: PRINCIPIBUS.— Petrus clericus et scriba ex iussione serenissime potestatis scribsi. Datum IIII nonas septembris anno primo principatus domini paldolphi quam et primo anno principatus domini iohanni eius filii gloriosis principibus. ind. sexta actum in cibitate capuana. — Alterum Jordani sic se habet.

IN NOMINE *etc.* IORDANUS DIVINA ORDINANTE CLEMENTIA CAPUANORUM PRINCEPS PETITIONI DILECTI SUI CLEMENTER FAVET — Notum sit omnibus sancte catholice ecclesie filiis me quem ad hoc divina gratia promovit in principem ut ecclesiarum defensor et eorum que perdiderant restitutor existam. Interveniente itaque Gaytelgrima uxore mea sagacissima principissa, concessisse et confirmasse monasterio domini salvatoris constructo in insula maris in pertinentia Neapolim et tibi d. Urso ejusdem ecclesie reverentissimo abbati. videlicet ecclesiam sancti nicolai de surrento cum omnibus suis pertinentiis et cum omnibus pertinentiis prescripti domine salvatoris eidem ecclesie subjectis et quicquid pertinet prescripto monasterio in tota pertinentia surrenti. Et omnes terras prefato monasterio pertinentes infra fines lauri. Et ecclesiam sancti felicis de nola et ecclesiam sancti nicandri cum omnibus earum pertinentiis que in finibus acerre esse videntur cum silvis et terris et cum omnibus aliis suis pertinentiis et hominibus quos ibi habetis. Et cum medietate de albeo laneo, et cum hominibus quos in eadem ecclesia eodemque loco monasterium acquisierit. Nec non et confirmamus prefato monasterio eiusque abbati ecclesiam sancte marie de casolla cum omnibus territoriis et pertinentiis quas ibi prefatum monasterium domini salvatoris modo possidet et quas in antea acquirens possessurum est. Et ecclesiam sancti salvatoris de loco feczata cum hominibus et omnibus suis pertinentiis. Et quicquid invenitur pertinens prescripto monasterio domini salvatoris in area domnica. Et quicquid pertinet eidem monasterio in saviniano. Et quantum pertinet eidem monasterio in loco ysele *(sic)*. Et quicquid pertinet in loco eidem sancto monasterio in villa que dicitur pastoranu. Et ecclesiam sancti petri de cintoria cum omnibus suis pertinentiis. Et cum toto campo qui dicitur campanianus. Concedimus etiam prescripto monasterio sancti salvatoris et prefato abbati omnes terras quas rainulfus de argentia eidem monasterio obtulit. Simul et confirmamus ibidem ecclesiam sancti nicolai ubi dicitur trispedi infra pertinentias poteoli. Et quicquid intus et foris puteolim pertinent suprascripto monasterio sancti salvatoris. Et ecclesiam sancti salvatoris que dicitur monasterium marinum ad Baye cum suis pertinentiis. Et silvas et terras que prefato monasterio pertinent infra fines cume. Et concedimus ibidem monasterium sancti antonii cum omnibus suis pertinentiis quod situm esse videtur in loco posilipu. Nec non et confirmamus ibidem quicquid vos possidetis in insula iscle maioris. Omnes prescriptas ecclesias et terras et earum ecclesiarum pertinentias concedimus et confirmamus super scripto monasterio sancti salvatoris suisque rectoribus et custodibus in perpetuum. Et nominative reconfirmamus in eodem monasterio prefatoque abbati suisque successoribus ob melius observandum ecclesiam sancti nicandri superius scriptam et villam et homines et terras et silvas et medietatem albei lanei qualiter modo possidet et qualiter acquirendo monasterium ejusque rectores possessuri sunt. Remoto omni contrario vel molestia omnium vice comitum kastaldeorum et omnium mortalium. Quod si quis diavolico instintu compulsus monasterium ejusque rectores de prescriptis concessionibus violare molestare aliquodque contrarium inferre presumpserit centum libras auri obtimi persolvat. Medietate nostro palatio et medietate prefato monasterio et predicto domno abbati. Et soluta pena hec nostra concessio et confirmatio firma et inviolabilis ma-

neat in perpetuum. Et ut firmius credatur et diligentius observetur manu nostra propria subscripsimus et nostri sigilli impressione jussimus sigillari. — SIGNUM DOMINI IORDANI GLORIOSI PRINCIPIS (IORDANUS *in monogrammate lineis et litteris ex minio ductis*). — Ex jussione prefate serenissime potestatis scripsi ego cansilinus iudex in anno principatus ipsius vicisimo quinto et vicesimo annu ducatus ejus | gagete | — Datum in Kalendis aprelis anno ab incarnatione domini nostri Ihu xpi millesimo octoagesimo tertio scriptum capue per sextam indictionem. — Pendet fragmentum sigilli ex cera rubra.

(5) « Gulielmi I. Northmanni ætate, perduellium metu, cum Rogerium IV? in Sicilia occidissent, anno 1170 arcem ædificatam scribit Collenucius et Nortmannicam idcirco diu appellatam et eius regis insignia in tertia ejus arcis ianua fuisse collocata » CAPACCIO, *Hist. Neap.* II, 45, ed. Gravier.— Cf. CELANO, *Notizie... di Napoli*, t. IV, p. 525, ed. Chiarini. De ecclesia et monasterio, præter hunc, videndi sunt etiam CHIARITO, *l. c.* et SICOLA *Vita di S. Aspreno* p. 54.

(6) FALCONIS — BENEV. *Chron.* ad an.

(7) In instrum. die 15 m. ianuarii ind. XII Neapoli. Regnante d. n. Guilielmo Sicilie et Italie magnifico rege an. 13 et eius dominationis istius civ. Neapolis an. 2. Ioannes presbiter et primicerius congregationis et Fraternitatis iuris propria de monasterio Salvatoris nostri Iesu Christi insule maris quod nunc congregatum est in monasterio et ecclesia b. Petri Christi apostoli de intus distructo castro Lucullano cum presbiteris et Fratribus dicte congregationis conveniunt cum de Ioanne ven. Abbate dicti monasterii Domini et Salvatoris nostri Iesu Cristi insule maris *etc.—Notam instr. S. Sebast.* n. 667. Anni Guilielmi in regno Siciliae et indictio XII. ad annum aerae vulgaris 1164 documentum, quod in R. Neapolitano archivo etiam nunc exstat (*Pergam. monast. soppr.* t. II.) reiiciunt, Cf. MINIERI, *Cod. dipl. Supplem.* p. 16, qui illud integre edidit, sed minus recte ad an. 1179 adscripsit.

(8) Bulla originalis, qua Bonifatius die V. Kal. mart. pontif. sui an. VII. monasterium concedit, in bibliotheca *Societatis Historicae Neapolitanae*, olim sign. n. 1465, nunc adservatur.

(9) Diploma Caroli II. regis exstat in biblioth. *Soc. Hist. Neap.*

(10) Bulla, formulis aliquando omissis, haec est: Martinus episcopus servus servorum Dei. Ven. fratri episcopo Castrimaris salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis circumspecta bonitas : prudentes Virgines que se parant accensis lampadibus obviam ire sponso: tanto propensiori debet studio prosequi caritatis : quanto maiori propter fragilitatem sexus indigere suffragio dinoscuntur : Unde eis concessa confirmat, ac illa concedit per que ab indebitis oneribus relevare possint sub humilitatis spiritu quietius altissimo famulari: Dudum siquidem pro parte dilectarum in Cristo filiarum priorisse et conventus monasterii sancti Petri ad Castellum Neapolitan. per priorissam solitum gubernari ordinis sancti Augustini sub cura et regimine fratrum ordinis predicatorum viventium nobis exposito quod guerris turbationibus et aliis calamitatibus in regno et civitate neapolitana vigentibus : monasterium predictum per sacrilegos et pacis emulos: Dei timore post posito prefatis priorissa et conventu rebus et bonis suis etiam libris Calicibus ceterisque ornamentis ecclesie inhumaniter spoliatis : et ab eodem monasterio turpiter eiectis ignis incendio extiterat devastatum in earumdem priorisse et conventus totalem desolationem, in quod eis locus prout deceret simul cohabitandi et manendi in dicto monasterio ex suis facultatibus nullatenus esset aptandus: et subsequenter pro parte ipsarum priorisse et conventus nobis subiuncto quod monasterium sancti Sebastiani neapolitan. ordinis sancti Benedicti in quo unicus dumtaxat monachus residebat. quodque ven. frater noster Cobellus episcopus meliten. obtinebat in commendam pro habitatione et aliquali substentatione priorisse et conventus prefatarum aptari poterat commodius ac etiam deputari ac pro parte earumdem priorisse et conventus nobis humiliter supplicato ut commendam huiusmodi revocare. et monasterium S. Sebastiani predictum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis pro ipsarum habitatione et substentatione deputare et concedere dignaremur: Nos tunc animarum periculis que ex dispersione priorisse et conventus predictarum verisimiliter eveniet formidabantur obviare cupientes: necnon commendam huiusmodi ex certis causis revocantes dilecto filio abbati monasterii S. Severini neapolitan. eius proprio nomine non expresso per alias nostras litteras dedimus in mandatis quatenus si ita esset monasterium S. Sebastiani predictum cum omnibus possessionibus iuribus pertinentiis ..... ac omnium iurisdictione et pote-

state dominio sub ordine S. Augustini, necnon cum et regimine fratrum predicatorum priorisse et conventui predictis pro earum comodo habitatione et substentatione servatis etiam ipsis privilegiis indulgentiis gratiis .... eis concessis quibus hactenus gavise essent autorictate nostra deputaret et concederet: Ita tamen quod monachus ipse quoad vixerit in eodem monasterio prout inibi habere consueverat commodum et vite habere necessaria prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte priorisse et conventus predictarum petitio continebat: licet dilectus filius Stephanus abbas dicti monasterii S. Severini ad executionem dictarum litterarum rite procedens ..... predictum monasterium S. Sebastiani priorisse et conventui predictis iuxta dictarum litterarum continentiam atque formam concesserit et pro earum habitatione deputaverit. Tamen ven. frater noster Nicolaus archiepiscopus neapolitanus asserens sua interesse a concessione et deputatione predictis ad sedem apostolicam appellavit et propterea priorisse et conventus predicte dubitent se per eumdem archiepiscopum litibus involvi ac super concessione et deputatione prefatis molestari posse tempore procedente: pro parte priorisse et conventus predictarum nobis fuit humiliter supplicatum quatenus concessioni et deputationi predictis pro illarum substantia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere .... de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur .....fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatenus de premissis omnibus ..... te diligenter informes et si per informationem huiusmodi ita esse reperieris concessionem et deputationem predictas ..... autoritate predicta approbes et confirmes. Et nihil ominus.... priorissam et conventum necnon S. Petri et S. Sebastiani monasteria predicta cum personis ..... ab omni jurisdictione dominio ..... archiepiscopi neapolitan. pro tempore existentis ..... prorsus eximas et liberes: ipsamque priorissam et conventum et monasteria generali magistro dicti ordinis predicatorum et non alteri cuicumque debere subesse prefata autoritate decernas. Statuens insuper quod dictum monasterium S. Sebastiani ab omnibus de cetero monasterium Ss. Petri et Sebastiani communiter appelletur et etiam nuncupetur non obstantibus premissis .... Datum Rome .apud Ss. Apostolos XV Kalendas martii pontificatus nostri anno octavo. — Adest sigillum plumbeum pendens ex cordula cannapicea. — *Scritture di S. Sebastiano* t. I, f. 67 — A praedicta concessione Nicolaus archiepiscopus Neapolitanus ad Sedem Apostolicam appellavit, sed summus Pontifex super dicto monasterio S. Sebastiani perpetuum silentium imposuit mediante alia bulla sexto idus aprilis, pontificatus anno nono data. *Scritture* cit. t. III, f. 45.

(11) Diploma originale datum an. 1437, quod est signatum in *Notam. instr. S. Sebast.* n. 1442, nunc in bibliotheca *Societatis Hist. Neap.* adservatur .— Ex inventario anni 1423, quod etiam ibi habetnr, ecclesiam S. Petri *palmis 160* longam fuisse et 12 cappellas habuisse discimus.

(12) *Reg. Neapol.* n. 666. Locus, ubi olim monasterium extitit, S. Sergii nomen retinuit quousque castri novi fundatio regionis faciem omnino mutavit, ut elicio ex instrum. ann. 1251, 1256 et 1288 elicio. *Notam. instr. S. Sebast.* n. 561, 568, 571.

(13) *Regest. Neap.* n. 5 et deinceps passim.

(14) S. Gregorii, *Epistolae*, L. X, ep. 2.

(15) V. *Reg. Neap.* n. 65, 67, 264 et precipue n. 268, cujus exemplum in tab. V, primi vol. dedi.

(16) In instr. an. 1167, 1205 *etc. Notam. instr. S. Sebast.* n. 606, 303 *etc.*

(17) In instr. an. 1267 *Notam,* cit. n. 333.

(18) In anno 1400 Gregorium archiepiscopum Colosensem iam commendatarium monasterii S. Sebastiani invenio. *Notam. cit.* n. 502. Alios praetereo.

(19) Inventarium S. Sebastiani sic inscribitur: *Summarium seu Reassumptum instrumentorum originalium, que continentur in archivio monasterii olim Ss. Sergii et Bacchi ac Theodori et Sebastiani, hodie S. Sebastiani de Neapoli in pluribus libris recollectum. — Liber primus.* — Incipit: *Nomina regionum, platearum et vicorum civitatis Neapolis* f. 1. Dein f. 2 legitur: *Anno Domini millesimo quadrigentesimo quadragesimo quinto die primo mensis aprilis octave indictionis Neapoli. — Inventarium de omnibus bonis stabilibus pertinentibus ad monasterium S. Sebastiani et in hoc sunt adnotata omnia instrumenta curialisca et lecta et rubricata ac signata per manum mei Angeli Rosa curialis. In primis. Instrumentum unum curialiscum* etc. Sequuntur

instrumenta ut plurimum numeris romanis notata, aliquando etiam litteris, usque ad fol. 81. Deinceps post instrumentum n. 65 signatum iterum legitur — Iesus — *Inventarium monasterii Sanctorum Sergii et Bacchi, Theodori et Sebastiani de Neapoli factum per ven. virum d. fratrem Ioannem de Luceria Christianorum ipsius monasterii priorem, tempore sui prioratus inceptum de Maji mense indictionis prime anni MCCCCLIII de omnibus bonis stabilibus spectantibus ad ipsum monasterium. In quo est notata substantia seu effectus instrumentorum curialiscorum de eisdem bonis facientium mentionem — Instrum. curialiscum continens qualiter imperante ..... et est signatum tali signo* LXVI. Et sequuntur alia usque ad n. 572. — Inde legitur: *Hic obmittuntur XX summaria que in originali Catasto S. Sebastiani ordinatim sequuntur quia sunt duplicata et propterea ad ulteriora perreximus fol. 128 eiusdem Catasti.* Et iterum incipit a n. 1 et prosequitur usque ad 66.—Liber originalis, ut ex superioribus patet, an. 1445 inceptus ab Angelo Rosa, qui membranas etiam numeravit et rubricavit, alio ordine an. 1453, nescio an ab eodem vel ab alio curiali, ex dicti prioris iussu continuatus et expletus fuit; exemplar autem sec. XVII ab homine parum perito, qui aliquando caracteres antiqui Catasti, uti ipse autographum vocat, non optime callebat, transcriptum. Postea aliquis, quae adhuc exstabant documenta, et quae perierant in margine adnotavit. — Codex in Neapolitani archivi musaeo n. XIX signatus exstat.

Alterum vero inventarium, quod *Catasto di S. Pietro a Castello* a me appellatur sic in titulo se habet: *Liber II seu Reassumptum instrumentorum originalium que continentur in archivo S. Petri ad Castellum, hodie S. Sebastiani .... Transcriptum a suo originali magna cum sollicitudine ab U. I. D. Michaele Angelo Chiarito in anno Domini 1760 mensis decembris.* Incipit: *Quaternus continens omnium domorum terrarum fundorum ac aliarum rerum monasteri S. Petri ad Castellum vid. — In primis instrumentum curialiscum scriptum continens...... quod instr. factum est in anno Domini MCCII in die 29 mensis madii ind. XV. Neapoli et est signatum hoc signo* I, II, III etc. — Codex inter *Scritture dei monasteri soppressi*, sign. n. 1563 bis extat.

(20) Codex scriptus manu varia constat fol. 660, et continet primo loco a fol. 1 ad fol. 220: *Notamentum instrumentorum quae conservantur in archivio monasterii S. Marcellini Neapolis.* Sequitur deinde a fol. 221 ad f. 237: *Notamentum instrumentorum quae conservantur in archivio S. Marie majoris*, Ea, cum ad rem nostram non pertinent, missa facio. Postremo a fol. 237 usque ad finem habetur: *Notamento cavato dalli strumenti e privilegii che si conservano nell'archivio del monistero di S. Sebastiano.* Instrumenta ex ordine numerationis arabicae adnotantur, neque numeri romani, qui illis respondent, omittuntur.

(21) *Scritture del R. Monastero dei Ss. Pietro e Sebastiano attinenti alli suoi privilegii bolle ed altre concessioni.* Desiderantur vol. 51, 62, et 108. (*Scritture dei Monasteri soppressi* n. 1457 a 1563 in Neapolitano Archivo).

(22) *Platea del mon. di S. Sebastiano* vol. 9 ordine alphabetico digesta. Desunt vero litterae post Q. (*Scritture* cit. n. 1387 ad 1392) — Item. *Platea antica* (n. 1394); Item: *Ristretto di Porcelli* (n. 1393).

(23) Ita D'Engenio, *Napoli sacra* p. 316 ex dictis per not. Dionysium de Sarno in instrum. an. 1409, quod in huius monasterii archivo servabatur, refert; et post eum Celano, *Notizie . . . di Napoli,* gior. IV, p. 720, et nuper, ut alios taceam, cl. vir Januarius Asprenas Galante, *Guida Sacra di Napoli* p. 207.

(24) Diploma Athanasii III Neapolitani episcopi et Gregorii IV Consulis et Ducis datum anno 907 ap. Chioccarelli, *Antist. Neap. Cat.* p. 108. Cf. Di Meo *Annali critico-diplom.* t. v. p. 130.

(25) Jam a pluribus saeculis antea extra urbem in castro Lucullano aliud ad memoriam istius sancti viri monasterium constructum memorant *Acta* eiusdem ap. Bolland. ad diem 8 januarii, quod post eversionem castri Lucullani an. 901 a Neapolitanis facta incolis destitutum fuit.

(26) V. *Acta transl. S. Severini et S. Sossii* in hujus operis t. I, p. 291 et 300.

(27) *Scritture dei monasteri soppressi* n. 1789. In hoc volumine documentorum ad hoc monasterium spectantium exempla, saepe authentica, diverso tempore facta, in unum postea collecta sunt. Ego librum sub appellatione: *Protocollo del Monastero di S. Severino* indico.

(28) Liber, qui in publico Neapolitano archivo inter *Scritture dei monasteri soppressi* n. 1788 signatur, titulo primaevo caret quia initio mutilus. In fronte vero recenter inscriptam epigraphem habet: *Indice di pergamene dei ss. Severino e Sossio.* Ego illum in notis ad *Regesta* aliquando *repertorium,* aliquando

inventarium vocavi, sed rectius appellandum esset *Catastum*; in margine enim fol. 73 et 112 et in instrumentorum summariis n. 363 et 1846 legitur: *apud acta magne curie presentatum fuit presens catastum etc.* Codex duabus partibus constat, numeris romanis in ora foliorum superiore signatis, quarum prima a fol. 2 ad 161 et 161 bis; posterior incipit a f. 1. et desinit fol. 166, integra nec ne incertum. Ad fol. 70, ubi pro summariis quaedam adnotationes adsunt, eodem caractere, quo reliqua, legitur: *Scriptum anno MCCCCX.* Summaria instrumentorum item numerata sunt numeris romanis, quibus postea arabici etiam adjecti. Omnia ad 2040 ascendunt. Codex praeter summaria, quae, cum ad aevum ducale spectant, diem mensis, indictionem et nomen imperatoris tantum exhibent, duo ducum paene integra diplomata nn. 805 et 808 arab. et instrum. integrum anni 1273 n. 1961 continet.

(29) Praeter alios patrios scriptores videndus est, Zito. *Intorno una cronaca del monastero di S. Gregorio Armeno.* Nap. 1851. — Cf. etiam librum *Dell'origine del celebre monastero di S. Gregorio armeno* Napoli 1630, p. 121.

(30) Ita librum in *Regestis* appello; titulus vero in eo inscriptus sic se habet: *Notamentum instrumentorum in pergamena in archivio S. Gregorii Majoris Neapolis, vulgariter nuncupati S. Ligorii, monialium dominarum.* Membranarum prima ad an. 920, postrema ad an. 1600 pertinet.

(31) Cf. supra notam 20.

(32) De archivo huius monasterii haec habet Celano, *O. c.* t. III, p. 705: *Vi si conserva un famoso archivio di scritture in pergameno fin dall'anno 763.* Et deinde memorat: *gl'istrumenti, che conservano nel suo nobile archivio tradotto dall'antico carattere nel nostro corrente dall'accuratissimo nell'indagare il buono ed il vero della nostra città il signor marchese di S. Giovanni D. Marcello Bonito.* Optimus vir volumen a Carolo de Lellis in usum marchionis Bonito confectum, quod ego nunc servo, certe innuit, ut ex collatione summarii instrum. anni 983, quod alibi (t. IV, p. 128) refert cum summario eiusdem instr. quod in ipso volumine legitur, ego arguo; nam ambo omnino inter se conveniunt.

(3) Calendarium et Necrologium istud in membranis forsitan sæc. XVI ineunte scriptum, vel potius, uti mihi videtur, tunc ab antiquiore exscriptum et novis nominibus auctum, inter alia quæ continet, ad diem 23 mensis decembris hæc habet: *Eudochia duchessa Neapolis.* Quæ autem ipsa fuerit et quo tempore vixerit, cum nulla nota vel chronologica, vel historica, vel alia quaecumque addatur, incertum sane est.

(34) V. *Regest. Neap.* n. 160.

(35) Di Meo, *Annali critico-diplomatici del r. di Napoli* t. X, p. 173 ex tabulario Cavensi documentum indicat et ex parte affert. Cf. etiam Chioccarelli, *Antist. Neap. Catal.* p. 134.

(36) Monasterium hoc Stephanus episcopus et dux (763-800) intra urbem ad nomen S. Gaudiosi confessoris construxit, in quo *regulares virgines pluribus rebus oblatis sub abbatissae dtsciplina statuit.* (Ioh. Diac. *Gesta epp. Neapp.* in *Monum. Neap. duc.* t. I, p. 201). Aliquando de *septimo caelo*, vel a *septimo caelo* dicitur, ut in istrum an. 1286 a Tutinio (*Notizie della vita* ecc. *dei due Santi Gaudiosi* p. 41) memorato et in alii etiam videre est. Appellatio vero, quam adhuc vicus in monasterii viciniis positus retinet, a nominibus ejusdem sancti episcopi Abitinensis, qui Septimius Coelius Gaudiosus vocabatur, certe deducta fuit (Cf. Grande, *Orig. dei cognomi* p. 205) Preferea in docc. abbatissa ejusdem archidiaconissae vel archidiaconae et archiabbatissae titulum etiam suscepit. Monasterium denique, in quo an. 1580 illud S. Mariae de Agnone congregatum fuit, mense februario anni 1799 populares seditione commoti, vastaverunt et penitus totum combusserunt. Scripturae vero, quae incendio superfuerant, in *Regii pauperum hospitii* archivum inlatae fuerunt, et ibi nunc exstant. Ex eis praesertim notanda sunt quaedam *Protocolla*, in quibus plurima instrumenta eiusdem monasterii, et alterius etiam S. Mariae de Agnone, quae a Rogerio rege adusque an. 1798 producta sunt, ex autographis transcripta habentur.

(37) Circa initium sec. IX. Eupraxia, *religiosa femina,* monasterium hoc *in regione Albinensi fabricavit quod ecclesiae S. D-i genitricis coniunxit*, uti Ioh Diaconus testatur (*Mon. Neap, duc.* f. I, p. 204). Inde olim S. Mariae ad Albinum et de ragione albinensi dictum, et postea, et nunc, *di Donnalaina* Aliquando etiam S. Fortunati titulum habuit uti in dipl. regis Lodishi anni 1407, quod Sabatinus *o. c.* t. VIII p. 35 refert. Saec. XVI monasteria S. Agnelli *ad petruczulum* in vico nunc *del Cerriglio*,

et S. Agatae *ad pupulum* vel *pupulum* in vico nunc *dei cortellari a S. Pietro Martire* in eo congregata fuerunt. Erat olim ordinis S. Benedicti, deinde monialibus istis alio translatis, heic quae S. Mariae Visitationis ordinem a b. Francisco Salesio institutum sequuntur, incolatum habuerunt et etiam nunc habent.

(38) Vetustum Ss. Anastasii et Basilii ad media monasterium exstabat olim in regione Portus, ubi nunc *la via dei mercanti*. Anno 1033 verum iam in alio S. Mariae ad cappellam extra urbem erat congregatum (*Regest. Neap.* n. 441). Utraque antiquioribus temporibus sub regula S. Basilii degebant; alterum postea ad ordinem S. Benedicti transiit. At saeculo XVI abbas Fabritius de Januario, qui illud in *commendam* habebat, in eo canonicos regulares, qui *scopetini* vulgo audiebant, locavit. Denique saeculo superiori exeunte *Canonica* a rege Ferdinando Borbonio abolita fuit, rebus ejusdem puerorum instructioni, quae *normalis* appellatur, addictis. Tunc, uti mihi videtur, veteres monasterii scripturae pessum ivere; duo enim documentorum volumina, quorum unumquodque 44 membranas continebat, prout ex inventario bonorum tunc etiam confecto elicio, inter alias ejusdem *Canonicae* chartas, quae in archivum municipale postea invectae fuerunt, nunc minime reperiuntur.

(39) Monasterium hoc a S. Athanasio episcopo (850-872) fundatum saeculo XVI ineunte temporum iniuria dirutum et solo aequatum, ecclesia tantum superstite, omnino cessavit. Tunc Oliverius Carafa, Neap. archiepiscopus, hospitale pauperes pestifero morbo infecti recipi possent, in eo excitavit.

(40) Membranae, quae ad aevum ducale pertinent, et in archivo capitulari adservantur, iam Sparano, in *Memorie della S. Chiesa Nap.* t. I p. 138 edidit.

(41) De hac ecclesia, quae vetustissima Staurita fuit et deiceps ad mouasterium Cavense, unde eiusdem documento in ipso Cavensi archivo inveniuntur, iam egi in *Regestis* ad n. 11.

(42) Cod. Ms. in bibliotheca Brancacciana sign. olim II, E, 39 inscribitur: *Notationes desumptæ ex archivis aliquorum monasteriorum.* In eo Tutinius multa, quæ ad patriam historiam faciunt, adnotavit. Præter quæ ex Scripturis S. Sebastiani scil. ex I et II vol. ipsarum (fol. 14-26), et S. Mariæ de Anglone quæ adservabantur in monasterio S. Gaudiosi, (f. 59), atque S. Mariæ Donneromitæ (f. 82) etc. plura ex Scripturis S. Georgii majoris, scilicet ad stauritam eiusdem ecclesiæ pertinentia f. 41 et ss. breviavit et exscripsit. Nunc hæ scripturæ vel omnino deperditæ sunt, vel quid de eis factum sit ignoratur.

REGESTA NEAPOLITANA

Leone, Alexandro et Constantino impp. a. 912.

1. Die 27 m. ianuarii ind. XV. Neapoli. Imperantibus dd. nn. Leone et Alexandro porfirosgenitis mm. ii. ann. 34, sed et Constantino m. i. eius filio et nepote ann. 4. Theodorus miles filius q. d. Ioannis tribuni, et Pitru h. f. filia q. d. Theodori, et q. d. . . . . . (1) iugalium personarum, hoc est thios et nepote vendiderunt et tradiderunt Stephano filio q. d. Petri et Leoni filio q. d. Augusti, thio et nepote, habitatoribus in loco, qui vocatur Pumilianum foris arcora, in integro portiones suas de fundum (2). . . . . ibidem cum omnibus terris et padules ex ipsa...., cultas et non cultas, appendicibusque suis una cum... et cum vias et introitas earum, et omnibus eis a memorata portiones generaliter et in integro pertinentibus, liberas ab omni censu, regula et pensi a parti eorum militia, pro pretio solidorum bytianteorum auri nobem; et cum pacto quod in omni anno ipsi emptores et heredes eorum dare ipsi thio et nepote atque heredibus eorum pro exenium (3) debeant pullum unum bonum. Insuper venditores promittunt omni tempore ipsos Stephanum et Leonem exinde in omnibus antestare et defensare a parte militie, et quod si ipsi aut heredes eorum contra hanc chartulam venditionis quovis tempore venire temtaverint, et in aliquid offendere per quovis modum aut summissas personas, tum ante ingressum litis solvere debeant memoratis emptoribus aut heredibus eorum poene nomine auri sol. 18 byt. et post solutam poenam presens chartula maneat firma in perpetuum. Scriptum per Stephanum filium d. Gregorii curialis et scriniarii. Actum per Gregorium curialem et scriniarium, (*qui* (4) *chartulam in fine* complevit (5) et absolvit). Theodorus subscripsit et solidos accepisse *confessus est*. Signum manus ipsius Pitru. Testes: Constantinus filius d. Ertari monachi, ΙΟΑΝΝΕC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΜΑΡΙΝΙ ΤΡΒ, i. e. *Ioannes filius d. Marini tribuni*, (912)

(1) Quae in membranis vel temporis vetustate vel quolibet casu deleta aut exesa sunt, et nunc legi nequeunt, ea, heic, ut pluries etiam deinceps, punctis denotavi.

(2) Sic in membrana. Haec vero, et alia id generis grammaticalia σφάλματα, ut et verba omnia parum latina, aut in vulgarem usum corrupta, quoties occurrent, nec sermonis perspicuitati officient, religiose servare studui, ut illius temporis linguam et locutionem, quantum fieri posset, fideliter retinerem.

(3) Onera, quae tum personis tum rebus in ducatu Neapolitano iis temporibus erant imposita, alia *parti militiae* scilicet reipublicae Neapolitanorum, aut *parti Langobardorum* scilicet ducibus Beneventanorum vel principibus Capuae; alia privatis dominis persolvebantur. Ex iis quaedam hic enumerantur, ut *census*, *regula*, idest canon, *pensum*, idem ac pensio, et *exenium*, idest praestatio sub nomine xenii vel muneris debita. In Capitulari principis Sicardi n. 14 memoratur *exenium ad ducem unum semel in annum, quod fuit prisca consuetudo*, persolvendum.

(4) Cursivis, uti vocant, litteris designo ea, quae in chartarum contextu ego ideo supplevi vel interpolavi, ut aliquoties earum sensum faciliorem redderem, aut membranarum ipsarum faciem, et aliquid in eis nota dignum lectoribus ostenderem.

(5) Hanc consuetam formulam deinceps omittam.

et Lupus filius d. Stephani (1). — (*Notam. instrum. S. Sebastiani* n. 480). Pergam. dei monast. soppressi, t. I; (2) R. N. A. M. t. I, p. 14.

(914) 2. Die 30 m. magi ind. II. Neapoli. Imperante d. n. (3) . porfirogenito m. i. an. 6 (4). Ursus miles d. Gregorii et q. Matrona iugalium personarum, pro redentione anime sue offert et tradit d. Theopisti ven. abbatisse (5) monasterii Ss. Nicandri et Marciani puellarum Dei, et per eam in ipso sancto et venerabili monasterio portionem suam, et portiones Iohannis et Marie, germani et germane sue, que sibi obvenerunt per chartulam comparationis insimul de silba, que vocatur tridecim, posita in loco, qui vocatur in Insula (6) pertinentes sibi et dictis Iohanni et Marie per memoratam genitricem, et coherentes insimul totas tres portiones da duobus lateribus et de uno capite silba memorati monasterii, et de alio capite silba heredum d. Aligerni prefecti, una cum castanietis, querquetis, arboribus et omnibus eis pertinentibus; ita ut portione sua, et portiones dictorum Iohannis et Marie in ipsius monasterii sint potestate perpetuis temporibus, et nullam ab ipso vel a posteris eius ipsa abbatissa, quamque postera eiusdem, neque per se, neque per summissas personas requisitionem aut molestiam habeat. Insuper promictit omni tempore, et ab omni persona exinde ipsam abbatissam, et posteras eius in omnibus antestare et defensare, propter quod eum scripserat in sacro dicticos monasterii. Si quis vero potens vel impotens homo sive de sacerdotalis aut reculari hordine contra hanc chartulam oblationis venire temptaverit sub anathematis vinculis sit obligatus, et partem habeat cum Iuda traditore d. n. I. C., et cum omnibus hereticis, et super hec componat auri sol. 36 byt. Scriptum et actum per Gregorium curialem et scriniarium. Signum manus Ursi militis. Testes: Lupus filius d. Stephani, (*qui consueta formula et caractere communi subscribit. Deinde inter aliquot puncta caractere curialisco legitur*: nam testi), ΘεοΔοροuC ΦιΛιοuC ΔΝ ΟΥΡCΙ ΤΡΒ i.e. *Theodorus filius d. Ursi tribuni* (*et, omissa formula, deinde, ut supra adnotatum est*: iterum testi), et Iohannes filius d. Theodori tribuni (*item omissa formula et cum nota*: similiter testi). Gregorius curialis et scriniarius qui memoratos post subscriptionem testium (*et reliqua formulae verba, scil.* complevi et ab-

(1) Curialis, qui pro *Pitru* scribere nesciente, et post signum crucis ab ea appositum, uti mos erat, subscripsit, atque testes rogati secundum formulam antiquiorem solidos, venditionis pretium, in sua quisque subscriptione traditos vidisse testati sunt.

(2) Membranae ab a. 912 ad a. 965, quae olim in t. I, huius generis scripturarum continebantur, nunc in totum explicatae, singulae singulis quibusdam chartis appositae ac conglutinatae, et in quatuor praegrandia volumina distributae sunt. Reperiuntur in pluteo, qui in medio aulae diplomaticae apud regium Neapolitanum archivum extat. Ego vero antiquiorem distributionem sequor, neque membranarum numeros indico, cum vetus ordo non amplius appareat et novus adhuc signatus non sit.

(3) Vacuum in membrana heic, ut et paulo post et quandoque etiam in plerisque aliis huiusmodi exemplis relictum. Forsitan in archetypo ob vetustatem legi non potuit.

(4) Instrumentum hoc, nescio qua de causa, Neapolitani archivi monumentorum editores ad annum 1124 amandarunt, cum tunc temporis Iohannes et Alexius e gente Comnena Constantinopoli imperitassent, et in membrana unius tantum imperatoris nomen deesse deberet. Ego au em, tum ex eo quod monasterium Ss. Nicandri et Marciani inibi altero titulo S. Patriciae nequaquam insignitum legitur, (vergente quod saeculo X accidisse ipsimet editores testantur), tum ex nomine curialis et scriniarii, qui in huiusce aevi monumentis saepissime, in illis saeculo XII exaratis minime occurrit, heic ad annum 914, in quem indictio et epocha imperii, Constantino solum imperante, aptissime conspirant, ipsum rectius adsignandum esse censeo.

(5) Male in editis heic legitur: *abbati*.

(6) Locum hunc nusquam alibi inveni.

Constantino imp. a. 915 - 916.

solvi die et ind. *etc. omittuntur et deinde post puncta additur*: eadem manu (1)). Exemplaria relevata ex authentica, quam dedit d. Anna ven. abbatissa memorati monasterii Ss. Nicandri et Marciani atque Patricie puellarum Dei, et at singulos relecta per Bernardum primarium et Cesarium tabularium Curie civitatis Neapolis, qui pro ampliore eius firmitate manu propria subscripserunt, regnante d. n. Rocerio Sicilie et Italie magnifico rege a. 18, et eius dominationis civ. Neapolis an. 9 die 16 m. novembrii ind. VI. (a. 1148). — Pergam. dei monast. soppressi, t. XII, n. 585 (*olim* nelle *Pergam. di S. Patrizia*, fasc. 9, n. 97); R. N. A. M. t. VI. p. 77.

3. Die 1. m. novembris ind. IV. Neapoli. Regnante (l. *Imperante*) d. n. Constantino (915) m. i. anno eius octavo. Ioannes, Gregorius et Anna germani filii q. Christofori requirunt d. Barbariam abbatissam monasterii Ss. Festi et Desiderii, ut eis renovet censuationem sexdecim petiarum de terra, quas tenent censuatas dicti fratres a dicto monasterio ad annos 29, que sunt site ad Taunnulam (2) iuxta terras de Galdum, et ad Carpinum ad annuum censum; scilicet triticum modiorum quinque et fabas similiter modiorum quinque; quia in censuatione predicta dictum monasterium promisit renovare locationem de 29 in 29 annis solutis auri solidis duobus in calciarium (3) dicto monasterio, et hoc fit petita absolutione a d. Athanasio tertio Dei gratia sancte Neapolitane ecclesie presule. Et in subscriptione Athanasius episcopus consensit. Barbaria abbatissa ut supra (4). Sergius primarius Curie civ. Neapolis. Leo tabularius Curie civ. Neapolis. Et dicti primarius et tabularius relationem faciunt (5) die 20 febr. ind. XIII. — *Notam. instrum. S. Marcellini*, p. 134; V. Chioccarelli, *Antist. Neap. Catal.* p. 111.

4. Die.... m. februarii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino *m. i. an*....... (6) (916) *Iohannes* offert et tradit monasterio s. Martini puellarum Dei, (7) ubi d. Militu, cui supernomen Rotunda, regimem abbatissatum tenere videtur, portionem de terra sua, que vocatur mandre et de sala, qui est iuxta murum . . . . (8) una cum in-

(1) De his omnibus, quae heic animadvertenda duxi vide sis quae supra in huius partis praefatione exposui.

(2) Loci situs mihi adhuc incompertus.

(3) *Calciarium* sive *Calzarium* vel *Calzarum* erat quaedam praestatio sive praemium, quod ex immobilibus rebus emphyteuticario iure concessis, sive in prima contractus stipulatione, sive in subsequenti eius renovatione, sive in constitutum ex intervallo tempus, praeter annuum censum, ad dominii recognitionem dominis directis persolvebatur. Memoratur primum in epp. S. Gregorii Magni PP. L. I, ep. 39, et in docc. Caietanis aa. 862 et 875 ap. Federici, *Degl'ipati di Gaeta*, p. 104 et 116, nec non in diplomm. Iordani a. 1117 et Roberti principum Capuae a. 1132. V. Gattola, *Accessiones ad Hist. Casin*, p. 233 et 245. Apud nos praecipue habetur etiam in dipl. Athanasii III, a. 907 ap. Chioccarelli, *O. c.* p. 109, in chartis *libelli* a. 1110, 1113 ac 1116 et in charta anni incerti, sed saeculi XII, ubi legitur *notitia* redituum monasterio S. Sebastiani debitorum, ap. R. N. A. M. t. V, p. 342 et 371 ac t. VI, p. 15 et 239. In instrum. a. 1020 legitur: *datum aut calciarum* V. *O. c.* t. IV p. 138.

(4) Nomina testium, qui interfuerunt, et curialis, qui authenticum scripsit et complevit, in transumpto omittuntur.

(5) Nescio an scripturarum S. Marcellini breviator heic recte viderit, et quid verbis *relationem facere* significare voluerit; nam nusquam alibi in istius aevi monumentis aliquid simile reperies. Certe primarius et tabularius, qui forte ii ipsi sunt, qui in instrum. a. 1083 occurrunt, (Cf. R. N. A. M. t. IV, p. 7) antiquioris chartulae, uti consuetudo erat, et in aliis Neapolitani ducatus instrumentis videre est, exemplum in hac membrana faciunt et subscribunt.

(6) Annus imperii vetustate est in membrana obsoletus; at non sine ratione cum Neapolit. monumentorum editoribus octavus reponendus est.

(7) De hoc monasterio S. Martini quaedam in vol. I, p. 167 not. (1) dixi.

(8) Ex finibus, qui infra describuntur, patet agi de muro publico civitatis Neapolis.

Constantino imp. a. 917.

troitas suas et omnibus *etc.* pertinentem sibi per parentorum suorum interitum et chartula securitatis quam exinde atpreensit a q. . . . . consorti suo et coheret ab uno latere a parte meridiana murus publicus, et de uno capite a parte orientis campus memorati monasterii sicuti inter se paries exfinat et ex alio latere a parte septentrionis ipse carbonarius publicus, et ex alio capite a parte occidentis terra. . . . . ex eo quod memorata d. Militu abbatissa nomen eiusdem Iohannis in sacros dypticos dicti monasterii scripserat et poena statuta est in auri sol. 12 byt. Scriptum per Gregorium curialem. Signum manus memorati Iohannis. Testes: Leo filius d. Gregorii, Sergius filius d. Iohannis, et Iohannes filius d. Leoni. (1) Marquardus (2) primarius Curie civ. Neapolis secundum usum dicte civitatis post defunctionem trium testium et dicti Curialis, qui pro dibina bocatione sue mortis, que cum preoccupabit, (*minime*) hanc chartulam complere concurrit, manu sua complevit et absolvit in XIV. indict. (3). — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 781). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I. p. 19.

(917) 5. Die 25 m. ianuarii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. (4)

Iohannes monachus filius q. d. Sergii et q. d. Marie h. f. iugalium personarum cum consensu Marie h. f. coniugis sue commutat et tradit d. Makario religioso igumeno congregationis Ss. Sergii et Bachi, qui nunc congregatum exe videtur in biridiario integram portionem Marie genitricis sue de integra terra, que vocatur campu de lucia, positam at Tertium, que est de sexta parte una, hoc est uncie due, et indibisa reiacet cum aliis octo unciis, quas congregatio ipsa emptas habet et cum simul duas uncias portionis q., Gregorii Mucculi thii sui, et coheret ipsa terra hab uno latere cum terra plevi S. Georgii maiori, et cum terra de illi Saulosi, et de alio latere cum terra heredum Leonis Torti et de illi Maiorini et Gregorii Muccula, et de uno capite terra Iohannis Campanopio, et ex alio capite cum terra de illi Plastarella et de heredum Andree Modium solidum. Insuper pro hoc antestare et defensare promittit ab omni homine, propter quod exinde acceperat in vicem commutationis a dicto monasterio sex uncias de horto posito foris portam capuanam, que fuerunt q. Theodoti thie sue et indibise reiacent cum aliis sex unciis, quas detinet igumenus S. Dimitrii (5), et poena in auri sol. 36 byt.

(1) Quae sequuntur, ob dilutum atramentum, fere evanida, ab alia manu et quidem posteriori in ima authentica membrana deinceps apposita fuerunt.

(2) Huius primarii nomen, quod in nulla alia aevi ducalis membrana offendi, vix ac ne vix quidem legi potest. An potius Bernardus? V. infra.

(3) Consuetudo Neapolitana aevo sequiori in scriptis redacta sic se habet: *Ubi instrumentum conscriptum per curiales Neapolitanos reperitur subscriptum subscriptione duorum testium scilicet curialium et curialis, qui debet instrumentum compleri, moritur ante completionem instrumenti ipsius, partibus sive contrahentibus petentibus et volentibus, curialis, qui Neapoli vocatur primarius, complet ipsum.* Cons. Neap. tit. *De instrum. confectis per Curiales,* cons. 3.

(4) Tabularius, qui a. 1079 chartulam transcripsit, heic in membrana vacuum reliquit, verisimiliter quia annus imperii Constantini in authentico erat ob vetustatem deletus. Neapolitanorum vero monumentorum editores instrum. imp. Constantino Monomacho tribuerunt et ad a. 1052, imperii eius decimum, amandarunt. At cum Macarium hegumenum monasterii S. Sebastiani istis temporibus (V. infra n. 9), non vero saeculo posteriore vixisse mihi compertum sit, ego instrumentum ab anno 1052, huc ad a. 917, Constantino Porphirogenito imperante, aptius, nî fallor, revocavi.

(5) Monasterium S. Dimitrii vel Demetrii in regione Albinensi, prius monachis graecis, uti ex *igumeno*, qui in eo praeest, coniici licet, sub regula S. Basilii addictum, postea inter a 1058 et 1071 Casinatibus, teste Leone Ostiense (III c. 19) concessum, et ab Urbano II a. 1097 VI. Kal. aprilis, a Pascali II. a. 1113 prid. non. feb. (*Regest. S. Angeli in*

Scriptum et actum per Anastasium tabularium. Signum manus Iohannis cum consensu coniugis sue. (*Heic inter puncta additur:* eadem manu). Testes: Leo filius d. Aligerni, Leo filius d. Sergii, et μεχαριους φιλιους δν ιοαννι i. e. *Mekarius filius d. Ioanni (Subscriptiones testium, et absolutio curialis, quae tamen integra formula scribitur, in membrana ipsas habent notas eadem ratione appositas, quae in instr. n. 2 leguntur*). Exemplaria relevata chartule commutationis pro monasterio S. Sebastiani ex ipsa authentica, quam dedit d. Iohannes ven. abbas filius d. Guaimarii principis salernitani, et at singulos relecta per Petrum primarium et Stephanum tabularium Curie civitatis Neapolis, qui pro ampliore eius firmitate manu propria subscripserunt die XI. m. martii ind. I., imperante d. n. Alexio m. i. a. 12, sed et Iohanne porfilogenito eius filio m. i. a. 1. (a. 1093). — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 645). Pergam. dei monast. soppressi t. VIII. n. 394; R. N. A. M. t. V. p. 6.

6. Die 20 m. aprilis ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an 12. Maru (920) et Barbaria monaca, mater et filia, peccatrix, relicta et filia q. Iohannis pro redemptione anime offerunt in ecclesia propria earum, o b. Eufimia martira Christi, que sita est in regione duos amantes iuxta murum publicum (1), integrum hortum positum ante dictam ecclesiam, una cum arboribus, piscina et omnibus sibi pertinentibus, qui coheret de uno latere parte orientis cum hortu q. d. Anastasi prefecti, et cum hortu q. Marie germane et thie earum et de alio latere a parte occidentis cum via, que pergit at murum publicum, unde introitum habet in memorata ecclesia et in memorato horto, et introitum de hortum q. d. Iohannis Isauri, et de uno capite parte meridiana coheret cum hortu d. Iohannis et Gregori Isauri, nec non cum hortu d. Iohannis filii d. Stefani tribuni, et de alio capite a parte septentrionis cum memorata ecclesia et cum hortu d. Iohannis filii q. d. Elie. Iterum offerunt alium horticellum earum, qui est iuxta piscinam communalem una cum omnibus sibi pertinentibus. In eo vero tenore, ut in omnibus diebus vite earum ipsa matrix et filia usumfructum dictarum rerum habeant, et ambe vel que ex eis supervixerit qualiter exinde facere iudicareque voluerit in sua sit potestate. Verumtamen si in memorata ecclesia custodem ordinaverint, sive sacerdotem sive monacum, nemo presumat illum com-

formis in archivo Casin f. 10, et 12) atque ab aliis inde, quos praetereo, summis PP. (V. LUBINI, *Abbat. Ital. notit.* p. 249; GATTOLA, *Hist. Abbat. Casin.* p. 229) confirmatum fuit. Proinde aliquando titulum Ss. Demetrii et Benedicti habuit, ut ex quodam instrum. a. 1206 in *Notam. instrum. S. Marcellini* p. 175 elicio. Saeculo XV in abbatum commendatariorum ditionem abiit, et sequenti patribus religiosae sodalitatis, quae dicebatur *Somasca*, datum. Denique istorum abolitione in profanum usum huius saeculi initio conversum est. Eius memoria adhuc extat in ecclesia S. Demetrii in via, quae vulgo audit *dei Banchi nuovi.*

(1) Haec ecclesia, quae in instrum. a. 1251 *sita esse videtur intus anditu publicum, qui vadit de illo muro publico histius civitatis Neapolis et pergit ad via publica, qui nominatur ficariola regione porte de domino Urso* et in instrum. a. 1267 posita dicitur in vico ficariola in eadem regione portae de domino Ursi (*Notam. instrum. S. Sebastiani* n. 805 et 314), olim extabat in viciniis monasterii S. Sebastiani, sive in hortis eiusdem, cui postea adhaesit. Quod evenisse mihi videtur cum monasterium S. Petri ad Maiellam circa initium saeculi XIV. exaedificaretur vel amplificaretur, unde omnis illius loci facies tunc mutata. Nulla enim post medium saeculum XIV. vicorum, qui *ad duos amantes* aut *ficariola* dicebantur, amplius in instrumentis memoria occurrit. Per ea tempora vero platea *duos amantes* posita dicitur in regione *marmorata* et iuxta *trasendam* et curtem communem, quae nominabatur *curte pagana*. (Instrum. a. 1277 et 1291 in cit. *Notam.* n. 1740 et 1741).

movere vel quodvis premium querere; et, si post obitum earum ipsa ecclesia inordinata remanserit, tunc ordinetur ab igumeno, qui fuerit in congregatione Ss. Sergii et Bachi, qui nunc congregata esse videtur in viridiario absque omni premio, et a tunc omnia sint in potestate sacerdotis, qui ibidem custos fuerit. Si quis vero contra hanc offertionem venire presumpserit sub anathematis vinculis a 318 patrum parte possideat cum Iuda traditore d. n. Ihesu Christi, et cum omnibus hereticis et iudicium contemnat tecum, b. Eufimia, ante tribunal Christi, et insuper componat custodi et igumeno auri libras 2 byth. Scriptum et actum per Leonem curialem. Signum manus Maru et Barbarie, nec non Marie et Iohannis Isauri. Gregorius subscribit. Testes: Leo filius d. Sergii, ΙΟΑΝΝΕС ΦΙΛΙΟΥС ΔΝ ΘΕΟΔΟΡΙ i. e. *Iohannes filius d. Theodori* et ΜΑΡΙΝΟΥС ΦΙΛΙΟΥС ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΤΡΒ i. e. *Marinus filius d. Petri tribuni*—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 744). Pergam. dei monast. soppressi. t. I; R. N. A. M. t. I. p. 24.

(921) **7.** (1) Die 24 m. februarii ind. IX. Neapoli Imperante d. n. Constantino m. i. ann. 13. Theodonanda cum consensu d. Anastasii militis viri sui et Theodorus germanus eiusdem de terris portionis eorum positis infra fundum in Casamiana pagant et refundunt d. Marino militi exadelfo germano eorum per mensuram a parte orientis circa terram S. Andree in latitudine passos 9 (2), et in longitudine passos 81; memorati passi ad passum sancte Neapolitane ecclesie; pro eo quod ipse Marinus perdiderat portionem de alia terra in pulianum, loco Calberitianum, et ita fuerat statutum per merissim in divisione facta a parentibus eorumdem. Promittunt insuper ipsi Marino et eiusdem heredibus desuper tollere omnes consortes eorum, ita ut habeat memoratos passus absque quacumque requisitione vel calumnia; poena statuta in auri sol. 20 byt. Scriptum et actum per Leonem Curialem. Signum manus Theodonande cum consensu viri sui. Testes: ιωαννες φιλιους δν πετρι i. e. *Iohannes filius d. Petri*, Iohannes filius d. Anastasi, et Iohannes filius d. Sergi. (*Post signum manus Theodonandae et post nomen Iohannis filii d. Anastasii adduntur quaedam puncta et nota*: similiter; *itemque post nomen tertii testis, scil. Iohannis filii d. Sergii adnotatur*: alia manus. *Primus testis vero subscribit et curialis absolvit chartulam in fine secundum formulam consuetam*) — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1217) Pergam. dei monast. soppressi. t. I; R. N. A. M. t. I. p. 31.

(921) **8.** Die. . . . . ind. . . . . Neapoli. Imperante. . . . . an. 14, set et Romano et Cristoforo an. 1. Maria abbatissa monasterii Dni et Salvatoris nostri Iesu Christi et Ss. Pantaleonis et Sebastiani atque beatissimi Gregorii maioris ancillarum Dei promittit Pulcharo vicedomino S. Neapolitane ecclesie filio (3) . . . . seu Andree de Urso dare duas terras positas in Gualdo, una quarum coheret cum terra heredum d. Sergii ducis (4), alia vero terra

(1) In initio instrumenti superius legitur: *Christe fave.*

(2) Passus Neapolitanus constabat palmis septem et triente. Eius ferreus modulus, ad quem praediorum mensura exigebatur, olim adservabatur et nunc adhuc extat in maiori ecclesia fixus in parastata, quae est ultima navis sinistrae retro thronum archiepiscopale.

(3) *Vicedominis* cura et oeconomia bonorum ecclesiae sive episcopatus his temporibus commendabatur, uti nos docet, MURATORI, *Antiq. Ital.* t. V. c. 310. (Cf. MARINI, *Papiri diplom.* p. 306). Praeterea erant tunc etiam *Vicedomini* ducum, de quibus infra.

(4) Is est Sergius ille filius Gregorii ducis, et S. Athanasii episcopi ex fratre nepos, qui ab a. 877 Neapolitanum ducatum rexit, V. t. I. p. 94.

Constantino, Romano et Christophoro impp. a. 921 - 922.

coheret cum terra predictorum heredum d. Sergii ducis, et dictus Pulcharus eidem abbatisse promittit solvere terraticum omni anno de tritico et milio. Vinum vero promittit dividere per medietatem et pro palmentatico pullos parium unum, et, quando ad recolligendum venerint due moniales, ipsi nutrire tenentur eas. Actum per Iohannem Curialem et subscribit Athanasius reverendiss. episcopus. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 398.

9. Die 9 m. septembrii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito (921) m. i. an. 14, sed et Romano et Christoforo eius filio anno primo. Macarius ygumenus monasterii Ss. Sergii et Bachi concedit . . . . . (1) colono filio q. Ragemperti, habitatori in loco, qui vocatur Fracta, duas gryptas unam ante aliam constitutas et positas subtus solare ven. monasterii S. Archangeli, qui vocatur ad balane (2), que ei obvenerant ab heredibus Petri tribuni parenti et a Petro filio Helie militis per duas chartulas venditionis, cum omnibus eis pertinentibus sub annuo pensu modiorum 16 tritici boni sicci, et tractati at usque ante regiam monasterii et mensurati ad modium iustum; poena vero statuta in auri lib. 1 byt. Scriptum et actum per Stefanum curialem. μαχαριο ηγουμενους σου i. e. *Macario hegumenus subscripsit.* Testes: Leon curialis, Basilius filius d. Leoni, et Leo filius d. Aligerni.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 881). Pergam. de' monast. soppressi. t. I. R. N. A. M. t. I, p. 33.

10. (3) Die 6 m. ianuarii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 14, (922) sed et Romano et Christoforo ejus filio an. 7. Lupus colonus filius Arniperti coloni de loco, qui vocatur Pumilianum massa atellana (4) vendit et tradit Leoni genero suo sex uncias de terra sua, que vocatur ad horbeta posita in dicto loco, hoc est traversum iuxta via a parte de via de vibarum, et indivisa reiacet cum aliis sex unciis iuxta via publica, que pergit ad nucitum, quas in sua reservavit potestate; et insimul coheret terra Andree presbiteri ab uno latere, et ab alio sepis et fossatus, et de duobus capitibus memorate vie publice; divisas cum arboribus et introitu suo et omnibus sibi pertinentibus; liberas vero ab omni censum, regula seu responsaticum. Insuper promittit eas defensare ab omni homine omnique persona a partibus militie in perpetuum pro eo quod accepit auri sol. 2 byt. et poena in auri sol. 10 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem et scriniarium. Signum manus Lupi coloni. Testes: Iohannes tabularius, Ursus filius q. d. Iohannis primarii et Pulcari filius d. Arsafii notarii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n.° 538). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 35.

(1) In summario instrumentorum, quod Claritius vidit (*Commento sulla costit. di Federico II* p. 158) legebatur heic nomen coloni *Marci consi filii q. Sigemberti*, quod postea in membrana evanuit.

(2) Monasterium hoc alibi *ad Bayanum* rectius dictum invenies. De eo videndi sunt ENGENIO *Napoli sacra* p. 373; SABBATINI, *Calendario Napoletano*, V. p. 30.—ZITO, *Cronaca di suora Giulia Caracciolo* p. 67 aliique Neapolitanae urbis topographi. Heic tantum adnotare lubet quod in *Repertorio del Sicola* apud magnum neapolitanum archivum legitur; monasterium ipsum scil. *edificatum super quibusdam griptis egisse pro remotione cuiusdam molendini*, *cuius fragor divina officia perturbabat.* Reg. 1344. A. f. 62, et 1344. B. f. 106 v. Etsi vero chronicon, quod de eius abolitione saeculo superiore, uti mihi videtur, scriptum, omnino falsum haberi debeat, tamen inficiandum non est moniales ibi degentes ob morum licentiam a. 1577 inde exactas fuisse et in varia monasteria urbis dispertitas. Postea in eo monachi S. Mariae Mercedis incolatum habuerunt. At nunc ecclesia tantum extat in vico, qui ab ipso nomen accepit et adhuc retinet.

(3) Et in hac membrana, ut supra, in initio legitur: *Christe fave.*

(4) Nunc *Pomigliano d' Atella.*

Constantino, Romano et Christophoro impp. a. 924 - 925.

(924) **11.** Die 1 m. iulii Ind. XII. Neapoli. Imperante d. Constantino m. i. an. 16, sed et Romano et Christoforo eius filio mm. ii. an. 3. Iohannes humilis presbiter custos ecclesie b. archangeli Michahelis, sita a foris sub muro publico regione portenobense (1) et de cunctas stauritas ipsius ecclesie vendit et tradit Iohanni clerico fiolario (2) filio q. . . . . locum terre, ubi sepultura facere et habere debeat, sita foris portam ipsius ecclesie iuxta obsida S. Abbacyri et via publica, ut in sua heredumque suorum sit potestate ibidem corpuscula sepeliendi et per unum quoque corpusculu luminaria in ipsa ecclesia persolvere debeat; absque sua suorumque heredum quacumque requisitione; propter quod exinde accepĕrat integram suam sanationem; poena vero constituta in auri sol. 24 byt. Scriptum per Petrum scriptorem discipulum Leonis primarii. Actum per Petrum notarium. (3) Iohannes presbiter subscripsit. Signum manus stauritarum. Testes: Petrus filius d. Gregorii, CTEΦANOC ΦIΛIOYC ΔN CEPΓI MON i. e. *Stefanus filius d. Sergii monachi* et ιω φιλιουσ δν γρεγορι, i. e. *Iohannes filius d. Gregorii.* — (Ex arch. Cav. arca II, n. 16, olim 27, n. 94); SABBATINI, *Calend. Napol.* t. V. p. 41; Codex diplom. Cavensis t. I p. 182.

(925) **12.** Die 19. m. novembris ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 18 sed. et Romano et Christoforo eius filio mm. ii. an. 5. Mastalus filius Leonis et Marie iugalium vendit et tradit Iuliano superiora domus posita in vico qui vocatur Capuana (*sed totum* (4) *consumptum*). Actum per Stephanum curialem. *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 405.

(1) Haec ecclesia S. Archangeli, de qua vide sis infra n.65, postea ad monasterium cavense ex patronorum oblatione pervenit, uti membrana, quam breviatam heic subiicio, nos edocet: " Regnante Rocerio Sicilie et Italie magnifico rege anno X et eius dominationis civ. Neapolis anno 1 die 8 m. febru. ind. III (a. 1140) Sergius subdiaconus sancte sedis Neapolitane ecclesie, qui et Petalario seu archeadiacono divinae ecclesie S. Marie, que vocatur a Cosmedi et Marocta h. f. et Marino uterini germani filii q. d. Iohannis Petalario postmodum vero monaco et q. Gemme postmodo vero monacha iugalium personarum et memorata Marocta relicta q. d. Petri Gaulactiolu et Ropertus puerulus, qui vocabatur lanaro filius q. d. Stephani lanari et q. d. Gaite, que fuit filia memorati d. Iohannis Petalario, hoc est thii et nepotes; memorati vero Marinus et Ropertus thius et nepos per absolutionem d. Petri compalatii, qui Rogerius rex compalatio dimisit in istacium et habendo abocatorem d. Petrum, qui vocabatur sanctusossiu, filio q. d. Stephani quem ipse dominus Petrus compalatius abocatorem dederat propter quod non erant perducti in legittimam aetatem et memoratus Robertus puerulus cum consensu d. Stephani genitoris sui obtulerunt et tradiderunt d. Simeoni ven. abbati monasterii sancte et individue Trinitatis constructi in loco Mitiliano et dicitur de Caba foris Salerno civitate integras portiones eorum de ipsa ecclesia S. Archangeli, que dicitur sub muro, posita vero foris anc civitatem Neapolis foris illa porta que dicitur de illi monaci seu et in memorato muro publico eiusdem civitatis *etc.* SABBATINI, *O. c.* t. V, p. 48. Haud multo post, vid. a. 1177 Sergius Dei gratia Neapolitanus archiepiscopus fr. Benincasa Cavensi abbati et fratribus eiusdem monasterii confirmat concessionem eiusdem ecclesiae cum aliis in civitate Neapolitana positis, liberas ab omni iure episcopali tam in spiritualibus quam in saecularibus. Praeterea concedit praefatis ecclesiis, ut crisma, oleum sanctum, consacrationes ipsarum ecclesiarum et altarium, ordinationes clericorum vel monachorum ab se recipiant et insuper parochiam iuxta definitionem factam inter ipsam ecclesiam S. Archangeli et ecclesiam sancti Iohannis apostoli et evangelistae, quae nominatur in curte, tempore bonae memoriae Marini abbatis, confirmat. SABBATINI l. c. Deinceps saeculo XV Oliverius Carafa archiepiscopus Neapolitanus eandem ecclesiam Neapolitanae sedi restituit, quae usque adhuc parochialis est, et in via quea nunc *degli armieri* vocatur extat. Cf. ENGENIO sive alios patrios topographos.

(2) *Fiolarius* a *fiola*, quae vox, secunda syllaba producta, adhuc in quibusdam locis territorii Neapolitani et praecipue Surrenti utitur ad significandum quoddam vasculum vel oleaream capacitatis mensuram. Aliter rectius *phiala*. Videtur denotare cognomen ex ipso artificio desumptum. V. infra.

(3) Haec est una ex paucissimis Neapolitanis chartulis, quae a notario confecta sit.

(4) Ita adnotat breviator ipse.

Constantino, Romano et Christophoro impp. a. 926 - 927.

13. (1) Die 24 m. aprilis ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 18. (926) sed et Romano et Christoforo eius filio an. 5. Iohannes filius q. d. Anastasii tribuni definivit cum Donadeo colono de loco, qui vocatur S. Stephanum ad ille fracte (2), filio q. Salperti presbiteri de intentione, quam inter eos habuerant propter petiam de terra, que vocatur ad parietina, posita in memorato loco, et habet fines ab uno latere terra eiusdem Iohannis, quam nunc detinet monasterium Ss. Theodori et Sebastiani; et de alio latere terra de hominibus de Caucilione, et de uno capite terra eiusdem Donadei que vocatur ballanitum, et de alio capite terra. . . . . . Unde pars eiusdem Iohannis quesiverat ipsum Donadeum dicendo: quod memorata terra sua esset, eo quod fuit parentorum suorum, et ipse Donadeus et parentes sui de memorata terra, que ab eis cultata fuit, terrarаticum ipsi Iohanni et parentibus suis dedissent; pars vero Donadei replicabat dicens: absit quia veritas non est, nec Deus faciat ut memorata terra, que vocatur parietina sit eiusdem Iohannis vel de parentibus suis, et ego et parentes mei terraraticum exinde nunquam dedimus, sed mea est eo quod fuit parentorum meorum. Et dum intentio verteretur iudicatum est inter eos, ut si baleret pars Iohannis Donadeo ostensionem facere qualiter ipse et parentes sui asserebant, iusiurando illud firmare cum ipsis testibus et ipse Donadeus abrenuntiare dictam petiam ei deberet; sin autem ipse Donadeus iuraret et diceret, quod memorata terra sua fuisset et de parentibus suis, et nunquam exinde terraraticum dedisset, et ipse Iohannes poneret ei securitatem. Quod et factum est; et cum non potuisset ipse Iohannes illud taliter ostendere, accepit ab ipso Donadeo memoratum sacramentum, et definivit exinde cum eo et cum heredibus suis in omnibus, et declaravit nunquam a nunc et deinceps presumere ipsum Donadeum aut heredes suos querere de memorata terra, et posuit hanc chartulam securitatis; poena in auri sol. 30 byt. Scriptum per Anastasium scriniarium discipulum d. Iohannis curialis et scriniarii et actum per eundem Iohannem. Signum manus memorati Iohannis. Testes: Theodorus filius d. Iohannis tribuni, Iohannes filius d. Sergii tribuni, et Leo filius d. Theophilacti.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1114). Pergam. dei monast. soppressi, t. I; R. N. A. M. t. I, p. 38.

14. Die 2. m. martii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 19. (927) sed et Romano et Christoforo eius filio mm. ii. an. 6. Petrus humilis presbiter filius q. Marenaci promittit d. Scauracio ven. medico, filio q. d. Gregorii et Drosum seu Maru germanis filiis q. Basilii et Marie, filie q. Canpuli, relicte q. Gregorii, hoc est exadelfis seu thias et nepotes propter ecclesiam vocabulo b. Ianuarii sacerdotis et martiris constitutam (3) intus civitatem Neapolis inter plateam, que appellatur trea fata (4), et inter

(1) Membrana habet in initio dictam invocationem: *Christe fave.*

(2) Fractam maiorem, vicum olim, nunc florentissimum Neapolitanae provinciae oppidum, heic, uti mihi videtur, innuit; nam adhuc ibi in viciniis *Pardinula* sive *Parietinula* loci nomen. — De *Caucilione* et *S. Stephano* infra dicam.

(3) De hac ecclesia S. Ianuarii, quae in aliis instrumentis vocatur *de illi Spoliamorti*, et nunc extat in vico dicto *Limoncello*, infra opportunius dicetur.

(4) Vicus *Tria fata*, alibi *Carrarium* etiam vocatus (V. infra), a Parcarum, quae tria fata apud Romanos dicebantur (V. Procopii, *De bello gothico* I, 25 et *Mythogr. lat.* ap.

vicum qui vocatur duodecim putea (1), regione porte S. Ianuarii, una cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus ipsius ecclesie, de intus et foris, sive que modo habent vel si ibidem offertum fuerit, unde sex uncie pertinent memorato Scauracio, et alie sex uncie ipsis Drosu et Maru in ipsa ecclesia, ubi, Domino volente, eum custodem constituerant, ea vid. ratione, ut amodo et cunctis diebus vite sue ibi residere et die noctuque officium sacerdotale facere, hoc est vesperas et matutinos et missarum solemnia et horis laudis et luminariorum concinnationes exivere debeat, et de rebus ipsius ecclesie habitis vel habituris frui possit. Insuper quodcunque at conciandum habuerit in memorata ecclesia et habitationibus eius sive in tectora sive at fravicandum amodo et usque in prefinitos quatuor annos ipse illud facere promittit ad omne suum expendium, excepto pariete, qui est inter curticellam ecclesie et predictum vicum qui vocatur duodecim putea; ipsi vero patroni non habeant licentiam ipsum Petrum de memorata ecclesia iactare vel exinde de omnibus rebus eiusdem ecclesie aliquid tollere per nullum modum, aut sacerdotem vel clericum super eum ibidem ponere, nec ipse Petrus presumet de memorata ecclesia exire aut aliam ecclesiam at prehendere; preter si se monachum facere voluerit. Post suum transitum vero memorata ecclesia revertat cum omnibus ad ipsos patronos, et omne quodcumque ipse habebit vel habiturus fuerit, ad suum transitum vel si monachum se fecerit, dividatur inter ipsum et patronos in quarta parte, idest unam partem habeat memorata ecclesia, et tres partes ipse Petrus ad iudicandum pro anima; poena vero in auri libra 1. byth. Et in fine memoratur quod nemo habeat licentiam in memorata ecclesia horgania (2) qualibet aut lectum ponere per nullum modum. Scriptum et actum per Iohannem curialem et scriniarium. Petrus presbiter subscripsit (*et post aliquot puncta legitur caractere curialisco:* similiter manus). Testes: Iohannes filius d. Sergii tribuni (*qui subscribit consueta formula, et deinde additur caractere curialisco*: alias manus), Canpulus filius d. Iohannis (*et deinde, ut supra*: similiter alias manus) et Leo filius d. Marini (*et deinde ut supra*: alias manus) — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 899). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 41.

(928) **15.** Die 11 m. octobris ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 21 sed et Romano et Christoforo eius filio mm. ii. an. 8. Stephanus, cui supernomen Mannucciolum, havitator in loco qui nominatur Pumilianum massa Atellana, promittit Mauro colono genitori suo, quod famulas duas Uvilsetrudam et Rosam, et famulum suum Leonem, quas et quem emerat ipse Maurus a Saracenis, et quibus deinceps per chartulam

MAI, *Class. auct.* III, n. 110 — Cf. AVELLINO, *Bullett. arch. Napolit.* A. II, p. 18 et 25, ae MINERVINI, *Nuova serie* a. II, p. 151), sive statuis, sive saeello, inibi extantibus, verisimiliter nomen accepit. Nunc *S. Giovanni in porta* appellatur.

(1) Vieum *duodecim putea* in regione portae S. Ianuarii, postea etiam *iudaeorum* in regione summae plateae appellatum invenio. V. infra. Ibi monasterium *S. Petri ad duodecim putea* vel *puteos* olim extabat, ut infra videbitur et ex variis documentis a Iosepho FUSCO relatis etiam liquet (V. *Riflessioni sulla topografia della città di Napoli nel Medio Evo*, p. 17). Ex his praeterea discimus monasterium ipsum, in platea *saliti* regionis plateae Montaneae iuxta antiquum aedifieium voeatum *lo foro* positum, a. 1438 suppressum fuisse.

(2) *Horgania* heie appellantur instrumenta rustiea, quae utilia eulturae sunt, et praesertim vasa in quibus vinum reponitur, ut erui potest ex aliarum huius aevi membranarum eollatione, ubi eadem vox reeurrit. Cf. praeter alia instrum. neapolitanum a. 973 ap. R. N. A. M. t. II, p. 222, et nueerinum a. 1021 in *Cod. dipl. cav.* t. V, p. 37.

Constantino, Romano et Christophoro impp. a. 930.

liberationis in libertatem post suum transitum dimittere spoponderat, a nunc et deinceps nunquam presummeret aut haberet licentiam per qualecumque modum servitutis querere, neque de omnia quantum ad ipsos Maurus idem reliquerat querere post obitum eiusdem. Et insuper promittit facere eidem Mauro domino et genitori suo, donec dictus Maurus vixerit, omni anno sex operas ad manum, idest tres bernoticas, unam in magio mense, unam ad metere, et aliam ad vendemmiare. Si vero contra hanc chartulam securitatis promissionisque venire presumpserit aut si minime fecerit memoratas sex operas ad manum componere spondet auri sol. 36 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem et scriniarium. Signum manus memorati Stephani. Testes: Leo filius d. Theophilacti, ΘΕΟΔΟΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΒΙΤΑΛΙ ΚΟΜ, i. e. *Theodorus filius d. Vitali comitis* et Sergius filius d. Iohannis.— (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1069). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 44.

16. Die 26 m. februarii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. vicesimo . . . . (1) eius filio an. 9. (2) Eufimia h. f. et Vitalianus seu Stefanus, mater et filii, relicta et filios q. d. Marini Katasergium tribunum de abbatissa, ipsi vero *Vitalianus* et Stefanus pro vice eorum et pro vice etiam Aligermi parbuli germani eorum offerunt et tradunt d. Iohanni ven. abbati presbitero monasterii Ss. Seberini et Sossii, ubi eorum venerabilia quiescunt corpora, et per eum in supradicto sancto et ven. monasterio integras duas petias de terra portionis memorate Eufimie, quarum una vocatur clusuria de alfinianum, et alia ad sorbum ibidem in alfinianum constita, pertinentes eidem Eufimie per parentorum suorum et eam in sorte tetigit per merissi divisionis, quam apud se habere videtur, a Stephano et heredibus Iohannis seu Theodonande germanis suis, et coheret a duobus lateribus memorata terra, que vocatur ad sorbum, cum terra monasterii b. Marie puellarum Dei (3), et de uno capite cum terra Iohannolfi Ferrarii et ex alio capite cum terra. . . . . ; memorata vero terra de ipsa clusuria habet fines ab uno latere terra memorati Stephani et de alio latere terra portionis heredum memorati Iohannis et ipse portiones in quartam parte ad equale mensura. Insuper promittunt ipsas portiones exinde in omnibus et omni tempore pro eis posterisque eorum eidem ven. abbati eiusque posteris antestare et defensare, ac dare memorato monasterio in augusto mense pro portione de responsaticum Iohannis filii et germani eorum tritici modios 4 tractos intus ipsum monasterium et mensuratos ad modium instum; propter quod dictus Iohannes abbas promiserat recipere in dicto monasterio et monacum facere ipsum Iohannem et eum nutrire, vestire et calciare omnibus diebus vite sue, sicut regula b. Benedicti docet, ita ut ipse Iohannes ovedientiam et servitium prebere debeat, sicut ceteri alii monachi, et ex ipso monasterio nunquam exire presumat, et si presumpse- (930)

(1) Lacuna, quae heic occurrit, vocibus: *secundo sed et Romano et Christoforo*, quae aliis eiusdem instrumenti notis chronologicis optime respondent, apte expleri potest.

(2) Nescio cur Neapp. monum. editores annum *decimum* heic suppleverint, cum in exemplo muratoriano et in illo, quod legitur in cit. *Protocollo di S. Severino* f. 8 ac praecipue in ipsa membrana, annus nonus habeatur.

(3) Cum plura hoc tempore ascetriarum monasteria sub titulo b. Mariae in urbe nostra fuerint, designari non potest illud, quod heic absque ulla alia nota memoratur.

rit, a tunc licentiam habeat abbas eum sequere et apprehendere et in monasterio revocare et secundum meritum culpe corripere et disciplinare; poena statuta in auri libra 1 byth. Scriptum per Anastasium scriptorem discipulum d. Iohannis curialis et scriniarii (*et post aliquot puncta additur:* alia manus). Actum per Iohannem curialem et scriniarium. Signum manus Eufimie , Vitaliani et Stephani (*ut supra et deinde*: similiter alia manus). Testes: Gregorius filius d. Petri (*ordinaria formula et post aliquot puncta*: nam testis et alia manus), Iohannes filius d. Ursi (*et post puncta*: similiter testis), et Capulus filius d. Iohannis (*ut testis supra proximus et deinde:* iterum testis. *Item denique post absolutionem curialis et puncta additur:* alia manus.) Exemplaria chartule offertionis , ex authentica data a Roccio abbate dicti monasterii relevata et cum nimia cautela ad singulos relecta a Petro primario et Sergio tabulario Curie civ. Neap. die 1.mens. martii Ind. XI, qui pro ampliore eius firmitate manu propria subscripserunt.—MURATORI, *Antiq. Ital.* t. V, p. 594; Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I p. 47.

(930) **17.** Die 4, m. iulii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 22 sed et Romano et Christoforo eius filio mm. ii. an. 9. Landolfus filius q. d. Vualferii et Sergius filius q. d. Aligerni et Martia filia q. d. Basilii et Elisabet filia q. d, Sergii relicta q. d. Basilii et Eufimia relicta q. d. Sergii et ipsa Martia cum consensu Radelgrimi viri sui donant monasterio Ss. Sebastiani atque Gregorii puellarum Dei quandam cisternam sitam ante griptam eorum positam in monte iuxta S. Erasmum (1), a qua ipsi et predecessores eorum aquam hauriverunt per 30 annos per consuetudinem et poena controventionis statuta est ad auri solidos 30 bizantios. Actum per Stephanum Curialem. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 49.

(931) **18.** Die 2. m. ianuarii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 24. sed et Romano et Christoforo eius filio mm. ii. an. 11. (2) Ursus liberus (3) adoptivus q. Iohannis depera et Natalia iugales offerunt d. Benedicto religioso igumeno congregationis Ss. Sergii et Bacchi, qui nunc congregati esse videtur in monasterio S. Sebastiani in

(1) Instrumentum , quod de hac ecclesia in *Notam. instrument. S. Gregorii* n. 22 breviatum habeo, heic referre lubet. " Die 30 januarii ind. IV. Neapoli. Regnante d. n. Guilielmo Sicilie et Italie magnifico rege a. 20 , Simeon , qui nominatur Cicalisi et Petrus, filii q. Stefani, qui nominatur Cicalisi et q. Diane jugalium promittunt d. Gemme abbatisse monasterii domini et salvatoris nostri Iesu Xpi. et Ss. Pantalconi et Sebastiani ac beatissimi Gregorii maioris ancillarum Dei propter duas pectias de terra , unam maiorem et aliam minorem , positas in monte S. Erasmi , et coheret ab una parte iuxta viam publicam, que vadit ad ecclesiam S. Erasmi iuris dicti Simonis et iuxta terram Sergii Tortii et heredum de illo qui nominatur Caninolo, et Marini qui nominatur Cicalisi et Landolfi presbiteri germanorum parentum eorum et iuxta terram dicte ecclesie S. Erasmi, que est dicti monasterii; alia terra coheret cum bonis q. d. Iohanni Buccatortii et d. Iohannis cognomento Rumbo, qui fuit filius q. d. Sergii et iuxta terram de illi Guindactii ; quas terras dictum monasterium dedit ad laborandum eisdem germanis ad vitam eorum et dicti germani promittunt dicto monasterio dare singulis annis fabarum modium unum et medium per quatuor annos et deinde fabarum modia duo bona et sicca et dividere debeant vinum quod fiet in dicta terra et sic etiam fructus et pena constituta est solidorum auri 30 bisanziorum. Actum per Mattheum Curialem. "

(2) Notae chronologicae heic minime inter se conveniunt; nam indictio quarta more curialium Neapolitanorum annis 23 imperii Constantini, et 10 Romani ac Christophori respondere debuisset. Qua ratione vero contra heic factum sit nescio.

(3) Cave ne vocem : *liberus* pro filio accipias. Ex toto membranae contextu patet ibi agi de homine libero, immo potius manumisso.

Constantino, Romano et Christophoro impp. a. 932.

viridiario portionem cuiusdam domucelle posite at ficariola iuxta ecclesiam S. Agate (1) cum curticella ante se in quantum et quomodo dimittere visus fuit memoratus q. Iohannes dominus memorato Urso per chartulam adoptationis, una cum omnibus ei pertinentibus. Verumtamen si memorata Natalia ante ipsum Ursum virum suum mortua fuerit a tunc omnia movilia eorum deveniant in ipso monasterio, in quo ipse Ursus suscipi debeat; si vero premoriatur ipse Ursus tunc monasterium dividere debeat omnia cum ipsa Natalia, ita ut medietas eorum ebeniat in monasterii potestate, et alia medietas siat eiusdem Natalie usque ad suum obitum, et postea revertere debeat ad monasterium; poena statuta in auri sol. 20 byt. Scriptum et actum per Leonem curialem. Signum manus Ursi et Natalie ugalium. Testes: Capulus filius d. Iohannis, Leo filius d. Iohannis et CΕΡΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ, i. e. *Sergius filius d. Leoni.*—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1159). Pergam. dei monast. soppressi, t. I; R. N. A. M, t. I, p. 53.

19. Die 20 m. februarii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 24 sed et Romano et Cristophoro eius filius mm. ii. anno 10 ? (2) Maria filia q. Ioannis militis commutavit, et tradidit Bono et Iohanni germanis filiis q. Pantaleonis, idest portionem, que fuit q. Anastasii presbiteri germani sui de posticio, ut per ipsum posticium liceat eis, et eorum heredibus ingredere et egredere die noctuque, quandocunque voluerint, cum omni eorum utilitate ad curtem maiorem comunem ipsorum et consortium suorum absque omni contrarietate et promisit ipsa Maria id defendere et antestare etc. Et presertim quia dicti germani eidem Marie in commutationem et recompensationem predicti introitus et exitus dederunt portionem Stephani germani eorum de curte maiore comunale eorum et consortium eorum, ut in ipsa curti ipsa Maria et heredes sui talem licentiam et dominationem habeant qualem Stephanus germanus eorum, qui eis portionem suam vendidit, habuit ibidem. Et est signatum tali signo CCCXXXXVII. *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 168. (932)

20. Die 12. m. martii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 23 ? (*l.* 24) sed et Romano et Christoforo eius filio mm. ii. an. 11. Leo filius q. Ursi, habitator in loco Acerre, donat et tradit d. Benedicto igumeno monasterii. Ss. Sergii et Bacchi, qui nunc congregatum esse videtur in monasterio S. Sebastiani duas petias de terra positas in dicto loco (3) unam vocatam palmam, aliam vocatam fossam. Actum per Leonem curialem. *Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1026. (932)

(1) Haec ecclesia, uti illa in eadem regione posita et S. Euphemiae dicata, de qua egi supra p. 21 not. (1), sub initio saec. XIV destructa fuit. In cuiusdam enim membranae acephalae et anni incerti, quae in regio Neap. archivo adhuc extat, parte exteriori adnotata sunt haec verba: *Ordinationes ecclesiae S. Agatae, quae est iuxta illum hortum maiorem nostri monasterii iuxta portam de domino Urso, quae modo facta est monasterium S. Petri de Majella.*

(2) Non dubito quin heic legendum sit: *undecimo.*

(3) Per ea tempora alius etiam fundus ab ipso S. Sebastiani monasterio in eodem loco Acerrae emptus fuit, cuius notitiam ad Neapolitanas illius aevi res cognoscendas haud inutilem ex membrana in R. N. A. M. t. I, p. 28 relata, heic afferre lubet. In ea habetur: Memoratorium factum a. 8 imperii d. n. Constantini m. i. et 5 anno d. Landolfi antipati patricii et principi et d Atenolfi patricii et principi mense octubrio IX ind. (a. 920) a Christoforo monacho monasterii S. Sebastiani siti intus civitatem Neapolim, in quo, Deo annuente, d. Machario ven. abbas preest, de hoc quod intus cibitate Benebento coram nobiliores homines coniunxerat se

Constantino, Romano et Christophoro impp. a. 932.

(932) 21. Die 27 m. magii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 24 sed et Romano et Christophoro eius filio mm. ii. an. 11. Orta intentione inter Gregorium filium q. d. Iohannis et Leone filium q. d. Stephani magnifico, et Gregorium filium q. d. Andree magnifico, exadelfos germanos, ac omnes heredes q. d. Aligerni Stroniolum et heredes d. Sergii et d. Iohanne ven. abbati presbitero pro vice d. Basilii q. Stroniolum propter fundora et terras positas in Malitum et iam per merissi divisas; unde asserebat pars dictorum germanorum, quia per fortia ipsis tulerant memorata fundora et terras parentes illorum Stroniolum et aliorum consortium, et pars istorum respondebat dicendo: absit ut sit veritas. Et dum multam inter eos intentio verteretur iudicatum est inter eos a d. Iohanne glorioso (1) Duce, ut due persone de memoratis heredibus iurarent et per *sacramentum* dicerent, quia memorata fundora et terras que iam per merissi divisas habebant que .... 40 annos absque fortia tenuissent, et ipsi germani ponerent exinde securitatem; quod et factum est. Et ecce suscepto sacramento ipsi germani... in presenti definiunt quod nunquam ipsi aut eorum heredes quamcumque requisitionem aut calumniam facient de ipsis fundoris et terris per nullum modum in perpetuum; et insuper memoratus Gregorius promittit desuper se et heredes suos tollere germanos suos et heredes q. d. Gregorii avii sui et memorati Leo et Gregorius iterum promittunt desuper seipsos et heredes eorum tollere germanos suos, et heredes q. .... eorum; poena illis qui contra hanc chartulam securitatis definitionis venerint statuta in auri lib. 1 byt. Scriptum et actum per Leonem curialem (*ante subscriptiones inter puncta legitur*: similiter). ΓΡΕΓΟΡΙΥC CYB, i. e. *Gregorius subscripsit et deinde item legitur* similiter). Signum manus Leonis et Gregorii. Testes: ΙΟΑΝΝΕC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΘΕΟΔΟΡΙ i. e. *Iohanne) filius d. Theodori*, ΙΟΑΝΝΕC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΠΠΙ i. e. *Iohannes filius d. Appi* (*et omissa formula consueta post puncta legitur*: similiter testes) et CΤΕΦΑΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΝΔΡΕΑ i. e. *Stefanus filius d. Andrea (et deinde ut in supra proximo legitur*: iterum et testes).—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 611.) Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 55.

(932) 22. Die 11 m. nobembris ind. VI. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 25 sed et *Romano et Christoforo* eius filio mm. ii. an. 12. Dispositum factum a Sergio filio q. d. Constantini et q. d. .... iugalium cum voluntate presentis Blactu h. f. coniugis sue, ut qualiter inferius iudicaberit de omni sua substantia firmum et stabile maneat in perpetuum. Et primum omnium disponit, ut ad suum ovitum Iohannes filius q. d. Gregorii magnifici et Aligernus filius item d. Aligerni, et Petrus filius q. Leonis vendant integram portionem suam, quam ei tetigit de terras positas foris gripta et caballum suum, et de pre-

cum Aldemari filio Dauferi et cum Totonem et Saduto et Adelferi germanis filiis Totonis et cum Urso filio Totonis quam et cum Garipoto filio Guandelberti, quia vendiderunt in eodem cenovio integrum fundum illorum de loco Acerre, quod tenuit q. Liupertus, qui fuit servus eorum, abitantem de eodem loco Acerre una cum omnes terras cultas vel incultas sive intus laneum et a foris ipsum laneum ex ipso fundo pertinentes, tam longinquis et propinquis, silbis et aspris, pascuis, limitibus, arboribus *etc.* cum viis et anditis et omnibus *etc.* Quod brebe scripsit Magelgardus notarius Benevento „.

(1) Is est Iohannes III, (928-968), de quo egi t. I, p. 111-117.

Constantino, Romano et Christophoro impp. a. 932.

tio quod exinde tulerint, dent solidos 4 ad Aligernum et Annam germanos bernaculos suos; reliquos autem distribuant pro anima sua per sacerdotes et pauperes fratres Christi, ubi ipsi previderint. Item legat eisdem bernaculis integram petiam de terra, que vocatur rotundula, sita ad Baccilianum, cum omnibus sibi pertinentibus, ut dividant illam inter se equaliter, in eo enim tenore ut si quis eorum infra etatem aut sine herede obierit unus alteri inter se eorumque heredibus moriatur, si infra etatem, gratis, si vero legitimus, detur, cui ex eis supervixerit eiusque heredibus medietas pretii, quod portio eius appretiata fuerit a christianissimis viris per manus cui disposuerit, et si non disposuerit, constringatur per manu cimiliarcha (1), qui tunc tempore fuerit in S. Neapolitana ecclesia; si vero ambo infra etatem ant sine heredes obierint, succedat eisdem Ursus filius suus eiusque heredes eadem lege ut supra. Omnem vero hereditatem suam seu substantiam de intus et foris, domos et casales, terras sationales quam per hortua vel montibus, res mobiles vel immobiles seseque moventes omnesque sibi pertinentes relinquit Urso filio suo, ita ut, si infra etatem vel sine herede obierit, omnes hospites sui et fundora vivorum et mortuorum seu commenditi cum cespitibus et consuetudinibus cum uno modio de terra, ubi ipse sibi eligere voluerit, sint de quidem Urso germano suo eiusque heredibus; reliqua vero substantia de intus et foris sit de predictis bernaculis suis, si tunc ipsi fuerint vel illorum heredes, et dividant sivi illud inter se equaliter in eo tenore, ut unus ex eis alteri, qui infra etate aut sine herede obierit, succedat; et, si ad ovitum ipsius Ursi predicti bernaculi non fuerint aut ipsi infra etatem aut sine heredibus obierint, legat modium unum de terra ad Paternum ecclesie sue S. Petri ad Paternum, et reliqua in congregationis chartulis ecclesie Stephanie. (2) Item disponit, ut qui de memoratis bernaculis aut eorum here-

(1) Cimiliarca, quem etiam corrupto vocabulo *Ciminarcam* deinceps in aliis documentis et vulgari sermone *lo Cimonarca* (*Cronaca di Partenope* L. I, c. 17) dictum invenio, fuit ab olim et est nunc unus ex septem canonicis presbyteris cardinalibus praebendatis in maiori ecclesia neapolitana constitutis. Antiquitus cimeliorum sacrorum custodiam habuit, unde ei nomen accessit; deinde, hoc officio omisso, congregationis hebdomadariorum eiusdem ecclesiae princeps habitus est. De eo plura habent praecipue CHIOCCARELLI, *O. c.* p. 29; MAZOCHIUS, *De cathedrali ecclesia neap. semper unica*, p. 126 et ASSEMANI, *Ital. histor. script.* IV, p. 142 et ss. quos vide.

(2) Multum diuque saeculo superiori et aliquando etiam nostris temporibus inter canonicos et hebdomadarios maioris neapolitanae ecclesiae in foro atque inter rerum patriarum scriptores disputatum est an unica semper ecclesia cathedralis Neapoli vel duplex, sub uno tamen praesule, extiterit, quarum altera ab Constantino magno imp. sive potius eius temporibus fundata ex S. Restitutae martyris lipsanis in ea postea invectis sub eius nomine, altera sub titulo Stephaniae sive a Stephano I. eius conditore, sive a Stephano II. instauratore indigitaretur. Pro unitate contendunt MAZOCHIUS, in opere *De ecclesia Neap. semper unica*, SPARANO in *Memorie storiche della chiesa napoletana*, FRANCHINI in *Memoria in difesa dell'ill.mo Capitolo di Napoli* aliique minores, qui canonicorum causae faventes Stephaniam in praesenti basilica S. Restitutae, hanc vero in veteri S. Mariae, quae *de principio* dicitur, oratorio recognoscunt. Contra pro duplicitate stant post Sersalium (*Cappella Minutolo*) et Falconem (*Ist. della vita di S. Gennaro*), ASSEMANI, *O. c.* t. III et IV; ASSEMANI alius, *Votum pro rei veritate etc.*; PECCHENEDA, *Memoria in difesa degli Eddomadarii* ceterique, qui hebdomadariorum iura vindicare satagunt, et Stephaniam in novae cathedralis situ, S. Restitutam vero in ea ipsa, quae sub hoc titulo adhuc extat, ecclesia collocant. Mihi de ea re plura dicere nec lubet nec vacat; at cum *binas praesulum sedes* Neapolim *gestare* in *Vita S. Athanasii* reperiam, et S. Restitutam ab Stephania diversam monumenta innuant, quae aliam *de intus episcopio* et aliam *copulatam cum episcopio* asserunt, ego Mazochii et aliorum, qui cum eo sentiunt, opinioni minime accedere possum; et eo magis quod unaquaeque ex ipsis duabus ecclesiis propriam congregationem sacerdotum habuerit. In nostris enim monumentis *congregationis ecclesiae Stephaniae* simul ac *congregationis ecclesiae S. Restitutae* notitia occurrit.

Constantino et Romano impp. a. 933.

dibus aliquod de portione sua dare habuerit nulli alie persone dare presumet, nisi inter se eorumque heredibus et in pretio sicuti appretiatum fuerit, et, si inter se tollere noluerint, vendant ipsi filio suo, et, si iste aut heredes eius emere noluerit, cui dare voluerit in eorum sit potestate. Insuper disponit quod Blactu coniux sua sit domna et domina in omni sua hereditate regendi, gubernandi et fruendi eam, si alium virum per quodvis modum non fuerit sociata: post eius vero ovitum perficientur omnia sicut superius legitur. Petrus autem famulus ad suum ovitum statim maneat liberus et absolutus, et habeat a distributoribus suis auri sol. 1 byth. Item disponit habere S. Neapolitanam ecclesiam absque iniuria tremisse unum neapolitanum. Denique Blattu h. f. coniux dicti Sergi, que superius consensum tribuit, legat falcidium suum Urso filio suo, si sibi supervixerit, si vero obierit infra etatem vel sine heredibus reservat sibi facultatem facere de eo quod voluerit, excepto de memorata terra predictis bernaculis donata. Testator reservat sibi facultatem iungendi, minuendi vel etiam totum dispositum ebacuandi. Qui contra vero venire ipsi praesumpserit componat auri libra una byt. Scriptum et actum per Andream curialem. Signum manus Sergii qui pro occupatione mortis minime scribere concurrit, set omnia memorata scribere rogavit. Signum manus Blactu (*cui post aliquot puncta additur*: alia manus). Testes: Petrus filius d. Aligerni, (*et deinde, uti alias*, nam testes), ΘΕΟΔΟΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΒΙΤΑΛΙ ΚΟΜ. i. e. *Theodorus filius d. Bitali comitis* (*et additur uti alias*: iterum testis) et Aligernus filius d. Iohannis, (*ac item, ut supra*, similiter testis *et post absolutionem Andreae curialis etiam*: alia manus). Exemplaria relevata ex ipso authentico. quod adduxit Sergius Pappasalbanum pro vice sua et de germanis suis et cum nimia cautela ad singulos relecta a Petro primario et a Sergio tabulario Curie civ. Neapolis die 28 m. aprilis ind. II. qui manu propria subscripserunt. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 643). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I. p. 60.

(933) 23. Die 28 m. martii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 25, set et Romano m. i. an. 12. Trasarus filius q. Stephani havitator in loco, qui nominatur Claulanum (1) vendit et tradit Petro cintimulario filio q. Theodori cintimularii petiam de terra, que vocatur cesa maurosi, posita inter Balusanum (2) et memoratum locum Claulanum cum omnibus sibi pertinentibus, que sibi obvenit a Theodonanda et Sergio germanis filiis Stephani q. tribuni per chartulas comparationis, quas apud se habebat, et coheret de uno latere cum terris, quas ipse Petrus comparaverat a Iohanne germano ipsius Trasari et de alio latere similiter cum terra ipsius Petri comparata a d. Eupraxia Guarenula et de uno capite cum terra monasterii S. Andree (3) que appellatur. . . episcopio ac de alio

Duplicem ergo cathedralem duplicemque in ea clerum hisce temporibus Neapoli extitisse non dubito. Quomodo autem utraeque congregationes in unum coaluerint corpus et congregatio S. Restitutae superiorem, congregatio Stephaniae vero inferiorem locum obtinuerint, nescio. Çerte ex quadam nova archiepiscopalis capituli constitutione, cum vetus Stephania obsolesceret, vel praesens cattedralis exaedificaretur, id effluxisse dicendum est.

(1) Pagus in agro Neapolitano, postea Ployanum vel Playanum dictus, (V. CHIARITO, *O. c.* p. 167,) nunc *Chiajano*.

(2) Alius in eodem agro pagus, qui et Vallesanum, prope Maranum positus, (V. CHIARITO p. 168). Incolis destitutus sub initio forsitan saec. XVI excidit.

(3) De hoc monasterio sive ecclesia, cuius meminit *Vita S. Athanasii*, vide sis, quae innui in t. I, p. 216 not. (5), ex errore typographico signata (4).

Constantino et Romano impp. a. 934.

latere? cum terra Anne medica de Balusanu pro pretio auri solidorum 5 bytianteorum. Insuper promittit ipsum emptorem in omnibus antestare et defensare, et quando necesse fuerit pro ipsa defensione memoratas chartulas ostendere; poena statuta in auri sol. 24 byt. Scriptum et actum per Andream curialem. Signum manus Trasari. Testes: Petrus filius d. Theophilacti presbiteri, Gregorius filius d. Decibili et Petrus filius d. Mastali.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 484). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 68.

24. Die 6 m. martii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 26, sed et Romano m. i. an. 13. Eufimia filia q. d. Theodori, et q. d. Theodonande iugalium personarum una cum consensu d. Iohannis viri sui vendit et tradit d. Benedicto, religioso igumeno congregationis monasterii Ss. Sergii et Baschi, qui nunc congregatum esse videtur in monasterio S. Sebastiani in viridario, integram portionem suam de integro monte posito in Nonaria (1), que est de tertia parte pars una, et unde due partes sunt portionis heredum q. Marie uterine germane sue, quam ipse igumenus iam comparatam habebat, et alia portio est de q. Marino germano suo, et indivise reiacent, et ei pertinet de q. Theodoro genitori suo, et una cum introitu suo, cum holibetis et curtanea et cum portione de piscina et omnibus sibi pertinentibus. Insuper promittit ipsam portionem ab omni homine antestare et defensare; propter quod accepit exinde auri sol. 4 byt; poena vero statuta in auri sol. 12 byt. Scriptum et actum per Leonem curialem. Signum manus Eufimie. Testes: ΙΟΑΝΝΕC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΤΕΦΑΝΙ i. e. *Ioannes filius d. Stefani*, ΙΟΑΝΝΕC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΠΠΙ i. e. *Ioannes filius d. Appi*, et ΜΑΡΙΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΤΡΒ i. e. *Marinus filius d. Petri tribuni.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 377). Pergam. dei monast. soppressi. t. I; R. N. A. M. t. I, p. 70. (934)

25. Die 27 m. iunii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 26 sed et Romano m. i. an. 13. Marinus miles filius q. d. Theodori et q. d. Theodonande iugalium personarum vendit et tradit d. Benedicto igumeno congregationis monasterii *etc.* integram portionem suam de integro monte posito in Nonnaria pro auri solidis 4 bytianteis et medio cum omnibus *etc.* (*ut in istrum. supra proximo*); nam ipsum monasterium alias duas portiones iam emerat ab Eufimia germana ipsius Marini et ab heredibus q. Marie item germane ipsius venditoris. Insuper promittit ipsius portionis vendite defensionem, poena statuta in auri sol. 12 byt. Scriptum et actum per Leonem curialem. Signum manus Marini militis. Testes: ΜΑΡΙΝΥC ΦΙΛΙΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΤΡΒ i. e. *Marinus filius d. Petri tribuni* ΙΟΑΝΝΕC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΤΕΦΑΝΙ i. e. *Ioannes filius d. Stefani*, et CΕΡΓΙΥC ΦΙΛΙΥC ΔΝ ΙΟΑΝΝΙ i. e. *Sergius filius d. Ioanni.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 370). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 73. (934)

26. Die 10 m. decembri ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 27 sed et Romano m. i. an. 14. Gregorius et Iohannes germani filii q. d. Leo- (934)

(1) Nonaria vel Nonnaria, locus foris fluveum, territorio plagiense, in viciniis *S. Georgii ad Cremanum.* V. infra.

Constantino et Romano impp. a. 935.

nis et q. Theodoti h. f. iugalium personarum una cum voluntate eiusdem genitoris eorum et ipse Iohannes tam pro vice et portione sua, quam pro vice Marie monastrie germane eorum, pro salvatione et redemptione anime matris eorum offerunt et tradunt d. Mauro presbitero custodi ecclesie vocabulo S. Seberi Xpi confessori (1) site in platea, que vocatur radia solis, que et gurgite dicitur, et per eum in ipsa ecclesia duas petias de terra positas in loco, qui vocatur Anianum, ex quibus una, que vocatur sianum, habente de uno latere et de uno capite via publica, et ex alio latere terra de hominibus de Maranum, et ex alio capite terra de hominibus de Calbectianum; et alia, que vocatur intersicum, que coheret cum via publica, cum terra heredi d. Marini Brancii et cum terra de hominibus memorati loci Marani cum omnibus *etc.* pro alimoniis custodis dicte ecclesie. Insuper ipse Iohannes promittit pro se et heredibus suis desuper tollere memoratam Mariam monastriam germanam suam; et heredes eius absque omni ipsius Mauri damnietate nulla dante hoccasione; ita ut ipse Maurus et posteri eiusdem nullatenus aliquando tempore licentiam habeant memoratas terras a potestate ipsius ecclesie subtrahere, et alienare per nullum modum; tamen stetit ut a modo et usque in 40 dies ipse Maurus missam unam omnes dies canere debeat ad memorata genitrice dictorum germanorum, et deinceps posteri eius qualibet hebdomada perpetuis temporibus. Pena vero statuta in auri sol. 20 byt. Scriptum per Iohannem scriptorem generum Iohannis tabularii. Actum per Iohannem tabularium. Leo subscripsit. Signum manus Gregorii. Testes: Sergius filius d. Theodori tribuni, Christoforus filius d. Mauri medici et Marinus filius d. Andree. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 913). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I p. 75.

(935) **27.** Die 10 m. februarii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 27 sed et Romano m. i. an. 14. Bonus hortulanus et Eupraxia iugales, filius et nurua q. Ursi hortulani, qui nominatur Pirindula, vendunt et tradunt Basilio Ferrario et Marie iugalibus, filio et nurua q. d. Iohannis dudum Ferrarii et maiorarii, modo vero monachi, domum intus civitatem Neapolis in regione Balnei nobi (2) cum inferioribus et superioribus, aheribus et aspectibus et cum introitu suo, et omnibus eis pertinentibus; que sibi obvenit per chartulas comparationis a q. Theodonanda h. f. et Sergio, genitrice et filio, relicta et filio q. Iohannis militis, et ipsis iugalibus in portione tetigit a Constantino hortulano et Maria, iugalibus, germano et cognata eorum per merissi divisionis, quam emptori remittunt; et coheret ab uno latere parte orientis domus et curticella ipsius Constantini

(1) Haec ecclesia, de qua frequens in instrumentis monasterii S. Sebastiani, ad quod pertinebat, mentio, olim extabat in vico Radii solis seu gurgite, qui posterioribus temporibus *dell'arcivescovado* dictus fuit, et nuper laxatus in via *del Duomo* obsolevit. Ipsa saeculo XVII. prophanata (*Scritture del monastero dei Ss. Pietro e Sebastiano* vol. I, fol. 200. *Arch. di Stato IV uffiz. Finanze n. 1457*) et coenobio PP. Oratorii, vulgo *dei Girolamini*, aggregata fuit. (*Acta Visit. Cathedr.* a. 1630).

(2) Regio balnei nobi vel novi, auctore Fabio Iordano (ap. Fusco, *Epigrafe*, p. 43), in illa urbis parte, quae est juxta vicum qui olim *Crypta S. Martini*, et nunc *della Pace* dicitur, requirenda est. At cum domus ibi posita in hoc instrumento contermina dicatur vico, per quem descendebat aqua e *fistula*, ego potius regionem ipsam magis ad meridiem extitisse crediderim versus viam *del Pendino*, ubi *Fistula*, de qua in not. sequenti innuam.

Constantino et Romano impp. a. 935.

et Marie, a septentrione est trasenda communali, a parte meridiana est domucella Ursi filii d. Gregorii monachi, et ab occidente coheret vicus publicus, per quem descendit acqua a fistola, (1) et hoc pro auri sol. 17 bytianteis ; ita ut in ipsorum coniugum sit potestate avendi, tenendi, vindendi , seu fabbricandi *etc.* sicut memorata merissi continet. Insuper promittunt illam antestare *etc.* poena in auri lib. 1 byt. Scriptum per Iohannem scriptorem discipulum d. Stephani curialis. Actum per Stephanum curialem, (*cuius absolutio in fine habet post aliquot puncta :* seu et alias manus). Signum manus Boni et Eupraxie. Testes: Iohannes filius d. Stephani tribuni (*cui post aliquot puncta additur* : testibus iterum alia manus), Petrus filius d. Sergii, (*et, omissa formula consueta, post aliquot puucta additur :* alia manus) et Sergius filius d. Iohannis. (*et, ut in supra proximo, additur* : etiam et alia manus). Exemplaria chartule comparationis ex authentica relevata et ad singulos relecta ab Andrea primario et scriniario Curie civit. Neap. qui pro eius firmitate subscripsit — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 303). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 78.

28. Die 6. m. decembrii ind. IX. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 28 sed et Romano m. i. an. 15. Iohannes filius q. Lupi et Benefacta iugales, commanentes in loco qui vocatur Pumilianum massa atellana, vendunt et tradunt Spendeo filio q. Mauri, habitatori dicti loci integras sex uncias de terra que vocatur orbeta posita in dicto loco , hoc est a parte vie publice, que pergit ad Nucitum, una cum omnibus sibi pertinentibus, absque omni censo aut regula a partibus militie ; et coheret de uno latere cum via carraria, sicuti finit sepis et fossatum, et de alio latere cum terra d. Cesarii Cacapice, de uno capite cum dicta via pubblica et ex alio capite cum sex unciis aliis, que sunt Leonis cognati eorum, et eidem a dicto genitore et socero vendite fuerunt, et hoc pro pretio auri tt. 9. Insuper promittunt illas in omnibus defensare a partibus militie, ipso Spendeo et heredibus suis ostendentibus duas chartulas , quas modo ei remiserant, idest chartulam venditionis in membrana epistolaria scriptam, quam fecerunt Ursinianus clericus filius Fermosaci et Ursoaldus filius Gititiuli ad nomen Iohannaci filii Fermosaci , et aliam abscissionis, quam fecit Stephanus filius Gregorii ad nomen memorati Lupi genitoris et soceri ipsorum iugalium ; poena vero statuta in auri sol. 12 byt. Actum per Andream curialem et scriniarium. Signum manus Iohannis, et Benefacte. Testes : Gregorius filius d. Decibili, Iohannes filius d. Theodori tribuni, et Iohannes curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 558). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 82. (935)

29. Die 15 m. decembris ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 28, sed et Romano m. i. an. 15 Iohannes, igumenus monasterii S. Anastasii (2) pro vice Stefani monachi memorati monasterii, qui infra etatem esse videtur, et Maria, Petrus, Scale ? et Eufemia filii q. Sergii monachi, et ipse Petrus etiam pro vice Mare germane sue , que infra etatem esse videtur, vendunt et tradunt Iohanni Pirisino pro auri solidis 42 domum (935)

(1) *Fistula* verisimiliter is ipse est fons in regione Furcillensi, qui saeculis etiam posterioribus ita appellabatur, et deinceps, ut nunc, ab anaglypho cum capite Medusae , ex cuius ore aqua manat , *la fontana dei serpi* dicitur.

(2) Forte monasterium S. Anastasii et Basilii *ad Mediam*, de quo infra redibit sermo.

sitam intus civitatem Neapolis in platea, que dicitur Augustali, que domus habet fines ab oriente domus Petri Isabri viri memorate Marie et domus heredum Stefani negotiantis; ab occidente domus Stephani thii ipsorum venditorum, a meridie ecclesia s. Laurentii (1), et a septentrione dicta platea. (*Breviator omittit nomen curialis et testium*). — Ex *Reassunto degli antichi istrumenti..... di S. Patrizia* v. Piazza Augustale, cod. Ms. in bibl. munic. *Instrum. olim sign.* fasc. 13, n. 137. *Ego summarium italicum latine reddidi.*

(936) 30. Die 27 m. ianuarii ind. IX. Sysse. (*Syrrenti*). Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 28 sed et Romano socero suo m. i. an. 14 (*l.* 15) Anna et Gregorius miles, genitrix et filius, filia et nepos q. d. Pascalis militis cognomento Picculi, relicta et filius d. Iohannis militis cata. . . . . . offerunt b. Vito Martiri et pro eo d. Sergio presbytero, nepoti et consobrino eorum, filio q. d. Stephani militis quamdam terram sitam in Massa publica (2) in loco S. Viti. Actum per Pretiosum presbiterum et notarium. (*Est de caractere* (3) *longobardo*). — *Notam. instrum. S. Sebast.* n. 789.

(936) 31. Die 30 m. martii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 28, sed et Romano m. i. an. 15. Eustratius Ferrarius filius q. Iohanni Ferrarii cum consensu Drosu coniugis sue vendit et tradit Petro Ferrario nepoti suo, filio q. Iohannis Ferrarii integra superiora cubuculi sui, constituta super inferiora eiusdem Petri, posita vero intus hanc civitatem Neapolis in vico qui vocatur S. Georgii in Diaconia (4) cum aheribus et aspectibus suis *etc.*, et coheret a parte orientis alia domus eiusdem Eustratii, quam in sua reservavit potestate, sed regiam, que in ipso pariete esse videtur, ipse Petrus ab ipso die fabrire et ipsas regias cum pertinentia sua sibi tollere debeat; a parte septentrionis est domus Boni de Pantaleone et a parte occidentis curti heredum ipsius Pantaleonis et a meridiana parte superiora eiusdem Petri, sicut inter se clusuria de tabulis exfinat, et hoc pro auri solidis 4 byt. et tare uno. Insuper promittit venditionem antestare *etc.* poena vero statuta in auri sol. 12 byt. Actum per Anastasium curialem. Signum manus Eustratii cum consensu ipsius coniugis sue. Testes: Christoforus filius d. Mauri medici, Iohannes filius d. Gregorii et Stephanus filius d. Theodosii tribuni.—(*Notam. in-*

(1) Haec est prima, quam in his documentis inveni, ecclesiae S. Laurentii in platea Augustali mentio.

(2) Nunc *Massa Lubrense*, olim sic vocata ex agro publico coloniae surrentinae, qui ibi extabat. Coniecturam ego iam in opere: *Il Tasso e la sua famiglia a Sorrento*, p. 217 proposui.

(3) Hanc notam breviator ipse in suo summario apposuit, ut significaret instrumentum caractere communi, non vero curialisco scriptum esse.

(4) Ecclesia haec S. Georgii, antiquitus una ex septem Neapolitanae Ecclesiae diaconiis, de quibus V. MAZOCHIUM *De Cathedr. Eccl. Neap.* p. 152, unde *in Diaconiam* nomen accepit, olim extabat in platea, vulgo *Largo de' Gerolamini* nunc appellata, occidentem versus. Postea itidem una ex 22 minoribus parochiis evasit, et S. Georgitelli, ut ab ecclesia S. Georgii maioris distingueretur, *in foro veteri*, vel *ad mercatum* dicebatur. Denique sub finem saec. XVI, parochia ad cathedralem ecclesiam translata, ut platea laxaretur, funditus eversa fuit. Vicus autem, qui secundum vetustam ecclesiam procedebat, ab ea etiam nomen accepit, et a duabus plateis, in quas exibat, in regione augustali si inferius, si vero superius, in regione summae plateae posita dicebatur. Posterioribus temporibus quandoque *de li spes*, quandoque *dei Pignoni*, quandoque etiam *Cafatino* vel *de la stufa*, vulgo dictus fuit, nunc est *vico dei Gerolamini*. Cf. *Acta Visit. Paroch. min.* a. 1584, f. 107; TUTINI, *Dei Seggi di Nap.* p. 27.

Constantino et Romano impp. a. 936.

strum. S. Sebast. n. 462). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I; p. 85.

32. Die 30 martii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. (936)
an. 28 sed et Romano m. i. an. 15. Sergius magnificus filius q. d. Iohannis et Anastasius filius d. Iohannis et q. Marine iugalium promittunt Nicolao quamdam terram positam ad S. Ciprianum, ubi dicitur ad tribeum, que est communis inter eos in casali Archi (1) sub onere modiorum 4 tritici. Actum per Iohannem curialem.—*Notam. instrum. S. Gregorii* n. 148.

33. Die 23 m. aprilis ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 28 (936)
sed et Romano m. i. anno 15. Dum q. Sergius filius q. Iohannis Trippola venisset ad obitum, disposuit, ut ad suum transitum Iohannes humilis abbas presbiter monasterii Ss. Severini et Sossii, ubi eorum venerabilia quiescunt corpora et Iohannes humilis presbiter custos ecclesie b. Arcangeli Michaelis situm in mercatum (2) venum darent de sex uncias de portione casaleni positi foris gripta, unde tollerentur auri solidi bizantii et distribuerentur pro anima sua. Ideo ipsi distributores vendunt et tradunt Petro ven. presbitero et monacho dicti monasterii et per eum in infirmario ipsius integram terram supradicti Sergii, positam in ipso loco foris gripta quod est ad Casapagana, una cum integro intersico suo *etc.* et cum portione ejusdem dunea (3), qui ibi esse videtur simul cum arboribus et introi-

(1) S. Ciprianus, locus, qui et Villa S. Cipriani deinceps, olim extabat ad orientem urbis Neapolis *parte foris flubeum*, prope locum, qui Tertium dicebatur, nunc *Terzo*. Cf. CHIARITO *O. c.* p. 147. Ubi vero casale Archi extiterit nescio, nisi forte in viciniis.

(2) Huius ecclesiae etiam mentionem invenio in membrana anni incerti (omnis enim nota chronologica in ea desideratur), sed verisimiliter ad saeculum XII. pertinente, nam Adenulphum abbatem monasterii Ss. Severini et Sosii, qui in instrumento convenit, regimen in eo tenuisse, imperante Iohanne porphirogenito die 6 aug. ind. XIV. (a. 1136) et regnantibus Rogerio die 14 ian. ind. XIII. (a. 1149) ac Guillelmo die 1 febr. ind. III, (a. 1154), ex aliis instrumenti in *Repertorio* ipsius monasterii adnotatis (n. 1468, 1495, 1512, 1501, et 1508) argui potest. Iuvat chartam ipsam heic breviatam referre. " Stephanus, qui nominatur Carbunia una et cum consensu Marocte coniugis sue offert et tradit d. Atenulfo ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii, ubi *etc.* una cum cuncta congregatione *etc.* et per eum in memorato monasterio portionem suam, quod est tertia, de integra una quatra de integra petia de terra posita in loco, qui nominatur Accaminianu, et da banlula dicitur, non longe de loco qui nominatur Casaurea cum arboribus *etc.* quatenus memorata tertia in commune remanet cum alia una tertia, que ibidem in ipso monasterio offeruit d. Petro uterino germano suo et cum alia tertia, qui est de d. Iohanne item uterino germano suo et cum integra medietate de memorata petia de memorato monasterio qui ibi detinetur per illi protospatharii, et cum reliqua una quatra de d. Iohanne, qui nominatur de gurgite parenti suo; et coheret integra petia de memorata terra a parte orientis cum via publica sicuti inter se sepis exfinat, et a parte occidentis est *ecclesia S. Archangeli a mircatu*, iuxta talialomunu? de memorato monasterio, sicuti terminus exfinat, et a parte meridie est terra de d. Iohanne cognomento de domino Sergio, qui fuit filio d. Bernardi, et a parte septentrionis est terra, unde monasterium intentione habet cum heredem de d. Gregorio Gaitano et terra que in febudeliu (*sic*) et illi casacculi, sicut terminus et lebata qualiter badit rebolbendo exfinat. De quibus nihil *etc.* Si quis autem contra hanc chartam offertionis venire presumpserit, *etc.* ab anathematis vinculis sit obligatu a 318 patrum, beniad eis maledictio que continet in 108 salmo, fiad eis sicut dathan et abiron *etc.* et sicut hanania et xaffira *etc.* partemque habeat cum Anna et Caifas et cum Iuda *etc.* et cum omnibus hereticis et scismaticis tenebrosam partem possideant; insuper componat auri sol. 60 byth. Scriptum per manus Sergii.... filio d. Gregorii curialis. Signum manus Stephani Grassi. Testes: Petrus filius d. Stephani, Gregorius filius d. Gregorii, et Petrus scriniarius. Actum per Gregorium curialem. R. N. A. M. t. VI, p. 226. — An vero ipsa ecclesia S. Archangeli ad mercatum fuerit finis fundi in Casauria (nunc *Casoria*) et proinde ibidem posita, vel terra tantum eiusdem ecclesiae sic, ut etiam alibi, denotata, ego praefinire non audeo.

(3) Sic in instrumenti exemplo, quod ex *Protocollo di S. Severino* transcripsi et heic summavi. At legendum est

Constantino et Romano impp. a. 936.

tum suum et omnibus *etc.*; coherente sibi ab uno latere terra portionis Anne monache germane supradicti Sergii, et de alio latere coheret terra Sparani de Albino et de uno capite terra Cerasii ? domini Leonti, et de alio capite via pubblica, propter quod in presenti recepit auri solidos 10 bizantios, quos pro ipsius Sergi anima dederunt; pena in ipso infirmario et ad personas illas qui ipsum infirmario tenuerint, auri sol. 36 bit. Scriptum per Anastasium curialem. Iohannes abbas presbiter et Iohannes presbiter et distributor subscribunt (1).—Ex volumine cui titulus: *Protocollo del monastero di S. Severino* fol. 5, *olim* in arca 6. n. 2. *in magno Neapol. archivo.*

(936) 34. Die. . . . . novembrii ind. X. Neapoli Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an..., (29) sed et Romano m. i. an. 16. Benedictus *humilis igumenus monasterii* Ss. Sergii et Bacchi, qui nunc congregatus est in viridiario *una cum cuncta* congregatione monachorum memorati monasterii, qui inferius pro illius firmitate. . . . . subscripturi sunt commutat et tradit Stephano Isabrum, cui super nomen Sparanum, filio q. Iohanni Hisabri petiam de terra que vocatur ponticitum in campo qui nominatur de S. Iulianes, in loco qui appellatur Caucilione (2) cum introitu suo et omnibus eis pertinentibus; co-

dulea, i. e. dolia (*fusti e botti*) ad vinum reponendum, uti patet ex aliis instrumentis et praecipue ex quodam die 20 aprilis a. 996 confecto. V. infra n. 299.

(1) In instrumenti exemplo neque testium neque curialis subscriptiones habentur; quod an ex ipsius transcriptoris oscitantia processerit nescio. Certe hic defectus etiam in quibusdam aliis, quae deinceps occurrent, chartis videre erit.

(2) Primam huius loci sive vici notitiam habeo ex membrana in R. N. A. M. t. I, p. 6 edita. Est instrumentum " actum in S. Helpidium per Mellianum presbiterum a. 4, d. n. Sieoni summus dux gentis Longobardorum m. decembrio XIV. ind. (a. 820), quo Maurus et Cerbulus et Palumbus filii q. Lapi de vico qui *Caucilione* vocatur, vendunt Bonissoni et Lapino filiis q. Bonuli de vico, qui Vollitum nominatur, terram quod habere visi sunt in locum, qui nominatur Maranum, de uno latere positum est circa terra Teudi filii q. Lapicini habe passi 70 et 3 et gubitum unum, alio vero latere circa terra Ursiniani filii q. Trasuli de Caucilione habe passi 34 et gubita dua, alio vero caput tenet in via publica habe passi 35 e (*sic*) gubitum unum et semisse unum, ad passi et gubita et semisse Gemuli presbiteri filii Trasemundi de Caucilionem digita tendentes mensuratus at plus minus, una cum omnia subter et super posita sua pro auri sol. 20 byt. Insuper benditores repromittunt inantestare et defendere ipsos comparatores quam et heredes eorum, et, si non potuerint, primis omnium de conludium iurare ipsis secundum legem, et si benditio remeliorata paruerit sub estimatione pretii subiacere et in duplo pretium, quod acceperant, ipsis componere promittunt. Subscribunt Gemulus presbiter, Portunu subdiaconus, et Gemulus clericus testes; signum manu Albini de Caucilioni, Siciperti clerici, Sebastiani clerici et Lupini filii Arsafi de Sanctum Helpidium, et Ursiniani de Caucilione etiam testium ". In alio instrumento, praeter ea quae in *Regesto* adnotata sunt, Caucilione etiam memoratur; quod instrumentum, cum ad haec tempora pertineat, quamvis notis chronologicis ex vetustate omnino careat, heic breviatum subiicio " Maru et Drosa h. f. hoc est socera et nurua quatenus Sthefanus cognatus et thius earum filius q. d. Gregorii soceri et abii earum in vonam combenientiam repromiserant propter inclita portione de terra posita in Caucilione, quam ipsa Maru venumdederat at Petro Sadi. unde alias sexuncias exinde est portio ipsius Sthefani, ut nullo modo presummeret ipsas vel heredes earum neque ipsum Petrum vel suos heredes exinde querere aut molestare; ideoque et ipse deinde per eandem vonam convenientiam repromietunt nominato Stephano, ut illum fundum de loco, qui vocatur Carminianum, et omnes terras de eodem loco, qui fuit de q. Gregorio genitore suo, inter eos illut dividere debeant per sex uncias et de ipsis sex unciis, que eas et memoratas nepotem et filiam tetigerant de ipsis terris nominato Sthefano dare debeant sibe iuxta ipsa sex uncias vel in illu capite de sursum da illum intersicum, idest unum modium mensuratum at passum ferreum S. Neapolitane ecclesie, secundum consuetudum est istius civitatis. Ipsum vero reliquum quod de memorata sorte ipsis Maru et Drose remanserit, sit in potestate earum et de memorata nepoti et filia earum, in oc tenore, ut si ipsa nepote et filia mortua fuerit in vita earum infra etate aut sine proprium eredem tunc ipse exinde lebare debeant ipsas quartulas earum et reliquum sit in eiusdem Sthefani potestate; si autem contra hanc char-

herente sibi ab uno latere terra de hominibus de loco qui dicitur Paritinule, et terre que pertinent de fundora de loco, qui appellatur Crispanum, sicut inter se via exfinat, et de uno capite terra heredum d. Tiverii, et de alio capite terra de hominibus de loco, qui nominatur Rurciolo et absque omni censu, regula seu responsaticum. Insuper omni tempore dictam terram promittit antestare et defensare a parti militie ed a partibus langubardorum, pro eo quod in vicem commutationis accepit in cambium portionem de terra, que vocatur ad fussatellum, posita secus ss. Stephanum ad Caucilione qualiter ei obvenerat a confortibus suis; habente ab uno capite terra Anne seu Blactu h. f. exadelfe germane eiusdem Stephani, sicut continet chartula commutationis, quam ipse Stephanus memorato igumeno fecit: poena vero statuta in auri sol. 16 byt. Actum per Gregorium curialem. Subscribunt: ΒΕΝΕΔΙΚΤΟΥϹ ΗΜΕΝΟΥϹ i. e. *Benedictus Igumenus,* Saba monachus, ϹΤΕΦΑΝΟΥϹ ΠΡΒ ΕΘ Μ i. e. *Stephanus presbiter et monacus.* Testes: Leo filius d. Aligerni, Leo curialis et Cirtofulus filius d. Mauri medici.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 877). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 88.

35. Die 7. m. ianuarii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito (397) m. i. an. 29 sed et Romano m. i. an. 16. Theofilactus et Aligernus et Petrus germani filii q. d. Iohannis militis et q. d. Marie iugalium, promittunt Sthephano filio q. . . . . et habitatoribus in Soma, (1) propter quod ipse Stephanus, et. . . . . in pagationem dederant ipsis germanis in proprietatem de hortu, quem comparatum habebant, idest a parte occidentis a fine de hortu eorum et usque ad termine, quem inter eos per trabersum posuerant ad mensura de longitudine passos 6 ad passum S. Neapolitane ecclesie, et de latitudine quantum est ipse hortus, qui a parte septentrionis et ab occidente coheret cum hortu eorum, a parte meridiana cum hortu Iohaquinti Vicedomini et a parte orientis cum reliquo ex ipso hortu, quod ipse Stephanus in sua reservaverat potestate; ideoque licentiam dant ipsi Stephano, ut in ipso reliquo hortu casa facere et erigere debeat, quam etiam factam habeat, sed nullatenus ea super quantum modo est facta plus in altum ascendere possit, nec a parte septentrionis da ipsum hortum eorumdem germanorum quodlibet foramen facere possit per nullum modum. Ipse Stephanus vero et heredes eius ipsum hortum venditum defendere et memorati germani ipsa casa de ipsum licerem, quod iam tribuerant, desuper tollere promittunt; poena statuta in auri sol. 20 byt. Actum per Iohannem tabularium. Signum manus Theofilacti. Testes: Sergius filius d. Aligerni, Iohannes filius d. Theodori tribuni et Petrus filius d. Leoni. —(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 468). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 91.

tulam combenientie venerint componant sol. 36, bit. Scriptum et actum per Sergium curialem. Signum manus memorate Maru et Drose. Testes: Ioannes filius d. Sergii monachi, Stephanus filius d. Iohannis et Sthefanus filius d. Marini, *omnes caractere graeco subscripti.* R. N. A. M. t. VI, p. 224.

Prope Caucilionem alius tunc temporis extabat locus, qui S. Stephanus ad Caucilionem vocabatur, sicut ille aliquando Caucilione ad S. Stephanum; ambo autem loci in Massa Atellana erant. In viciniis vero memorantur etiam loci: Paritinula (V. supra n. 13), Crispanum, et S. Helpidius, (*Crispano* et *S. Arpino*), qui adhuc extant, ac Vollitum et Rurciolo, qui mihi penitus ignoti sunt. Post saeculum denique XI. nulla amplius de ipsis locis Caucilione et S. Stephano memoria habetur.

(1) An Summa nunc *Somma*, cuius meminit *Hist. Misc.*? Cf. R. I. S. t. I, c. 107.

Constantino et Romano impp. a. 937.

(937) **36.** Die 20 m. magii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i an. 29 sed et Romano m. i. an. 16. Orta intentione inter Iohannem magnificum filium d. Theofilacti, comitis castri Cummani et *Campulum militem* filium, d. Iohannis militis et Stephanum militem filium q. Iohannis et Mariam h. f. filiam Iohannis et coniugem presentis idem Iohanni, hoc est parentes et consortes propter fundum qui fuit Palumbi et Iohannis genitoris et filii de loco, qui nominatur Amulianum territorio leguriano (1) et de campis terre in eodem fundo coniunctis, idest 1. campus qui vocatur denalare, 2. campus qui vocatur presteriolum. 3. campus qui nominatur de caucursum, 4. campus qui appellatur giniole, 5. campus qui vocatur magese , 6. campus qui vocatur cesadonati, 7. campus qui vocatur teboriola, 8. campus qui vocatur botronianum, 9. campus, qui est secus ecclesiam distructam b. Ianuarii, 10. campus qui vocatur tebora , 11. et campus qui appellatur castanietum cum terra que dicitur cesula ibidem coniuncta; omnes cum memorato fundo positi in memorato loco Amulianum. De quo ipse Iohannes quesiverat ipsos parentes et consortes dicendo, quod memoratus Palumbus et Iohannes, genitor et filius, fundati de parentibus suis fuerunt et prenominatas camporas ex ipso fundo pertinentes parentes sui dominaverunt, quando lavorati fuerunt; pars antem ipsorum parentorum replicando respondeva dicens: bere quod memoratus fundus cum memoratis nominatibis camporis, qualiter nunc finiendo per termines et per signates exegregavimus ipsi sunt, quos continent munitionis chartule, quas tibi nunc ostendimus, et quando lavorati fuerunt parentes nostri eos dominaverunt et parentes tui nullam dominationem per legem ibidem habuerunt. Et dum intentio exinde inter eos verteretur iudicatum est , ut tres persone de totis ipsis consortibus preberent sacramentum dicentes qualiter superius asseruerunt , et ipse Iohannes poneret eis exinde securitatem. Ideo ipse Iohannes in presenti recipit memora-

(1) Amulianum, vel at Mulianum et ad Mulianum, locum sive fundum, cuius heic et nn. 47 , 102 , et 117 mentio, Neap. monumentorum editores iuxta S. Ioannem ad Tuduczulum extitisse coniiciunt , ex eo quod Giniolum , praedium ad dictum fundum pertinens et heic etiam memoratum, in alio instrum. dicitur positum iuxta ecclesiam S. Ioannis ad Tuduczulum (V. CHIARITO, *O. c.* p. 144). At ex chartula eiusdem monasterii S. Sebastiani, quae R. N. A. M. t. VI, p. 233, legitur, illum in territorio Abellae vel in eius pertinentiis fuisse videtur. Chartula enim anni incerti, sed verisimiliter sacc. XII. sic se habet. " Iste sunt campora et fundora quedam que continent pischinas . . . . quedam que non continunt, que sunt in territorio Abelle et in eius pertinentiis quas dedi ad pastenandu et terraticu ad bonis ominibus Abelle . . . . . . Sebastiani de Neapoli : secundu quod dominus princeps Iordanus precepit domino Alduino franco comite de ipsius Abelle, ut illa offertio quam fecit in suprascripta ecclesia sancti Sebastiani de Neapoli pro redentionis anime eius et de utsori sue domine Alberada firma et semper stabilis permanere in perpetuum: silicet de quodam olibetu, quod est prope ecclesie sancti Nazarii et sancte Marine: et quedam terra et fundora cum pischina. . . . . . . quod sunt in loco qui dicitur ad mulianu: primum campu dicitur de caucoussu: et secundu campu dicitur castanietu , una cum intersicum suum: tertium canpu qui dicitur toborola: quartu canpu qui dicitur pitrusu cum fundo eius in unu coniunctu: quintu canpu qui dicitur tebora : sextu canpu qui nominatur cababalanu: et alia sex canpora, que sunt in uno coniunta : primu de ipsa sex canpora dicitur adanellara una cum fundora sua coniunta: secundu canpu qui dicitur geniolo: tertiu qui dicitur magise: quartu canpu qui dicitur testa? donatu; quintu canpu qui est iusta ecclesie diruta sancti Ianoarii : et sextu canpu qui ponitur ibi ipsu ad sanctum Ianuariu: una cum ipsa fundora in uno coniuntu : seu et alia dua canpora, unu qui dicitur aurinianu, et aliu canpu qui dicitur butrinianu, sicuti ad ipsa canpora et fundora ab omni parte terminis et signate ex fina „.—Cum autem Amulianum positum dicatur in territorio Liburiano dicendum est hoc territorium sive Liburiam saltem aliquando usque ad fines Abellanos pervenire debuisse. Sed de his alibi melius.

Constantino et Romano impp. a. 937.

tum sacramentum et definit exinde questionem in omnibus; ita ut memoratus fundus exfundatus, qui fuit memorati Palumbi et Iohannis una cum memoratis campis sint in ipsorum consortium potestate perpetuis temporibus, et nullo tempore ipsi ab eo exinde habeant quamcumque requisitionem. Insuper ipse Iohannes et heredes sui omni tempore ipsos consortes desuper tollere debeant ex omni damnietate, nulla dante occasione, ut inter eos iudicatum fuit; poena sii, qui contra hac chartulam securitatis venerint, statuta in auri sol. 36 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Iohannis magnifici. Testes: Leo filius d. Mauri medici, Cristoforus filius d. Niceta monachi, et Sergius filius d. Leonis monachi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 697). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 93.

37. Die 15 m. octobrii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. (937)
30 sed et Romano m. i . an. 17. Gregorius humilis abbas presbiter monasterii B. Michahelis archangeli siti in vico, qui vocatur fistula fracta, filius (1) vero q. d. Boniti curialis, vendit et tradit Cesario Ferrario filio q. Petri Negri , et Helisabeth h. f. iugalibus integra superiora cubuculi sui , posita intus hanc civitatem Neapolis in vico, qui vocatur S. Georgii in Diaconia, constituta super inferiora eiusdem Cesarii cum aheribus et omnibus sibi pertinentibus, ita ut ibidem introitum ipse Cesarius habere debeat per domum suam; pro eo quod accepit auri solidos 5, et medium byt. et ipsa superiora coherent a parte orientis et a septentrione cum domu ipsorum iugalium, a parte occidentis cum alio cubuculo, quod ipse Gregorius abbas vendidit ad filios Marini thii sui, et a parte meridiana cum introitu ipsius domus sue, quem in sua reservavit potestate; sed regiam, que de ipso introitu ingrediebat in cubuculo memorato de presentis ipsi emptores fabrire debeant ad proprium expendium. Insuper in omnibus antestare promittit, *etc.* poena statuta in auri sol. 20 byt. Scriptum et actum per Anastasium curialem. Gregorius abbas presbiter subscripsit. Testes: CTEΦANOYC ΦIΛIOYC Δ̅N̅ EOYCTPATII, i. e. *Stephanus filius d. Eustratii*, Stephanus filius d. Sadelberti, et Iohannes filius d. Sergii.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 470). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I. p. 98.

38. Die 1 m. nobembrii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. (937)
30, sed et *Romano* m. i. an. 17. Orta intentione inter Sergium humilem abbatem presbiterum monasterii Insule Salvatoris domini nostri Iesu Christi et d. Benedictum religiosum igumenum monasterii Ss. Sergii et Bachi, quod nunc congregatus est intus monasterium Ss. Theodori et Sebastiani quod appellatur Casapicta situm in viridiarium propter hereditatem seu substantiam q. d. Iohannis Lociservatoris (2), filii q. d. Leoni Comobsequii (3) de quantum et quomodo exinde habet nominatum monasterium Ss. Sergii et

(1) Vicus fistula fracta in regione Nilensi olim extitisse dicendum est, nam in alio instrum. a. 1076 (V. infra n.534) memoratur domus *de Nido de vico fistula fracta*. Ibi monasterium B. Michaelis Archangeli, cuius haec chartula meminit, extabat, quod forsitan idem fuit ac illud alias *ad Morfisam* sive *de illis Morfisis* dictum (V. infra n. 165); in vico enim Fistula fracta erat ecclesia S. Dionisii (Instr. cit. n. 534), quam ex aliis documentis iuxta monasterium S. Archangeli ad Morfisam positam scimus. Cf. ENGENIO *O. c.* p. 264,

(2) De *Lociservatoribus* alibi.

(3) *Comobsequii* i. e. *Comes obsequii* grece Κόμης τõυ 'Οψικίου. Is erat qui obsequio et comitatui imperatoris Cpolitani praeerat.

Constantino et Romano impp. a. 937.

Bacchi sive per offertionem a q. d. Maria et Iohaquintha monacha, germanis filiis ipsius d. Iohannis Lociservatoris vel ab *consortibus* earum aut per alium quodlibet modum ; dicendo pars monasterii Ss. Sergii et Bacchi, quod illud totum et integrum in nominato monasterio pertineret, eo quod legibus et rationabiliter illud haberet, et pars monasterii Insule Salvatoris respondebat dicendo , ut non valeret illud habere propter quod ipse dominus Iohannes Lociservator per suum testamentum firmavit, ut non haberet licentiam aliquis de filiis, filiabus suis vel illorum heredibus facere chartulam aliis vel ubique de portione vel donatione sua, preter vite sue post eius transitum, *et, si faceret,* bacuum persisteret, deinde in nominato monasterio pertineret; propter quod ipsum testamentum continebat, ut que ex ipsis filiabus nominati d. Iohannis Lociservatoris pretium pro anima sua non disposuisset, iret per manum abbatis memorati monasterii Insule Salvatoris, et proinde eidem exinde in aliquantum pertinebat, et quantum exinde in publicum cecidit, totum eidem pertinebat per concessionem a q. d. Iohanne in Dei nomine eminentissimo Consule et Duce. Et dum multum exinde sic inter eos intentio verteretur, domino Deo auxiliante, per colloquium bonorum hominum in conbenientiam venerunt, et omne quantum et quomodo memoratum monasterium Ss. Sergii et Bacchi habebat de substantia memorati d. Iohannis Lociservatoris, intus vel foris, sive per offertionem ab eius heredibus vel per alium quodlibet modum ambo monasteria dividunt inter se per sex uncias, memoratum monasterium Ss. Sergi et Bacchi sex uncias, et memoratum monasterium S. Salvatoris similiter uncias sex, et ipse Sergius humilis abbas cum voluntate cuncte congregationis monachorum monasterii Insule Salvatoris promittit ipsum d. Benedictum igumenum nunquam ullo tempore querere pro nominatis sex unciis; excepto quantum de substantia nominati d. Iohannis Lociservatoris datum est per heredes ipsius vel quantum exinde vincere monasterium Insule Salvatoris potuerit ab ipsis heredibus; ita ut ex eo memoratum monasterium Ss. Sergii et Bacchi ipsum monasterium Insule Salvatoris nullatenus licentiam habeat querere per nullum modum nec per summissas personas in perpetuum. Insuper stetit propter illas quintas, quas ipsum monasterium Ss. Sergii et Bacchi datas vel venditas habet , ut quantum et quomodo ex ipsis vincere potuerit ipsa monasteria dividant illud item per medietatem inter se; verumtamen quantum iam venumdatum habebat memoratum monasterium Ss. Sergii et Bacchi, unde solidi recepti sunt, nullam partem ipsum monasterium S. Salvatoris querere licentiam habeat. Chartule vero offertionis de nominata substantia facte in nominato monasterio Ss. Sergii et Bacchi, et testamentum et cessio apud monasterium Insule Salvatoris habeatur, ut omni tempore, quando necessitas fuerit, ostendantur inter partes pro commune salvatione ; poena in auri sol. 36 byt. Scriptum et actum per Andream curialem et scriniarium. Subscribunt Sergius abbas, Leo presbiter, Iohannes presbiter et Iohannes monachus. Testes: Petrus filius d. Iohannis, ΓΡΕΓΟΡΥΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΤΑCΛΑΡΥΚΥ, i. e. *Gregorius filius d. Ataslarici*, et CΕΡΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΟΑΝΝΙ, i. e. *Sergius filius d. Iohanni.*—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1324). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I. p. 101.

Constantino et Romano impp. a. 937 - 938.

39. Die 28 m. novembris ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 30, sed et Romano m. i. an. 17. Iohannes Tzola, filius Leonis vendit Iohanni tabulario terram arbustatam positam in Arzano, (1) qui Iohannes tabularius obtulit omnes res suas monasterio Insule Salvatoris. Blanca vero filia Boni Massarii, coniux Andree emit a dicto monasterio dictam terram, deinde litigat cum dicto Iohanne Tzola, denique ad conventionem veniunt. Actum per Stephanum curialem. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 403. (937)

40. Die 24 m. aprilis ind. XI. Syrrenti. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 30, sed et Romano socero eius m. i. an. 17. Gregorius filius q. d. Iohannis militis cum consensu d. Anne h. f. genitricis sue pro medelle et salvationis anime sue offert et contradit d. Iohanni ven. abba presbitero monasterii Insule Ruviliane (2) et per eum in dicto monasterio omnem suam hereditatem quantam sibi obvenit a memorato genitore suo ; hoc est domos seu hortua, quamque casalibus seu terras sationabiles, movilium et immovilium sibi pertinentium de intus vel foris seu casales sive de massa publica seu et de planitias (3) cum campis, silvis, montibus, pascuis, cesinis, castanetis, quercetis et omnibus ad dictam hereditatem pertinentibus ; item sex uncias de falcidio suprascripte Anne genitricis sue post obitum eiusdem Anne; nam alias sex uncias ipsa obtulerat in monasterio Insule Salvatoris ; item sex uncias de omni hereditate dicte d. Anne de intus vel foris; tam de territorio Syrrentino quam et de territorio Langavardorum, et cum sex unciis de omnem movilem suprascripte genitricis sue ; ea vero conditione ut si ipse Gregorius ad sacrum ordinem monachorum accedere voluerit, dictus abbas eum suscipere debeat, et habere sicut unum de monachi cinobiali ad omni vestimento et calciamento et ipse in omni obedientia esse debeat, ut regula S. Benedicti abbati docet. Insuperquavis chartula offertionis aut testamentum vel dispositionis chartula inventa fuerit nullam in se habeat firmitatem, solummodo presens chartula sit firma in perpetuum. Si quispiam vero a iure et proprietate dicti monasterii aliquod subtrahere voluerit sub anathematis binculis maneat a 318 patribus et partem possideat cum Iuda *etc.* et insuper componat in suprascripto monasterio auri libr. 2 byth. Suprascripte sex uncie vero de hereditate ipsius d. Anne sint in potestate eiusdem omnibus diebus vite sue. Scriptum et actum per Pretiosum presbiterum (4) et notarium sancte ecclesie Syrrentine. Signum manus Gregorii. Testes : Gregorius filius d. Iohannis, Petrus filius d. Stephani, et Iohannes filius d. Leonis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 291). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M, t. I, p. 106. (938)

(1) Pagus adhuc extat in agro Neapolitano ad septentrionem tertio ab urbe lapide.

(2) Haec parva insula in sinu Stabiano, a Romanis *Petra Herculis* dicta, et postea, ut nunc, *Revigliano,* at antiquis temporibus monasterium sub titulo S. Angeli *de Robeliano* (Cf. R. N. A. M. t. V, p. 119), Casinatibus verisimiliter addictum, habuit. (Cf. MILANTE, *De Stabiis, etc.* p. 8 etc.). Postea, monasterio deleto, ibi saec. XVI turris ad conterminae orae securitatem extructa fuit. Nunc locus incolis destitutus stationem aliquando nautis et piscatoribus praebet.

(3) Massa publica et Planities, nunc *Massa Lubrense* et *Piano di Sorrento.*

(4) Cf. supra n. 30.

Constantino et Romano impp. a. 938.

(938) 41. Die 19 m. novembris ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 31, sed et Romano m. i. an. 18. Sergius filius q. d. Andree magnifici commutat et tradit d. Iohanni ven. abbati presbitero monasterii Ss. Seberini et Sossii ubi eorum veneravilia quiescunt corpora, integrum curtaniolum suum, positum in foris gripta (1) in loco qui vocatur Casapagana cum omnibus sibi pertinentibus; coherentem ab uno latere cum terra nominati monasterii et ab alio latere cum via publica, et de uno capite cum silice et ab alio capite cum terra heredum q. d. Leonis tribuni. Ita ut a presenti *etc.* unde nichil *etc.* et neque a nominato Sergio *etc.* propter quod in vicem commutationis acceperat integrum hortum dicti monasterii, qui fuit q. Anastasii Calcisterii, positum inter hortua cum omnibus sibi pertinentibus; poena statuta in auri sol. 24 byt. Scriptum et actum per Anastasium curialem. Signum manus Sergii. CΕΡΓΙΟΥC CΟΥΒ, i. e. *Sergius subscripsit.* Testes: ΙΟΑΝΝΕC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΕΟΥCΤΡΑΤΙΙ, i. e. *Iohannes filius d. Eustratii,* ΒΟΝΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΤΡΒ, i. e. *Bonus filius d. Petri tribuni,* et ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΟΑΝΝΙ, i. e. *Gregorius filius d. Iohanni* — (*Protoc. del monast. di S. Sever.* f. 8, *olim.* arca 6, n. 2.). Pergam. dei monast. soppressi, t. I; R. N. A. M. t. I. p. 112.

(938) 42. Die 29 m. ianuarii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 31, sed et Romano m. i. an. 18. Iohannes, Stephanus et Theodonanda h. f., filii q. d. Sergii magnifici et q. Marie h. f. iugalium personarum cum consensu genitoris eorum et ipsa Theodonanda cum voluntate presentis d. Marini viri sui pro salvatione anime Maru.... germane eorum offerunt et tradunt ecclesie b. Seberi Xpi confessoris site in platea, que vocatur radia solis, qui et gurgite dicitur, regione Summa platea per manus presentis d. Mauri ven. presbiteri, qui ibidem custos esse videtur, et per manus d. Sergii filii d. Cristophori q. tribuni duas petias de terra positas in loco, qui vocatur Nepetianum, quod est in capu de clibo maiore secus galloro (2); et una coheret sibi ab uno latere terra Iohannis filii Pantaleonis comitis et simul terra heredum q. Leonis de Fontanula, et ex alio latere terra q. Theofilacti thii eorum et de uno capite terra Iohannis thii eorum, filii q. Mastali, et de alio capite terra Iohannis Barunculi; alia vero petia quod est in illo ribo cum omnibus *etc*: ea ratione quod ipse Maurus presbiter et posteri eius omni edommada in quinta feria missam unam ad nomine nominate germane eorum canere debeat in perpetuum, et nullatenus presummet dictas terras a potestate et condicione nominate ecclesie subtrahere et alienare; et, si hoc facere presumpserit, liceat eisdem germanis et heredibus eorum eas apprendere et in eadem ecclesia rebocare; poena vero statuta in auri sol. 20 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Theodonande cum voluntate viri sui. Sergius, Iohannes et Stephanus subscribunt. Testes: Stephanus filius d. Theodosii tribuni, Cristoforus filius d. Mauri medici, et Campulus filius d. Io-

(1) Nunc suburbanum *Fuori grotta*. De loco *Casapagana* ibidem pluries infra.

(2) Locus hic olim extabat supra clivum prope Neapolim ad septentrionem, qui nunc *Capo di chino* vulgo dicitur.

hannis. — (*Notam instrum. S. Sebast.* n. 915). Pergam. dei monast. soppressi; t. I; R. N. A. M. t. I, p. 114.

43. Die 25 m. iunii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 33 sed et Romano m. i. an. 20. Iohannes filius q. ven. d. Stephani et Gregorius, cui supernomen Cinnamo, filius q. d. Iohannis definiunt questionem, quam habuerant pro vinea et campum seu cannetum, insimul coniunctis et positis in massa Sollense (1) super mare in territorio plagiense, habente fines ab uno latere vinea, que fuit Sergii Canonarchi, quam parentes ipsius Gregorii emptas habuerunt, et ab alio latere terra ecclesie beatissimi Petri de diaconia (2) et ab alia parte est ipse maris, et ex alia parte.... ; de quibus pars Iohannis dicebat: quod publica potestas habuerat dominationem intus ipsas coherentias et ideo volebat ibidem licerem habere, et pars Gregorii respondebat, ut non esset ita, quod publica potestas per 60 annos intus nominatas coherentias in ipsa terra quamlibet dominationem habuisset. Post multam vero altercationem ecce ipse Gregorius atfirmavit per sagramentum quod in ipsa terra 20 modios ad exagomum (3) intus nominatas coherentias publica potestas nullam dominationem habuit, et exinde ipse Iohannes definivit cum memorato Gregorio et cum heredibus eius in omnibus pro vice de cessione, quam ipse Iohannes appreenderat da publicum. Insuper stetit quod si ipse Iohannes vel heredes sui per alias chartulas ostendere potuerit aliquid ibi habere, clara facta veritate, in ipsius terris per ratiocineas intrare debeant, sicut per ipsas chartulas intrare potuerint, quia ita iudicatum est; poena statuta in auri sol. 12 byt. Scriptum et actum per Gregorium curialem. Signum manus Iohannis. Testes: Iohannes filius d. Petri, Iohannes filius d. Teodori tribuni et Gregorius filius d. Constantini. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 290). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I. p. 120. (941)

44. Die 20 m. augusti ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 33 sed et Romano m. i. an. 20. Gregorius filius d. Sergii vendit et tradit d. Iohanni cognato suo, filio d. Andreae quatuor pectias de terra positas in loco qui nominatur Piscinulae, (4) qui est in marzano Massa balenzanense, quarum una que vocatur Custaneum coheret cum terra dicti Iohannis, cum terra de illi Langubardi, cum terra Iohannis Rannusi; alia terra que vocatur ad illum Felicem coheret cum terra Iohannis Toccatocca, cum terra Iohannis filii Gaudiosi vicedomini, cum terra Drose uxoris Pituli; alia terra que nominatur fracta coheret cum terra de illu Langubardi, cum terra de illu Toccatocca, cum terra monasterii Insule Salvatoris et cum terra d. Gregorii spatharii; (941)

(1) *Sola*, vetustum et destructum oppidum, ubi nunc *Torre del Greco*, olim agro circum posito nomen Massae Sollensis indidit.

(2) Haec fuit una ex septem Neapolitanae ecclesiae diaconiis; at quaenam proprie vel ubinam extiterit, incertum est.

(3) Nescio an curialis heic voce *ad exagomum* i. e. *exagonum* ad agri formam spectare voluerit; scilicet quod fines eiusdem senos angulos praeferebant. (Cf. COLUMELLA, L. V, c. 2). At cum alibi in hisce documentis habeatur agri oblatio monasterio S. Sebastiani facta et eligendi optio eidem data *sive per passos aut per exagomum* (V. infra *Regest.* n. 181), ego potius crediderim ita curiales denotare voluisse agrum, qui per suos limites naturales et proprios (*a corpo*), non vero per passus sive per mensuram, praefinitus erat.

(4) Heic *Piscinola* pagum, qui etiam nunc extat in agro Neapolitano, denotatum non puto, sed alium, qui ita vocabatur, locum magis ad septentrionem situm in viciniis pagi, qui *Casolla Valenzana* dicitur; erat enim in Massa Balenzanense.

Constantino et Romano impp. a. 941 - 942.

alia terra que dicitur marilianum coheret cum terra de illu Langubardi, cum terra ecclesie S. Severini, et ab uno capite est padulis; pro pretio auri taren. sex et pena controventionis statuta est in auri solidos sex bizanzios. Actum per Anastasium curialem et testes subscripti sunt omnes caractere greco. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 297.

(941) **45.** Die 23 m. septembrii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. a. 34, sed et Romano m. i. an. 21. Iohannes filius q. Lupi Asinarii cum consensu Gregorii, Leonis et Stephani filiorum suorum vendit et tradit d. Iohanni filio q. d. Theofilacti domucellam, quod est inferiora et superiora et cum tigulis coopertam intus civitatem Neapolis in vico publico, qui nominatur Birginum (1) regionis summa platea cum aheribus et aspectibus et cum introitu per regiam communem, habente fines ab uno latere domus ecclesie S. Pauli, sicuti inter se paries exfinat, et ab uno capite a parte occidentis domus Campuli, et ex alio latere domus Ursi Leborani et de q. Eufemia coniuge eius, et ex alio capite a parte orientis vicus publicus, unde ibidem per dictam regiam nominatus Iohannes et Ursus Leboranus et Eufemia coniux eius et heredes eorum introitum habere debeant. Insuper nominatus Iohannes cum consensu filiorum promittit emptorem antestare *etc.* pro eo quod acceperat exinde auri tari 18, et nominati germani promittunt nominato d. Iohanni desuper tollere omnes germanas eorum; poena vero in auri sol. 16 byt. Scriptum et actum per Gregorium curialem. Signum manus Iohannis. Signum manus Gregorii et Leonis seu nominati Stephani filiis suis. Testes: Cristoforus filius d. Mauri medici, Sergius filius d. Theodosii tribuni et Iohannes filius d. Sergii.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 289) Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. p. 125.

(942) **46.** Die 10 m. februarii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 34, sed et Romano m. i. an. 21. Eufimia h. f. filia q. Stephani et Stephanus seu Anna h. f. quamque Pantaleo genitrix et filii, et relicta et filii q. Boni etiam pro vice Iohannis filii et germani eorum, qui infra etate esse videtur, et ipsa Anna cum consensu Leonis Ferrarii viri sui vendunt et tradunt Drosu h. f. cui supernomen Gemma, nurua et cognata seu coniuge ipsorum, filie q. . . . . integras duas petias de terra, ex quibus una vocatur centu maiore, et coheret sibi de uno latere cum terra Stephani Ferrarii, cui supernomen Pitinarum, et de alio latere cum alia terra que ipsis venditoribus obvenit pro tertia a partibus Langobardorum de terra ecclesie S. Agathe, quam in sua reservaverunt potestate, sicuti inter se egripus exfinat, et ex alio latere cum terra portionis Stephani cognati et thii eorum, et cum terra ecclesie S. Castrisi et ex alio capite cum terra ipsius Stephani; nec non aliam terram, que vocatur centu pictulum, cum integro intersico suo, que coheret de uno latere cum terra nominate ecclesie S. Castresi, sicut inter se egripus exfinat, et cum terra Leoni Farricellum et de duobus capitibus cum terra nominati Stephani, in simul vero positas in loco, qui vocatur Maranum (2) una cum omnibus eis pertinentibus; pro eo quod acceperunt auri solidos 5 bytiantios, quos dederunt pro anima q. nominati

(1) Vicus hic, cum saec. XVII. monasterium S. Iosephi *de Ruffis*, nunc *delle Sacramentiste*, fundaretur, in ambitu eiusdem inclusus et abiectus fuit.

(2) Vicus agri Neapolitani; ubi adhuc ecclesia S. Castrensis.

Boni viri et genitoris eorum. Insuper promittunt illas defensare a parte militie et a partibus Langubardorum, et a nominato Iohanne filio et germano eorum et ab eorum heredibus; poena vero in auri sol. 15 byt. Scriptum et actum per Gregorium curialem. Signum manus Eufimmie. Signum manus nominati Stephani et Anne. Signum manus Leonis Ferrarii, et Pantaleoni. Testes: Petrus filius d. Basilii, Sergius filius d. Iohannis, et ΓΡΕΓΟΡΙΟϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ϹΤΕΦΑΝΙ, i. e. *Gregorius filius d. Stephani.*—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 461). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I. p. 128.

47. Die 8 m. magii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. anno 34 (942) sed et Romano eius filio m. i. anno 21. Petrus Calciolarius et Maria eius uxor vendiderunt Basilio Calciolario, filio q. Stephani Graeci integrum hortum eorum cum integra pischina, que in eo est, positum intus hanc civitatem Neapolis in *vico* ficariola, una cum arboribus fructiferis et infructiferis, et cum introitu suo et omnibus sibi pertinentibus. Et hos habet fines, ab uno latere parte orientis est domus monasterii Ss. Theodori et Sebastiani, simul et domus heredum d. Stephani, et transenda que pergit ad murum publicum et ab uno capite parte septentrionis est transenda et ex alio capite parte occidentis vicalis, unde ipse emptor et heredes sui introitum habere debent, sicuti inter se terminus exfinat, de alio capite parte meridiana domus Lupi et Petri Calciolarii. Et est signatum tali signo CL. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 232 v.

48. (1) Die 26 m. augusti ind. XV. Neapoli imperante d. n. Constantino m. i. a. 34 (942) sed et Romano m. i. an 21. Orta intentione inter Petrum humilem presbiterum et abbate monasterii beatissimi Ianuarii sacerdotis Christi et martyris seu Agrippini confessoris Christi, situm foris ad corpus et Campulum filium q. d. Iohannis et Stephanum filium q. Iohannis propter fundum, qui fuit q. Palumbi et Iohannis, genitoris et filii, de loco, qui vocatur Amulianum, (2) territorio liguriano, et de campu, qui vocatur denalare in eodem fundo coniuncto, et de alio campu, qui vocatur presteriolu et de campu, qui vocatur de caucuursu, simulque et de campu, qui vocatur giniole, et de campu, qui vocatur maiene, nec non et de campu, qui vocatur cesadonati et campu, qui vocatur teboriola, seu et de campu, botronianum et alio campu, qui est secus ecclesia distructa S. Ianuarii, seu et de campu, qui vocatur tebora, item et de campu, qui vocatur castanietum cum terra, que dicitur cesula in eodem coniuncta. De qua pars eiusdem Petri abbatis quesiverat ipsum Campulum dicendo quod in nominato fundo et in memoratis terris ibi abuit memoratum monasterium intus nominate terre eiusdem Campuli et Stephani ; pars autem Campuli et Stephani respondebat dicendo: absit quia veritas non est quod in nominatum fundum et in nominate terre tu aut memoratum vestrum monasterium ibi infra ipsas coherentias, quantum ipse chartule nostre continet, ibi vos terre non abuistis per 40 annos , quando lavoratum fuit. Et dum multum litigium exinde habuissent iudicatum est inter eos , ut iuraret persona ipsius Campuli; et diceret quia infra nominate terre et intus ipse coherentie,

(1) Et hoc instrumentum habet in initio : *Christe fave.* (2) V. supra n. 36.

Constantino et Romano impp. a. 943.

quantum ipse chartule continet ibi ipsum monasterium non abuisset infra 40 annos, quando lavoratum fuit, et ipse abbas poneret exinde securitatem; quod et factum est. Et ecce in presenti memoratus abbas recepit dictum sacramentum et definivit exinde cum ipsis Campulo et Stephano in omnibus, et promittit nunquam aliquando tempore ipsos de nominato fundo et terris querere; poena, si contravenerit, in auri lib. una byt. Scriptum et actum per Gregorium curialem. Subscripsit Gregorius monachus, et Petrus presbiter et abbas. Testes: Leo filius d, Boni. Theodorus filius d. Stephani militis et Leo filius d. Anastasii.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 892). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R, N. A. M. t. I, p. 138.

(943) **49.** Die 30 m. martii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 35, sed et Romano m. i. an 22. Iohannes filius q. d. Petri magnifici et q. Marie h. f. iugalium personarum pro salvatione anime sue offert atque in presenti contradidit d. Benedicto religioso igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi, qui nunc congregatus esse videtur in monasterio Ss. Theodori et Sebastiani *etc.* hospites suos fundatos, nomine Stephano et Cimmino, thium et nepotem, de loco, qui vocatur Pirum, territorio liburiano, una cum uxoribus, filiis, filiabus, nurus atque nepotibus et cum ipsorum fundos et cespites et omne consuetudinarium censum, seu regulis et responsaticas et cum omnibus illorum pertinentiis omnibusque adiacentibus et pertinentibus eis et cum omnes illorum et conquesitum movilium et immovilium seseque moventibus, et cum servis et ancillis eorum omnibusque eis pertinentibus. Item offert integram portionem suam de aliis omnibus ospitibus fundatis et exfundatis, et de omnes fundoras vivorum et mortuorum, fundatas et exfundatas, et de omnibus commenditis fundatis et exfundatis cum ipsorum fundoras et cespites et omnibus *etc.* De quibus nihil sibi ex his omnibus reservavit nec in aliena commisit potestate. Ita ut ha nunc et deinceps prenominati hospites cum omnibus *etc.* quamque et integra portione sua de aliis omnibus ospitibus que fuerunt insimul de nominatis genitoribus suis cum ipsorum fundoras *etc.* sint oblatum et traditum in nominato monasterio, et neque a se neque a suis heredibus nominatus monasterius habeat quacumque requisitione in perpetuis temporibus. Si quis vero contra hanc chartulam oblationis venire presumpserit, sit sub anathematis vinculis obligatus *etc.* Et super hoc componat auri lib. 3 byt. Scriptum et actum per Iohannem Curialem, (*et ante subscriptiones additur post aliquot puncta:* alia manus). Signum manus nominati Iohannis, qui pro morte, qui eum hoccupavit minime concurrit manibus suis huic scribere, qui omnia nominata consensit et testes ut subscriberent rogavit, quod ipse curialis pro eum subscripsit (*atque item* alia manus). Testes: βασιλιους δν ιωαννι ρογατους i. e. *basilius d. Iohanni rogatus etc.* (et *item*: similiter testis), Theodorus filius d. Cesarii (*et, reliqua formula omissa, item*: similiter testis et alia manus) et ΜΑϹΑϹΠΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΟΑΝΝΙ ΜΟΝ i. e. *Masaspius filius d. Ioanni monachi* (*atque item*: alia manus, et *denique post absolutionem curialis*; similiter alia manus). Exemplaria chartule offertionis ex authentica relevata et ad singulos relecta com nimia cautela per Gregorium pri-

Constantino et Romano impp. a. 943-944.

marium et Iohannem tabularium curie civ. Neapolis, qui pro ampliore eius firmitate subscripserunt. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 875). Pergam. dei monast. soppressi. t. I; R. N. A. M. t. I, p. 131.

50. Die 15 m. decembrii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito (943) m. i. a. 36, sed et Romano m. i. an 23. Heupraxia filia q. d. Petri, relicta q. d. Iohannis commutat et tradit d. Benedicto, ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* integras sex uncias suas de omnibus ospitibus fundatis et exfundatis et de omnes fundoras vivorum et mortuorum, fundatas et exfundatas, seu et de omnibus commenditis fundatis et exfundatis, insimul de quantos et quales fuerunt genitoris sui, in loco qui vocatur Lauri, una cum uxoribus, filiis, filiabus, nurus adque nepotibus, natos nascentibus et cum ipsorum fundoras et cespites seu terris et silvis adque montes et planis et cum omnibus *etc.* quamque et integras sex uncias de omnes fundoras qui fuerunt et pertinuerunt eidem genitori suo in loco, qui vocatur Calbanum, et de omnes terras ex eas pertinentes, campis, silvis, cultum et incultum, hortuas, curtaneis longinquis et propinquis et cum appendicibus suis, que sex uncie indivise reiacent cum aliis sex unciis, quas monasterium ipsum offertas habet a q. Iohanne germano suo per chartulam oblationis; de quibus nihil *etc.* Ita ut a nunc et deinceps *etc.* et neque ab ipsa Eupraxia nominatum monasterium habeat aliquando quacumque requisitione *etc.* propter quod ad vicem in commutationis recompensationisque accepit integras sex uncias, que fuerunt dicti genitoris sui in loco, qui vocatur Casaferrea, territorio liburiano, iam a nominato germano suo oblatas dicto monasterio cum omnibus ex eis pertinentibus campis, silvis, hortuas, curtaneis longinquis et propinquis et cum appendicibus suis, que indivise similiter reiacent cum aliis sex unciis suis, unde nihil exinde sibi in nominato loco Casaferrea reservavit *etc.*; poena in auri lib. 1 byt. Scriptum et actum per Iohannem Curialem, (*et in fine contextus subiungitur ut in supra proximo*; alias manus). Signum manus Eupraxie, que et hoc memorata est ut nullatenus presummat ipse igumenus querere eam eiusque heredes pro terris de nominato loco Casaferrea quantas per concessionem habuit nominato germano suo; (*inde item:* similiter et alia manus). Testes: IOANNEC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΠΠΙ *etc.* i. e. *Ioannes filius d. Appi* (*et deinde*: similiter testis), CEPΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΒΑCΙΛΙΙ i. e. *Sergius filius d. Basilii* (*et, reliqua formula omissa*: alia manus), et Stephanus filius d. Stefani (*ut supra et item*: na et testibus et alia manus). Exemplaria chartule commutationis, sicut superius legitur, relevata ex authentica, et at singulos relecta cum nimia cautela per Gregorium primarium et Iohannem tabularium Curie civ. Neapolis, qui pro ampliore eius firmitate subscripserunt. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 292). Pergam. dei monast. soppressi, t. I; R. N. A. M. t. I, p. 142.

51. Die 27 m. ianuarii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. (944) i. an. 36, sed et Romano m. i. an. 23. Sergius filius. . . . et Stephanus, cui super nomen Pictulum, filius q. idem d. Stephani, hoc est exadelfis . . . . commutant et tradunt d. Benedicto, ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* integram

unam petiam de terra, que vocatur pratora, per qua via vadit, positam vero in loco qui vocatur Pumilianum foris arcora dudum aqueductus, una cum arvoribus *etc.* et coheret sibi ab uno latere parte orientis terra heredum d. Iohannis q. prefecti et terra de illi Miremundi, et ex alio latere parte occidentis terra Leonis . . . . et terra Kutiniani, et de uno capite parte septentrionis terra Mauri, ad vero alio capite parte meridie est alia terra ipsorum Sergi et Stephani, sicut inter se definat via antiqua, que dicitur arenarum; de qua nihil *etc.* Ita ut a nunc et deinceps *etc.* et neque ab ipsis Sergio et Stephano *etc.* Insuper in omnibus antestare et defensare promittunt *etc.* propter quod ad vicem in commutationis acceperant integram unam petiam de terra ibi ipsum in pratora, cum omnibus *etc.* habente de uno latere parte orientis terra Leonis et Kutiniani et de alio latere parte hoccidentis terra eorum, de alio capite parte septentrionis terra monasterii Ss. Nigandri et Marciani puellarum Dei, sicuti inter se via definat, ad vero alio capite parte meridiei terra Mariae de Pacifica, sicuti exfinat memorata via antiqua, que dicitur arenarum. Insuper promittunt sese vicissim antestare in omnibus; pena in auri sol. 20 byt. Signum manus Sergii et Stephani exadelfis cognatis. Et hoc memoratur quod ipsi Sergius et Stephanus in nominata commutatione dederunt integra etiam una terra, que vocatur at tribeum, posita in nominato loco cum introitu suo omnibusque *etc.* abente ab una parte terra, quam ipse Stephanus venditam habebat, de alia parte terra ipsius monasterii et de alia parte terra Petri de Matrona et de alia parte via pubblica; unde nihil *etc.* Scriptum et actum per Iohannem curialem. Testes; Gregorius filius d. Marini, Luniff filius d. Theodori et Leo filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 499). Pergam. dei monast. soppressi, t. I; R. N. A. M. t. I, p. 146.

(944) **52.** Die 1 m. februarii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 36, sed et Romano m. i. an. 23. Iohannes in Dei nomine eminentissimus Consul et dux pro vice sua et pro vice Marini ducis filii sui, qui infra aetatem esse videtur, concedit Leoni ven. abbati monasterii S. Vincentii in Samnie fontibus super fontem Vulturni cellam S. Vincentii. que est propria suprascripti monasteri, sitam in hac Parthenope et a Deo protecta civitate Neapoli, in platea que vocatur Furcillense, vicum qui vocatur Placidum *etc.* (V. *infra*) — *Chron. Vulturn.* in Muratori, *R. I. S.* t. I, P. 2ª p. 432.

(945) **53.** Die 5 m. ianuarii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. anno 37, sed et Romano m. i. anno 24. Formossanus et Ioannes germani filii Boni Petri et Petrus filius Bonae coloni, hoc est thius et nepotes, commorantes in loco, qui nominatur Fractula piczula, massa Atellana, commutaverunt et tradiderunt d. Benedicto abbati (*igumeno*) monasterii S. Sebastiani de Neapoli integram unam petiam de terra, positam vero in eodem loco Fractula piczula, una cum introitu suo et arboribus et omnibus sibi pertinentibus; coherentem sibi ab uno latere et ab uno capite terra ipsius monasterii, et ex alio latere terra heredum d. Sergii filii d. Sergonati, et de alio capite via publica, et habet de longitudine ab uno quoque latere passus 123 et de latitudine habet in ipso capite, quod est secus terram ipsam ipsius monasterii passus 30 et in ipso capite iuxta ipsam viam publicam passus 27. Propter quod in vicem commutationis re-

Constantino et Romano impp. a. 945. Constantino imp. a. 945.

compensationisque ipsi thius et nepotes acceperunt a prefato abbate et congregatione monachorum ipsius monasterii integram unam terram, que vocatur fractula, iuris ipsius monasterii, positam vero in supradicto loco, una cum arboribus et introitu suo omnibusque sibi pertinentibus; de uno latere vero est terra d. Gregorii filii d. Gregorii, et habet in ipso latere de longitudine passus 73, et ex alio latere terra portio partium Langobardorum et habet inde de longitudine passus 59, de uno capite est via publica, et habet ibi de latitudine passus . . . . . et de alio capite est terra hominum de Pumiliano et habet ibi de latitudine passus 47. Et est signatum talisigno CCCXXXXV — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 167 (1).

54. (2) Die 1 m. magii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 37, sed et Romano m. i. an. 23. Petrus filius q. Stauracii primicerii, avitante de loco, qui vocatur Miana, vendit et tradit Petro filio q. Stephani Manci et Lucie, iugalibus, integram unam petiam de terra positam in campo de Miana, sibi pertinentem per parentornm suorum et quoherente sibi ab uno latere terra monasterii Ss. Nigandri et Marciani puellarum Dei, et ab alia parte terra heredum Bitaliani de Liuperga, et ex alia parte terra heredum Ursi de Lupa et ab alio capite terra Palumbi presbiteri; de qua nihil *etc.* ita ut a presenti die et deinceps *etc.* et neque a se nominato Petro *etc.* Insuper promittit eam antestare et defensare pro eo quod accepit auri tari 3 et poena statuta in auri sol. 10 byt. Scriptum et actum per Gregorium curialem. Signum manus nominati Petri. Testes: Anatolius filius d. Boniti, Leo filius d. Gregorii et Iohannes filius d. Petri.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1024). Pergam. dei monast. soppressi, t. I; R. N. A. M. t. I, p. 150. (945)

55. Die 24 m. nobembrii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 38. Aligernus, cui supernomen Mirandus, filius q. d. Stephani militis et q. d. Marie, iugalium personarum vendit et tradit d. Leoni presbitero, filio q. Iohannis, integram unam petiam portionis sue, quod est ortalis, positam in loco qui vocatur Quillaci (3), una cum arboribus *etc.* excepto portione sua de pischina, quam in sua reservavit potestate; que petia coheret sibi ab uno latere terra heredum Lupi abii eiusdem Leonis, de alio latere terra ecclesie S. Marie ibi ipsum, simul et predicta ecclesia, quam ipsi iugales ab eorum consortibus habuerunt, de uno capite via communalis, et de alio capite via publica; simul et in aliquantuum de modica terrula d. Marie relicte q. d. Anastasii, filie d. Iohannis q. ducis; unde nihil sibi *etc.* nec a presenti die et tempore seu et deinceps *etc.* et neque a se nominato Aligerno *etc.* Promittit insuper eam antestare et defensare *etc.* pro eo quod in presenti accepit auri tari sex; poena statuta in auri sol. 20 byt. Scriptum et actum per Iohannem tabularium. Signum manus nominati Aligerni, qui et hoc memoratus est, quia nominata portione sua de predicta pischina in sua reservaverat potestate una cum introito suo. Testes: Iohannes filius d. Aligerni, Petrus filius d. Leoni *et alius* Petrus filius d. Leonis. —(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 878). Pergam. dei monast. soppressi, t. I; R. N. A. M. t. I, p. 152. (945)

(1) Memoratur etiam hoc instrumentum a CHIARITO, *O. c.* p. 158, qui eius notitiam habuit ex eodem *Summario*.

(2) Heic etiam habetur in membranae initio: *Christe fave*.

(3) Loci situs mihi adhuc incompertus.

Constantino impp. a. 946.

(946) 56. Die 9 m. martii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 38. Benedictus, humilis igumenus monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum ipsius monasterii venumdedit et tradidit Iohanni monacho suo Amalfitano, filio q. Leoni Amalfitani, integrum campum, qui vocatur fusanum, una cum corrigia terre, que vocatur fossatellum, positum in loco qui vocatur Caucilione ad S. Stephanum, massa Atellana, una cum arvoribus *etc.* et ipse campus coheret ab uno latere parte orientis cum terra d. Iohannis q. magnifici, filii d. Romani magnifici, simul et cum terra heredum q. d. Cesarii filii d. Gregorii prefecti; et ex alio latere parte hoccidentis cum terra hominibus inde ipsum de S. Stephanum, et de uno capite parte septentrionis cum terra q. d. Gregorii magnifici, filii d. Marini magnifici ad vero alio capite parte meridie terra heredum q. d. Tiberii medici et prefecti, simul et nominata corrigia, que vocatur fossatellum, de parte meridie terram de illi Rendinini, de parte septentrionis terram ex ipsis hominibus inde ipsum de sanctum Stephanum, et de uno capite terram heredum q. Romani cognomento septemnaticas. De quibus nihil *etc.* ita ut ha nunc et deinceps *etc.* et neque ab ipso Benedicto igumeno *etc.* Insuper in omnibus ipsum Iohannem Amalfitanum antestare et defensare promittit, pro eo quod accepit auri solidos 48 byt. poena vero statuta in auri libris 2 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Subscribunt ΒΕΝΕΔΙΚΤΟΥC ΗΓΟΥΜΕΝΟΥC, i. e. *Benedictus Igumenus*, ΙΩ ΠΡΒ ΕΘ Μ, i. e. *Ioannes presbiter et monachus*, CΤΕΦΑΝΟΥC ΠΡΒ Ε Μ, i. e. *Stefanus presbiter et monachus*, Ioannes monachus. Testes: ΙΟΑΝΝΕC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΤΕΦΑΝΙ, i. e. *Ioannes filius d. Stefani*, ΘΕΟΔΟΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ, i. e. *Theodorus filius d. Petri*, et Gregorius filius d. Iohanni. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1110). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. N. t. I, p. 154.

(946) 57. Die 15 m. martii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 38. Iohannes humilis monachus Amalfitanus, filius q. Leonis Amalfitani, per absolutionem et subscriptionem domini sui d. Benedicti ven. igumeni monasterii Ss. Theodori et Sebastiani qui appellatur Casapicta siti in viridiario, ubi ipse monachus erat, pro redemptione anime sue et q. Marie coniugis sue et q. Leonis parvuli filii sui et pro Dei ammore *etc.* offert et tradit in infirmarium dicti monasterii, ad habendum pro regendi et dispensandi infirmis et, betulis ipsius monasterii, integrum campum suum, qui vocatur fusanum, una cum corrigia terre, que vocatur fossatellum, positum in loco qui vocatur Caucilione ad S. Stephanum, massa Atellana, sicuti et quomodo sibi obvenit per chartulam comparationis a nominato d. Benedicto ven. igumeno, quam apud ipsum infirmarium remisit, et nominatus campus coheret hab uno latere parte orientis terra heredum d. Iohannis q. magnifici, filii d. Romani magnifici, simul et terra heredum d. Cesarii filii d. Gregorii q. prefecti, et ex alio latere parte occidentis cum terra hominibus inde ipsum de S. Stephanum, et de uno capite parte septentrionis terra q. d. Gregorii magnifici, filii d. Marini magnifici, ad vero alio capite parte meridie terra heredum q. d. Tiberii medici et prefecti; simul et ipsa corrigia habet de uno latere parte meridie terra de illi Rendinini,

et de alio latere parte septentrionis terra ex ipsis hominibus inde ipsum de S. Stephanum et de uno capite terra heredum q. d. Romani cognomento septemnaticas. De quibus nihil *etc.* ita ut ha nunc et deinceps *etc.* et neque ab ipso Iohanne *etc.* Statuit vero quod ipse igumenus et posteri eius nullo unquam tempore subtrahere possint dictum campum et corrigiam ab ipso infirmario, et si congregatio monachorum illud subtraxerit a potestate nominati infirmarii, aut, si ipse infirmario disruptus fuerit, illud offertum sit in infirmario monasterii insule Salvatoris. Si quis autem contra hanc chartulam *etc.* venire presumpserit sub anathematis vinculis obligatus *etc.* et super haec componat auri libras 3 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus nominati Iohannis monachi amalfitani. ΒΕΝΕΔΙΚΤΟΥC ΗΓΟΥΜΕΝΟΥC i. e. *Benedictus igumenus.* Testes: ΙΟΑΝΝΕ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΤΕΦΑΝΙ i. e. *Ioanne filius d. Stephani,* ΘΕΟΔΟΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ, i. e. *Theodorus filius d. Petri,* et Gregorius filius d. Ioannis. — (*Notam. instrum. s. Sebast.* n. 1111). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 157.

58. Die 7. m. martii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 39, sed et Romano m. i. eius filio an. 2. Dum ad suum obitum venisset q. Stephanus filius q. Iohannis disposuit Leoni filio q. d. Boni et Stephano thio suo, quatenus post eius ovitum integra portione sua de una terra, que vocatur ad illa balnearia, posita in Quarto maiore, esset offerta pro anima sua in monasterio Ss. Theodori et Sebastiani qui appellatur Casapicta situm in viridario, et q. Drosu uxor eius ad vicem tollere ipsum de Turricole. Nunc autem nominati distributores, una cum voluntate nominate Drosu coniugi ipsius Stephani, offerunt et tradunt d. Benedicto, ven. igumeno nominati monasterii, et per eum in ipso monasterio nominatam integram portionem de predicta terra una cum introitum suum et omnibus *etc.* que indivisa reiacet cum reliquis tribus portionibus de consortibus nominati Stephani. De qua nihil *etc.* et ha nunc et deinceps *etc.* et neque a nominatis Leone et Stephano *etc.* Si quis autem contra hanc chartulan offertionis venire presumserit componat auri sol. 12 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem Signum manus Stephani distributoris et nominate Drose. Leo distributor subscripsit. Testes: Leo filius d. Marini, Gregorius filius d. Iohannis, et Iohannes filius d. Gregorii.—(*Notam. istrum. S. Sebast.* n. 198). Pergam. dei monast. soppressi f. I; R. N. A. M. t. I. p. 166. (947)

59. Die 27 m. martii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 39, sed et Romano m. i eius filio an. 2. Iohannes humilis presbiter, filius q. d. Gregorii, donat et tradit d. Iohanni, filio q. d. Theophilacti, integrum fundum suum de terra positum in Marilianum una cum tres terras suas positas ibi ipsum, ex quibus una terra nominatur ad pinum cum intersico suo, alia terra dicitur arelianum et tertia nominatur campu maiore una cum omnibus *etc.* in quantum et quomodo sibi obvenit a q. d. Anna h. f. filia q. d. Gregorii, relicta autem q. d. Iohanni, per chartulam suam membrana scriptam, quam ipsi d. Iohanni dedit cum omnia que continet pro sua heredumque suorum salbatione. De quibus nihil *etc.* et a presenti die et deinceps usufructum dierum (947)

Constantino et Romano (II) impp. a. 947.

vite nominate d. Anne sit in integro donatum et traditum eidem d. Iohanni et neque ab ipso Iohanne presbitero *etc.* pena vero statuta in auri libr. 1. by. Scriptum et actum per Gregorium curialem Iohannes presbiter subscripsit. Testes : Leo filius d. Boni, Sergius filius d. Iohannis, et Leo filius. d. Gregorii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 833). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 169.

(947) **60**. Die 1. m. aprilis ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i an. 39 sed et Romano m. i. eius filio an. 2. Petrus Ferrarius, filius q. Iohannis Ferrarii et Maria h. f. iugales, vendunt et tradunt Stephano filio q. Boni et Gemme, hoc est iugales, domum unam positam intus civitatem Neapolis in vico, qui vocatur S. Georgii in diaconia cum aheribus et aspectibus et cum monimen (1) qui sunt in ipsa domu et cum introito suo et omnibus *etc.* que sibi obvenit per duas chartulas comparationis, quas apud se habebat, et coheret a parte orientis domus Eustratii Ferrarii cui, supernomen Cicino thii eiusdem Petri, et a parte septentrionis et occidentis domus et curti, que fuerunt nominati Boni et de consortibus suis , et ante se a parte meridiana est transenda communalis; ita ut a presenti die et deinceps *etc.* unde nihil *etc.* et neque a nominato Petro *etc.* Insuper *etc.* in omnibus antestare et defensare debeat ; propter quod accepit exinde in presentis idest auri solidos 10, quinque in cantum et quinque de tari ana 4 tari per solidum. Si autem contra hanc chartulam venire presumpserit cómponat auri sol. 30 bit. Scriptum et actum per Anastasium curialem. Signum manus Petri Ferrarii et Marie iugalium. Testes: Iohannes filius d. Leoni, Petrus filius d. Boni et Petrus filius d. Basilii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1113). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 171.

(947) **61**. Die 20 m. iulii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 39 Leo filius q. d. Boniti comitis, qui dicitur Farricello, una cum voluntate presenti Marie

(1) Quid heic sibi velit vox *munimen* ex sequentibus documentis erui potest; quorum primum, quamvis imperatorum byzantinorum notas chronologicas non habeat, tamen ad haec tempora, uti ex collatione cum superiori adfirmare licet, procul dubio spectat. Illud breviatum est huiusmodi. — " Die 12 m. augusti ind. VIII. Neapoli. Eustatius Ferrarius, cui supranomen Cicinum , filius q. Ioannis Ferrarii promittit Stephano filio q. Leoni et Emma h. e. iugalium propter furmale de *monimen* domus eiusdem Stephani, qui decurrit..... ipse *monimen* mundandum licentiam et potestatem habeat ; ipse Eustatius vero et heredes sui nullam contrarietatem ci facere non praesummant, eo quod ab ipso Stephano sacramentum recepit ut ipse formali exinde currisset et si aliter fecerit componat sol. 12 byt. Scriptum et actum per Anastasium curialem. Signum manus Eustatii Ferrarii. Testes : Iohannes Scriniarius, Iohannes filius d. Leoni, et Petrus filius d. Basilii. „ R. N. A. M. t. VI, p. 214.—Alterum documentum, quod vocabulum clarius explicat, item breviatum sic se habet : " A. 1334 Neapoli. Landolfus cognomento de Arco, filius d. Nicolai de Arco et d. Filippe iugalium commutat et tradit d. Gatrime Finiel. abbatisse monasterii S. Gregorii maioris cum consensu rev. in Xpo patris et domini, d. Ioannis Dei et Apostolice Sedis gratia ven. archiepiscopi S. Sedis Neap. ecclesie, ipso presente, curtim suam positam in civitate Neapoli in vico, qui nominatur de Campana, regione Furcillense, et est coniuncta a parte orientis et septentrionis cum dormitorio ipsius monasterii et cum domo Thomasii Palmensis, et cum domibus eiusdem Landolfi, obligando se non facere monimen seu privasas. Et in excambium dictum monasterium commutat et tradit predicto Landolfo de Arco aliam domum positam intus dictam civitatem Neap. intus trasendam et anditum seu curtem communem, que simul exeunt ad dictum vicum, qui nominatur de Campana, regione Furcillense, et coniuncta est dicta domus cum domo ecclesie S. Marie ad Termine, cum curte predicti Landolfi et a parte septentrionis cum dormitorio ipsius monasterii. Actum per Petrum de Gaudioso curialem. „ *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 616. — *Privasa*, vox neapolitanae dialectus, latrinam significat.

coniugis sue, vendit et tradit Sergio Campertario, filio q. Aligerni Campertarii et Marie, iugalibus, integram terram suam, que nominatur roberetu, positam in Marano, cum arboribus et introitu suo *etc.* et coheret ab uno latere terra Cesarii nepotis sui, de uno capite via publica, et ex alio latere terra de colonos de Balusanu, a vero alio capite terra Stephani.... Unde nihil *etc.* ita ut a nunc et deinceps *etc.* Insuper omni tempore *etc.* nominata terra *etc.* antestare et defensare promittit pro eo quod accepit solidos auri 4 byt. poena vero in auri sol. 12 byt. Scriptum et actum per David curialem. Signum manus nominati Leoni et Marie coniugi sue. Testes: Iohannes filius d. Petri, Stephanus filius d. Boni et Leo filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 329). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. I, p. 173.

62. Die 20 m. octobri ind. VI. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 40, sed (947) et Romano m. i. eius filio an. 3. Petrus, filius q. d. Iohannis, donat et tradit Leoni, filio q. Ursi, de loco, qui vocatur Miana, petiolam terre que vocatur viniole ad casacaldari cum arboribus *etc.* unde nihil *etc.* et coheret cum via publica et cum terra que vocatur casa vidua, que pertinet S. Neapolitane ecclesie et cum terra Iohannis Papa. Ita ut a presenti *etc.* Unde nihil *etc.* et neque *etc.* Si vero contra hanc chartulam venire presumpserit, componat auri sol. 6 byt. Scriptum et actum per Anastasium curialem. Signum manus nominati Petri. Et hoc memoratus est quia ipsa terra ut vocatur viniole ad sorbum dicitur. Testes: Petrus filius d. Constantini, Lunissi filius d. Theodori monachi, et CΕΡΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ, i. e. *Sergius filius d. Leoni.*—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 917). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. 1, p. 175.

63. Die 23 m. ianuarii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 40, (948) sed et Romano m. i. eius filio an. 3. Iohannes filius q. d. Cesarii venundedit et tradidit d. Petro ven. abba presbitero monasterii Ss. Seberini et Sossii, ubi eorum veneravilia quiescunt corpora, integram petiam suam de fundo posito in loco, qui vocatur Casapascati, habente fines ab uno latere fundum ipsius sancti monasterii et de alio latere est fundum heredum q. Ubandelperti vicedomini, et de uno capite fundum Corbuli de ipso loco Casapascati, a vero alio capite est via publica. Iterum venundedit ei aliam petiam de terra, que vocatur paternum, posita in memorato loco, quod est ad mensuram per passus modiorum 5 ad passum ferreum S. Neapolitane ecclesie mensuratam; et coheret sibi ab uno latere terra que fuit castaldi Landoni, et de alio latere est via et de uno capite terra Gregorii Matanuli, et de alio capite campum de Corbolum, et ipse petie de terra sibi obvenerunt a Stephano filio Iohannis comitis obsequii, et a Sergio seu Stephano quamque Iohanne, cui supernomen Corbi, germanis filiis q. d. Iohannis et a Petro seu Iohanne germanis filiis q. d. Anastasii, et Stephano filio d. Cesarii per chartulas convenientie securitatis, quas nominato abbati in presenti dedit. Ita ut a presenti *etc.* unde nihil exinde *etc.* et neque ab ipso nominato Iohanne *etc.* Insuper ab omni homine omnique persona omni tempore ipse Iohannes et heredes eius in omnibus antestare et defensare debeant, a partibus militie et a partibus langubardorum, monstrante ipso abbate vel posteris eius nominatas chartulas, quas ei dedit ad relegendum; propter quod accepit auri sol. 7 byt.; poena

Constantino et Romano (II) impp. a. 948.

vero in auri fol. 20 byt. Scriptum et actum per Anastasium curialem. Iohannes subscripsit Testes: Iohannes scriptor, Petrus curialis, et Iohannes filius d. Leonis.—(*Protoc. del monast. di s. Severino* f. 11 *olim* in arca 6, n. 18). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. II, p. 1.

(948) **64**. Die 1. m. februarii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 39, sed et Romano m. i. an. 26. (1) Marinus in Dei nomine eminentissimus Consul et Dux concedit Paulo ven. abati monasterii S. Vincentii siti in Samnie partibus super fontem Vulturni cellam S. Vincentii in civitate Neapolis in platea, que vocatur Furcillense, vico qui vocatur Placidum. (V. *infra*) — *Chron. Vulturn. in* MURATORI *R. I. S.* t. II, p. 446.

(948) **65**. Die 20 m. februarii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 40 sed et Romano m. i. eius filio an. 3. Anna filia q. Stephani Primicerii una cum voluntate presentis d. Marie genitricis sue et consensu d. Sergii viri sui venundedit et tradidit Stephano et Anne iugalibus integram unam petiam de terra, que vocatur at campu de lucia, positam ad Tertium, que et coheret sibi de uno capite terra monasterii S. Sebastiani, et de uno latere terra Iohannis comitis, de alio latere terra Sergii Mastali, et de alio capite via publica. Ita ut a nunc *etc.* Unde nihil *etc.* et neque a nominata Anna *etc.* Insuper omni tempore *etc.* antestare et defensare debeat, propter quod accepit auri solidos 5 byt.; poena vero in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Anastasium notarium. Signum manus nominate Anne cum voluntate genitricis et viri sui (*et deinde ut alibi:* alia manu) Testes: Mastalus filius d. Iohannis *etc.* (*et deinde:* na testis), Gregorius scriptor (*et inde ut alibi:* iterum testis,) et ΑΝΔΡΕΑ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ ΚΟΜ i. e. *Andrea filius d. Iohannis comitis* (*et post:* similiter testi, *itemque post absolutionem notarii:* eadem manu). Exemplaria chartule venditionis ex ipsa authentica, quam atduxit d. Iacobus ven. presbitero et monacho greco monasterii S. Sebastiani relebata et a singulis relecta pro ampliore eius firmitate per Petrum primarium et Stephanum tabularium Curie civ. Neapolis, qui manu propria subscripserunt, imp. d. n.. Alexio m. i. a. 13 sed et Iohanne porfirogenito eius filio m. i. a. 2, die 25 m. septembris ind. II. (a. 1093). — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 649). — (Pergam. dei monast. soppressi t. I., R. N. A. M. t. II, p. 3.

(948) **66**. Die 17 m. septembris ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. anno 41, sed et Romano eius filio a. 4. Iohannes filius . . . . . suum fecit testamentum, in quo nihil legavit monasterio S. Sebastiani; sed legavit monasterio sancti Petri Apostoli sito ad pertuso, (2) ut, si heredes per eum instituti decesserint sine propriis filiis legitimis, succedat dictum monasterium in omnibus bonis suis mobilibus et sta-

(1) De notis chronologicis huius diplomatis infra, cum ipsum integre dabo, opportunius disseram.

(2) Situm huius ecclesiae nescio; verum haec de ea in *Catasto* S. Petri ad Castellum invenio. " Leo Formisanus, qui fuit homo dicti monasterii habitator de loco Cummi, filius q. Iohannis et q. Anne tenet ad laborandum a d. Petro abbate dicti monasterii petiam unam terre arbustate posite vero in suprascripto loco Cummi, ubi dicitur ad S. Elenam, et est iuxta de uno latere terram Sparani Longobardi, iuxta terram S. Petri ad Pirtosum, iuxta terram Vitalis de Posilipo, de uno capite est via publica, que nominatur de Cavallo, de alio capite est terra heredum dicti q. Vitalis de Posilipo. Reddit de inferius et superius ad medietatem. Quod instrum. factum est tempore Basilii magni imperatoris (963-1024) et est signatum hoc signo CLXXXXVIIII. — *Catasto cit. di S. Pietro a castello.*

bilibus. Et est signatum tali signo CCCCLXXXXVII. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 215 v.

67. Die 14 m. aprilis, ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. *quadragesimo* primo, sed et Romano m. i. eius filio an. 4. Venedictus, humilis igumenus monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii commutavit et tradidit Leoni filio q. d. Aligerni et Marie h. f. iugalibus portionem de domum et de curte et horticello, ubi est cetrarius, qui est coniunctus cum nominata corte, quantum et quomodo fuit portio q. Theodori germani et cognati ipsorum iugalium, que et ipsos iugales tetigit et in ipso monasterio hobvenit pro solidis, quos q. Leontum coniux ipsius q. Theodori dimisit per suum dispositum in ipso monasterio et fiunt sol. 142 byt. et ipsa domus cum ipso hortu posita est in vico Ficariola una cum aheribus et aspectibus *etc.* unde nihil *etc.* excepto hortu, quem detinet memoratum monasterium, quod in sua reservavit potestate. Ita ut ha nunc *etc.* et neque a nominato igumeno *etc.* Insuper omni tempore antestare *etc.* pro eo quod in presenti ad vicem in commutationis accepit integra superiora triclinii eiusdem Leonis una cum sexunciis de porticu subtus se, qui est a parte occidentis, quomodo vadit in directum in parte septentrionis usque ad maceria de hortum Iohannis d. Sergii prefecti, postmodum vero monachi; sed a cantone de pariete memorati triclinei directum in nominata septentrionis parte usque ad nominata maceria iam dicti horti ambe partes maceriam facere debeant, et, si ipse igumenus aut posteri eius ividem parietem fabritum cum calce..... licentiam et potestatem habeant ad omni suo expendio, una cum aheribus *etc.* et coherent memorata superiora triclinii, que commutantur, de uno latere parte orientis domus nominati Iohannis, sicuti inter se paries exfinat, et de alio latere parte occidentis domus ipsius monasterii, que in sua reservavit potestate sicut paries exfinat sed unam regiam in pariete domus nominati Iohannis una cum alia regia subtus in cellareo eiusdem Leonis et in sex unciis de nominato portico ipse igumenus fabrire debeat cum petra et calce ad omni suo expendio; et de uno capite coheret parte septentrionis et ex alio capite parte *predicti triclinii* vicus publicus. De qua nihil *etc.* Verumtamen stetit inter eos quod si sternimentum nominati triclinei plus descendere vel tectum plus ascendere ipse Benedictus igumenus vel posteri eius voluerint, licentiam haveant tantum quantum est nominata domus eiusdem Leonis, quam in sua reservavit potestate, sed cantonem de pariete nominati triclinei, qui est a parte orientis, qui est in dicto vico publico, ipse igumenus illut conciare debeat ad suo expendio, et fecerunt ipsi iugales nominato monasterio..... *etc.* antestare, sicuti ipsa chartula continet, quam fecerunt; poena, si aliter fecerint, in auri sol. 36 byt. Scriptum per Sergium scriptorem discipulum d. Gregorii curialis et scriniarii. Actum per Gregorium curialem et scriniarium. Subscribunt BENEΔIKTOYC HΓOYMENOYC i. e. *Benedictus igumenus*, ΙΩ ΠΡΕCBYTEP i. e. *Iohannes presbiter*, Ιω πρε ετ μο i. e. *Iohannes presbyter et monachus*, γρεγοριους δευοτους μο i. e. *Gregorius devotus monachus*. Testes: Theodorus filius d. Cesarei, CTEΦANOYC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ i. e. *Stephanus filius* (949)

d. Gregorii et Gregorius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1070). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. II, p. 5.

(949) **68**. Die 30 m. iunii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 41, sed et Romano m. i. eius filio an. 4. Maria h. f., filia q. d. Gregorii monachi, qui supernomen Sillicti, cum voluntate presenti d. Gregorii viri sui venundedit et tradidit Iohanni Isabro, filio q. Gregorii, integram portionem suam de terra, que nominatur campu de tevorola, posita in loco qui vocatur Malitum, quantum et quomodo ei pertinet a memorato genitore suo, et quantum et quomodo ei tetigit a q. d. Madelfreda langubardo, exadelfo germano eiusdem Gregorii, thio suo, per chartula notitia in tumbo scripta, quam aput ipsam habebat, una cum arvoribus *etc.* coherente sibi de uno latere terra heredum d. Cesarii, et de alio latere terra heredum nominati q. Madelfreda, que eum ad vicem tetigit, et de uno capite via publica et ex alio capite terra heredum Constantini. De qua nihil *etc.* ita ut ha nunc *etc.* et neque ab ipsa nominata Maria *etc.* Insuper omni tempore *etc.* antestare et defensare promittit, pro eo quod in presenti accepit auri solidos 9. byt., sex in cantum et tres in fractum (1); poena vero statuta in auri sol. 18 byt. Scriptum per Sergium scriptorem discipulum d. Gregorii curialis et scriniarii. Signum manus memorate Marie cum voluntate d. Gregorii viri sui. Testes: ΑΝΔΡΕΑϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ ΚΟΜ, i. e. *Andreas filius d. Iohannis comitis*, Iohannes filius d. Lupi, et Gregorius filius d. Iohannis. (*Deest vero completio et absolutio Gregorii curialis et scriniarii*). — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 393). Pergam. dei monast. soppressi, t. I; R. N. A. M. t. I, p. 8.

(949) **69**. Die 18 m. iulii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 41 sed et Romano m. i. eius filio an. 4. Iohannes domini gratia Consul et Dux commutat et tradit d. Petro, humili presbitero et abati monasterii Ss. Severini et Sossii *etc.* siti in vico Missi (2) molinum positum foris flubeum in Tertia cum campo eiusdem monasterii posito ad Arcora *etc.* (V. *infra in* Dipl. Duc.)

69.* *Charta paricla sive appar iisdem notis chronologicis signata et eodem tenore seu contextu ac praecedens scripta, nisi quod subscribitur ab abbate et adiiciuntur fines campi ad Arcora* (*V. infra l. c.*)

(950) **70**. Die 2 m. iulii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 42, sed et Romano m. i. eius filio an. 5. Leo et Naupigii, germani filii q. Boni conveniunt cum d. Cicino subdiacono S. Neap. ecclesie, Leone Artiafi, Leone filio Demetrii, qui dicitur Mauriscula, et alio Leone qui dicitur Sola, nec non Marino et Petro germanis de inclita ecclesia bocabulo b. archangeli Michahelis, posita subtus murum publicum foris porta noba cum omnibus pertinentibus suis, de intus et foris, movilium et immovilium *etc.* quam dicti germani Naupigii apprehenderunt et repetiverunt per chartulam cessionis a

(1) Recte, uti mihi videtur, neapolitanorum monumentorum editores, loco hoc cum alio praecedentis membranae (n. 62) collato, coniiciunt curialem vocabulo *incantum* denotare voluisse pretii partem, quae integris solidis persoluta fuit; vocabulo vero *in fractum* reliquam partem, quae tarenis, unde solidum constabat, pendebatur; quam nummorum minutam speciem nos etiam nunc *spezzati* vocamus.

(2) Huius vici nulla amplius post. saec. X. mentio.

q. d. Iohanne et d. Marino in Dei nomine eminentissimis Consulibus et Ducibus pro servitium, quas ad eis fecerant de artificio eorum et contra ipse Cicinus subdiaconus et alii consortes eius dicebant, ut ipsa ecclesia cum omnibus ei pertinentibus propria eorum de totis fuisset ha betere per parentorum suorum. Et cum plurima altercatio inter eos fuisset, tandem aiubante domino Deo *etc.* in bona convenientia venerunt, et ipsi germani Naupigii promittunt nominato d. Cicino subdiacono et aliis nominatis consortibus eius, et posuerunt eos in omnibus, sicut unus ex ipsis per unoquoque: ita ut d. Cicinus subdiaconus et Leo de Artiafi habeant sortem unam, Leo filius Dometii, qui dicitur de Maurisculu et Leo qui dicitur Sola sortem aliam, Marinus et Petrus germani sortem aliam, et ipsi Leo et Cicinus Naupigii denique aliam sortem; propter quod dicti germani Naupigii receperunt ab uno quoque aliorum contrahentium ana auri tarì quinque. Iterum promittunt inter eos unus alterutrum, ut quisque ex ipsis licentiam habeat ipsum suum licere et dominationem de omnibus memoratis vendere aut dimittere ad parentes suos, si habuerit, et, si non habuerit, inter eos eorumque heredes vendere debeat in pretio, ut fuerit appretiatum a christianissimis viris, et si nemo inter eos tollere voluerit, clara facta veritate, cui dare voluerit, in eius sit potestate; poena vero in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per David curialem. Cicinus subdiaconus subscripsit. Testes: ΙΟΑΝΝΕ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΤΕΦΑΝΙ, i. e. *Iohanne filius d. Stephani*, CΕΡΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΔΟΜΕΤΙ, i. e. *Sergius filius d. Dometi*, et ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΚΕCΑΡΙΙ, i. e. *Ioannes filius d. Cesarii*. — Ex archiv. Cavens. *olim* in arca 27 n. 22, *nunc* II, 48 ap. Sabatini, *Calendario marmor. Nap.* t. V, p. 43. *Codex dipl. Cavensis*, t. I, p. 230.

71. Die 22 m. aprilis ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 43, sed (951)
et Romano m. i. eius filio an. 6. Iohannes presbiter, filius q. Iohannis, pro Domini amore et salvatione anime sue offert et tradit d. Benedicto, humili igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi, qui nunc *etc.* et per eum in nominato sancto et venerabili monasterio omnem suam hereditatem seu substantiam, de intus et foris, undecumque aut quomodocumque sibi pertinet vel pertinentes fuerit; excepto mobilibus suis, que in sua reservavit potestate. Iterum offert et tradit integram portionem suam de ecclesia bocabulo S. Iulianes, regionis porta S. Ianuarii, (1) una cum integra portione sua de domibus et de cellis et de omnibus rebus nominate ecclesie pertinentibus per quobis modum. De qua nihil *etc.*

(1) De hac ecclesia, quae extabat in vico *del Limoncello* et saec. XVI. abolevit, iuvat heic sequentia duorum instrumentorum summaria referre. — " Die 13 m. magii ind. XIV. Neapoli (a. 1181). Regnante d. n. Guillelmo Sicilie et Italie magnifico rege an. 15 et eius dominationis civ. Neapolis an. 15. Iohannes archipresbiter et cimiliarcha S. sedis Neap. ecclesie, Rector ecclesiae S. Iuliane Xpi virginis et martiris, constitutus a d. Iohanne abbate monasterii Ss. Sergii et Bacchi pro parte d. Iohannis clerici, qui nominatur Torniato, exadelfi nepotis dicti archipresbiteri, qui itus est in Parisium in scholis ad discendum grammaticam, filii q. d. Sergii Torniato; que ecclesia sita est intus hanc civ. Neapolis in regione Porte S. Ianuarii, promittit pro parte dicti Iohannis clerici officiare quotidie in dicta ecclesia et dare dicto monasterio paria duo de oblatis quolibet anno. Actum per Marinum scriniarium. *Notam. instrum. S. Sebast.* n. 899. " —

Constantino et Romano (II) impp. a. 951.

Ita ut a nunc *etc.* et neque a se *etc.* Verumtamen stetit, ut de omnibus nominatis rebus, quas offeruit, ut supra, omnibus diebus vite sue in sua sit potestate tenendi et dominandi; ad vero suum transitum, vel, si ad monacatum perrexerit, in ipsius monasterii revertantur potestatem. Insuper, si ipse monachum se facere voluerit, igumenus et posteri eius ipsum in nominato monasterio recipere debeant et nutrire et vestire seu calciare, ut ceteri monachi cenobiati nominati monasterii, et quod numquam presummet diebus vite sue ex ipso monasterio exire sine eiusdem igumeni iussione, et, si exierit, ipse igumenus et posteri eius licentiam habeant misso suo dirigere et eum requirere et apprehendere et revocare in dicta congregatione, et tunc cum ibidem pro monachatu introierit, in eiusdem igumeni et memorati monasterii sit potestate facere, excepto mobilem, de omnibus supradictis queque exinde voluerit; poena, si ipse aliter fecerit, in auri libris duabus byth. Scriptum et actum per Sergium curialem. Signum manus Iohannis presbiteri. Testes: Gregorius filius d. Iohannis, Theodorus filius d. Aligerni, et Gregorius filius d. Marini.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 900.) Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. II, p. 12.

(951[1]) 72. Die 22 m. aprilis, ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 43, sed et Romano m. i. eius filio an. 6. Iohannes et Cesarius uterini germani, filii q. d. Stephani, vendunt et tradunt d. Benedicto ummili igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* integras sex uncias suas de integra terra, que nominatur bibituru, posita ad Terzium, pertinente quidem a nominato genitore eorum, set indivisa reiacet cum aliis sex unciis heredum q. d. Iohannis thii eorum, et coheret sibi in simul parte horientis terra et hortum seu et introitum, qui ingredit ad molino nominati monasterii, et de alio latere terra Iohannis et Stephani, uterinis germanis filiis q. d. Marini, sicuti inter se terminis exfinat, et de uno capite parte meridiana terra Stephani, qui super nomen Fasano, et ex alio capite est fossatus, in quo est cursus aque, qui decurrit de nominato molino. Iterum vendunt et tradunt nominato igumeno et de padule, qui est in capite de nominata terra parte septentrionis, hoc est de latitudine quantum nominatas sex uncias de nominata terra superius vendita, et de longitudine quomodo badit usque ad aqua de flumen, unde alium tantum de nominata padula pertinet ad ipsos heredes q. nominati d. Iohannis thii eorum, set iterum indivisas reiacent, una cum scatorias et introito suo omnibusque sibi pertinentibus. De qua nihil *etc.* et neque ab eis *etc.* Insuper omni tempore *etc.* antestare et defensare promittunt pro eo quod in presenti acceperunt auri tari 12; poena vero in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium curialem. Signum manus nominati Iohanni et Cesarii. Testes: Gregorius filius d. Iohannis, CΕΡΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΟΑΝΝΙ, i. e. *Sergius filius d. Iohanni* et ΜΑΡΙΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΕΡΓΙΙ, i. e. *Marinus filius d. Sergi.* — (*Notam. instrum.*

[1] Item. „ Die 15 m. martii ind. V. Neapoli (a. 1262). Regnante d. n. Manfrido semper augusto Sicilie magnifico rege an. 4. Bartholomeus diaconus S. sedis Neap. ecclesie cognomento Guindacio, custos ecclesie S. Iuliane Xpi virginis et martiris, que sita est intus hanc civit. Neapolis inter duo vicora, unum qui nominatur Carraiium, et alium qui nominatur de S. Iuliana, constitutus a d. Iohanne abbate monasterii Ss. Sergii et Bacchi *etc.* promittit officiare quotidie in dicta ecclesia *etc.* et dare anno quolibet paria duo de oblatis. Actum per Petrum Gruccialma curialem et testes sunt Nicolaus Apucefalus primarius, Gregorius Buccatortius et Leo Maroganus. *Notam. cit.* n. 903.

S. Sebast. n. 827). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. II, p. 15.

73. Die 26 m. magii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 43, sed et Romano m. i. eius filio an. 6. Horta intentione inter Iohannem, ummilem archipresbiterum hecclesie s. Andree et Pitru h. f. filiam d. Campul cum consensu d. Stephani viri sui propter regulam, quam ipse archipresbiter quesiverat a Pitru de terra ad S. Petrum ad Paternum; unde dicebat pars ipsius archipresbiteri nominatum genitorem ipsius Pitru nominatam regulam semper dedisse et pars Pitru dicebat: " absit quia non est beritas, quia nec ego nec nominatus genitor meus da tempore quando illos venumdedimus at illum Bulcanum vobis non dedimus nominatam regulam „. Unde post multam altercationem iudicatum exinde est inter eos, ut iuraret pars nominate Pitru, et diceret quod da tempore quando illam terram vendiderunt, nec ipsa nec nominatus genitor suus regulam ipsi archipresbitero dederunt, nisi unum annum per fortiam et archipresbiter poneret exinde securitate. Quod et factum est; et hecce in presenti ipse archipresbiter recepit a parte nominate Pitru nominatum sacramentum dicente ut superius, et definivit exinde cum ipsa Pitru et heredibus suis in omnibus, et amodo et semper nunquam presummet ipse archipresbiter et nominata hecclesia dictam regulam querere ab ipsa Pitru et heredibus suis; pena si contra hanc chartulam securitatis venerint in auri sol. 40 byth. Scriptum per manus Iohannis scriptoris, discipulo d. Gregorii curialis et scriniarii. Actum per eumdem d. Gregorium. ΕΓΟ ΙΩ ΑΡΧΗΠΡ ΣΟΥΣΚΡΥΨΗ, i. e. *Ego Ioannes archipresbiter subscripsi.* Testes: Iohannes filius d. Petri, Bitalianus filius d. Mastali, et Gregorius filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. s. Sebast.* n. 623). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. II, p. 17. (951)

74. Die 11 m. iunii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 43, sed et Romano m. i. eius filio an. 6. Gregorius, filius q. d. Sergii Greci et q. Fengitu h. f. iugalium personarum, promittit Leoni filio q. Boni et Eupraxie, hoc est iugales, propter integras quatuor petias de terra, constitutas ad castaniola, simul et ad auderanum, quod est super S. Cyprianum ad Tertium, una cum arvoribus et cum puteum aque vibe qui in una ex ea esse videtur, simul cum introitas earum omnibusque eis pertinentibus, sicuti et quomodo eidem Leoni obvenit a q. d. Iohanne subdiacono, germano suo, per firmissima chartula comparationis continet quia nunquam ipse et heredes sui presumet neque habeat licentiam aliquando tempore exinde querere per nullum modum nec per summissas personas nominatos iugales quamque eorum heredes pro nominatis petiis de terra da nunc et in perpetuis temporibus. Si autem contra hanc chartulam promissionis venire presumpserit componat auri libram 1 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus nominati Gregorii. Testes: Iohannes filius d. Leoni, Gregorius filius d. Leoni, et Marinus filius d. Leoni primarii.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 401). Pergam. dei monast. soppressi. t. I; R. N. A. M. t. II, p. 19. (951)

75. Die 3 m. nobembrii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 44, (951)

Constantino et Romano (II) impp. a. 952.

sed et Romano m. i. ejus filio an. 7. Iohannes domini gratia Consul et Dux, filius q. ven. d. Marini ducis cum consensu presentis d. Theodore gloriose ducisse coniugis sue commutat et tradit Cesario Ferrario, filio Iohannis, dudum Ferrarii et maiorarii, postmodum vero monachi, modium unum de terra que nominatur at Mulianum pistulum situm in Calbetitianum. (*V. infra in* Chart. et Dipl. Ducum).

(952) **76.** Die 25 m. februari ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 44, sed et Romano m. i. eius filio an. 7. Horta intentione inter Theoctisti h. f. filiam q. d. Petri, qui supernomen Pictuli, relictam autem q. d. Marini; et d. Iohannem filium q. d. Theofilacti propter integrum fundum positum in Marilianum una cum tres terras de memorato loco et ipso fundo pertinentes, quas q. d. Anna socera eiusdem Theoctisti dederat per chartulam membrana scriptam a Iohanne presbitero filio Gregorii et ipse Iohannes donavit per aliam chartulam ipso d. Iohanni filio Theofilacti. Unde quesiverat pars ipsius Theoctisti ipsum Iohannem dicendo: quia dam mihi exinde integram quartam meam, que mihi pertinuit da q. d. Marino viro meo secundum legem, eo quod Iohannes q. germano suo disposuit per gestam, ut tantum memorata socera mea domna et domina vite sue esset et post eius transitum rediret a memorato q. d. Marino viro meo; „ pars autem memorati Iohannis dicebat: quia ante a memorata d. Anna socera tua illos dedi a memoratum Ioannem presbiterum, quam. . . . te Iohannes illos disponeret „ unde multam altercationem exinde habuerunt. Nunc autem memoratus Iohannes ostendit ipsam chartulam per memoratam soceram suam factam dicto Iohanni presbitero et iudicatum est inter eos ut iuraret persona memorati Iohannis et diceret, quod memorata chartula quam memorata d. Anna fecit memorato d. Iohanni presbitero, antea esset facta quam memoratus Iohannes de illo fundo disponeret, et tunc dividerent illum inter eos in hoc ordine, *vid.* medietatem ipsius q. Iohannis tolleret exinde ipse Iohannes filius d. Theofilacti super sorte, et de alia medietate ipsa Theotisti levaret quartam suam secundum legem, et tres partes ipse Iohannes haberet in suam potestatem, quod et factum est. Et ecce in presentis ipsa Theoctisti recepit memoratum sacramentum a persona eiusdem Iohannis et definivit exinde in omnibus cum memorato Ioanne et heredibus suis, ut amodo et semper memorata Theoctisti nunquam presumimet ipsum Iohannem querere de ipsa medietate quam super sorte habuit, nec de ipse tres sortes, qui eum de medietate memorati viri eiusdem Theoctisti tetigit, neque ipse Iohanne de ipsa quarta quereret ipsius Theoctisti per nullum modum; pena statuta in auri libra 1 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorate Theoctisti. Testes: ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ i. e. *Gregorius filius* (*deest nomen patris*), ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ $\overline{\Delta N}$ ΑΛΙΓΕΡΝΙ i. e. *Gregorius filius d. Aligerni*, et ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ $\overline{\Delta N}$ ΠΕΤΡΙ i. e. *Gregorius filius d. Petri.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 545). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. II, p. 25.

(952) **77.** Die 16 m. iulii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 44, sed et Romano m. i. eius filio an. 7. Sergius filius q. ven. d. Leonis pres-

Constantino et Romano (II) impp. a. 952.

biteri et q. d. Rodelgrime iugalium personarum, una cum voluntate dicte genitricis sue et pro vice Ugualferii nepotis sui, quamque Gregorius filius q. ven. d. Sergii monachi pro vice filiarum, quas ipse Sergius habuerat de q. Senda coniuge sua, nec non Radimperga, cui supernomen Disela, filia q. d. Petri Langubardi cum voluntate d. Gregorii viri sui, seu Drosu et Eupraxia, cui super nomen Gemma, h. f. germane filie q. d. Gregorii prefecti et ipsa Eupraxia relicta q. d. Sergii, adque Sergius filius q. d. Iohannis prefecti pro vice Drosu parbule filie sue, quam habuit de q. Maria coniuge sua; seu Anna et Theodonanda hh. ff. germane filie q. d. Ioannis et ipsa Anna relicta q. d. Leonis et Theodonanda relicta q. d. Aligerni, et denique Drosu h. f. filia q. d. Gregorii monachi cum voluntate d. Gregorii viri sui, hoc est parentes et consortes, conveniunt cum d. Sergio, religioso igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* et dividunt inter se servos et ancillas communales de loco, qui vocatur Casa aurea raviosa, unde partes quatuor pertinent dicto monasterio pro offertione q. d. Iohaquinte monastrie, thie et prothie ipsorum, et quinta pars pertinet pro legatione testamenti d. Iohannis, dudum Lociservatoris, postmodum vero monachi, avi et prohavi eorundem; de qua tetigerunt memoratum d. Sergium igumenum pro memoratas quatuor partes: Trasari filio Boniti et Bonelgisa iugales cum Petro et Urso seu Maria et Iohanne, filiis et filia eorum, et Bona filia Ursiniani cum Maria filia sua; et ad vicem tetigerunt ipsos parentes pro memorata quinta parte eorum, idest: Sillicta et Maria seu Leo germani filii memorate Bone; ita ut a nunc, et deinceps ipse Sergius et ipsi parentes possint de ipsis servis et ancillis facere quidquid voluerint. Insuper omni tempore memoratus Sergius et heredes eius memoratum Ugualferium nepotem suum Sergio igumeno posterisque eius desuper tollere promittit; poena vero iis, qui contra hanc carthulam combenientie divisionis venerint, in auri libris 3 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Sergii cum voluntate d. Rodelgrime genitricis sue. Signum manus memorate Radimperge. Signum manus memorate Drosu et Eupraxie. Signum manus memorate Anne et Theodonande. Signum manus memorate Drosu, hoc est parentes et consortes. ΓΡΕΓΟΡΙΟϹ ϹΟΥΒ i. e. *Gregorius subscripsi.* Gregorius, Sergius, et ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ *subscripserunt.* Testes: Aligernus filius d. Leoni monachi, Leo filius d. Iohannis, et Gregorius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 758) Pergam. dei monast. soppressi. t. I; R. N. A. M. t. II, p. 27.

78. Die 22 m. iulii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. a. 44. sed (952)
et Romano eius filio m. i. a. 7. Sergius filius q. d. Iohannis vendidit Urso Uscana, et Marie coniugibus integram portionem suam, que est medietas, de integra terra de ascenarium in Foris gripta una cum arboribus et introitu suo et omnibus sibi pertinentibus, et reliqua medietas est Leonis germani ipsius venditoris, que quidem integra terra a parte orientis est coniuncta cum terra monasterii S. Gaudiosi, ut finit inter se terminus, da parte meridiei est via publica, a parte occidentis est terra Iohannis Capuani, sicut inter se termini exfinant de longo; de capite in capite a parte septentrionis est terra heredum Leonis, filii d. Iuliani. Et est signatum tali signo CCCCLVII. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 199 v.

Constantino et Romano (II) impp. a. 952.

(952) **79**. Die 20 m. augusti ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 44, sed et Romano m. i. eius filio an. 7. Ioannes filius q. d. Tauri et Maru iugales promittunt Petro Calciolario et Marie iugalibus consocruniis suis, propter quod cum Domini auxilio et ordine ambarum partium placuit voluntate et in presenti.... sociare in uxorem q. Annam filiam ipsius Iohannis ad Iohannem filium ipsius Petri, Deo volente, sponsum eius, ut nunquam, quod absit, de oc statuto placito (1) restornare presumment. Interea primum ipsi Iohannes et Maru dant et donant ad memorata filia eorum integram petiam de terra, que vocatur ad pratum, in loco Piscinules, abente finis ab uno latere et de uno capite terram memorati Iohannis, et de alio latere est terra d. Sergii Millusi et terra memorati Iohannis qui emptam habet a Iohanne Bobfasimu et terra Iohannis domini marcu, iterum et terra memorati Iohannis generi eorum, et ab alio capite est alia terra memorati Iohannis, quam in sua reservavit potestate, quomodo vadit per rectum de ipsa terra memorati Iohannis usque at memorata terra d. Sergii Millusu, ut in eiusdem Anne sit potestate. Insuper propter reliquas omnis eorum hereditate sive substantia ut numquam presumment nec in vita eorum nec ad eorum transitum neque in receptis neque absque receptis nec per nullam aliam articulam ad eas transferendum ipsam filiam eorum et heredes eius in sua vice minorem heredem facere aut constituere de ceteris aliis filiis et filias eorum in aliquo; poena, si aliter fecerint, in auri libra una byth. et ec charthula donationis exfalia ydiosceri sit firma. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorato Iohanne et Maru. Testes: Iohannes filius d. Leoni, Gregorius curialis et ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Ioannes filius d. Petri.* — Pergam. dei monast. soppressi. t. I; R. N. A. M. t. II, p. 30.

(952) **80**. Die 9 m. decembris ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 45, sed et Romano m. i. eius filio an. 8. Orta intentione inter Sergium curialem cum voluntate presentis Marie h. f. coniugis sue, et d. Sergium ven. igumenum monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* propter fundum et terras cultas vel incultas . . . . fuit q. d. Benedictus . . . . . antecessor suus per chartulam cessionis ipsius Sergii curialis, post multam altercationem, quam inter eos habuerunt, domino Deo auxiliante, per loquentia bonorum hominum combenit inter eos amica pactione voneque voluntatis et in presenti ipse Sergius curialis una cum voluntate coniugis sue reddidit et tradidit memorato d. Sergio igumeno memoratum integrum fundum et memoratas integras terras cultas vel incultas positas in Augustaliolum, quantum et quomodo ipse Benedictus per chartulam cessionis sibi dedit, quia chartula cessionis sue apud ipsum igumenum in presenti caubrata remisit. De qua nihil *etc.* et ha nunc et deinceps. *etc.* et neque a memorato Sergio curialis *etc.* pro eo quod in pagatione ipse Sergius curialis acceperat ab ipso igumeno in presenti idest auri sol. 10 byt. in cantum in omnem decisionem. Insuper ipse

(1) Cf. chartam a. 1007 Amalphiae celebratam (CAMERA, *O. c.* I, 217), ubi parentes filiae, iam ante aliquot annos nuptae dotem assignant et *placitum* constituunt *sicut lex imperialis continet*; scil. *Ecloga Leonis et Constantini*, uti mihi videtur. Cf. *Eclogam etc.* ex edit. Zachariae a Lingenthal, p. 16 et eiusdem *Prolegomena* ad *Prochiron* p. XLVI.

Constantino et Romano (II) impp. a. 953-954.

Sergius curialis promittit, ut si quovis tempore alia chartula inventa dederit quam alicui fecisset, vel si ex ipsa chartula, que superius caubratam (1) reddidit, exemplaria inventa dederit, tunc modis omnibus bacua maneat et ipse illas ebacuare et tacita facere debeat; solummodo hec chartula combenientie firma maneat ubique relecta fuerit apud omnes iudices et potestates; pena in auri lib. 1. byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus nominate Marie. Sergius curialis subscripsit. Testes: Anastasius filius d. Iohannis, Stephanus filius d. Iohannis, et Aligernus filius d. Leoni monachi — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 868). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. II, p. 32.

81. Die 6. m. nobembrii ind. XII, Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 46, sed et Romano eius filio m. i. an. 9. Iohannes, a Deo debotus monachus filius q. Petri monachi, quamque idem Petrus et Cesarius, genitor et filii, promittunt d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* ut ha nunc et omnibus diebus vite sue ipse Iohannes erit in obedientia et servitio eiusdem Sergii igumeni, ut sancta regula b. Basilii docet, et ipsi nominati germani ha nunc et omnibus diebus vite eorum super residere et habitare promittunt in casali ipsius monasterii et boves eiusdem tenere et studire et cum eis diligenter laborare, ut boni bofulci. Insuper ipsi genitore et filii dant et tradunt dicto igumeno omnes vobes eorum, masculos et feminas, maiores et minores, ut ipsis et fetora fetibusque eorum in ipsius et posterorum eorum sint potestate, excepto una bacca holibastra cum una genca rubea filia sua, quas nominati germani sibi reserbant cum quantas fetoras fecerint; et nunquam presumment nec habeant licentiam ipsi germani ipsum igumenum dimittere et a suo servitio recedere; si vero in quovis loco fugam commiserint, liceat eidem igumeno ipsos sequere et appreendere et in suo servitio reducere. Ita ut ipse igumenus nutrire et vestire et calciare debeat ipsum Iohannem debotum monachum, ut ceteri monachi cenobiati, et ipsos, ut ceteri vofulci dicti monasterii et ut iustum fuerit. Insuper liceat nominatis germanis omni anno seminare in ipso casali de propria semente triticum modium unum et fabas modium unum et linum similiter modium unum, et fructum recolligere et habere. Denique ipse Iohannes promittit quod nunquam presumet ipsum monasterium querere pro auri sol. 4 byt. quos ei dare spopondit d. Benedictus, antecessor ygumenus, per chartulam pro ipsa bacca. Si autem aliter fecerint componant auri sol. 36 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Iohannis deboti monachi et Petri seu Cesarii. Testes: Stephanus filius d. Iohannis, Gregorius filius d. Iohannis, et Anastasius filius d. Iohannis.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1056). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. II, p. 34. (953)

82. In nomine domini Dei Salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro Constantino magno imperatore anno quadragesimosexto sed et Romano magno imperatore eius filio anno nono, die 4 mense ianuarii, ind. XII. Neapoli. Certum est nos Leone filium q. d. Gregorii Petrum filium q. d. Leone, hoc est ex Fortiore civitate Amal- (954)

(1) Charta *caubrata* i. e. disrupta, cassata. Vocis significationem ex ipso instrumenti contextu elicio; at eiusdem etymon non assequor; nisi si a graeco verbo καταβάλλω, quasi *cablata*, paulum detorta eruatur.

Constantino et Romano (II) impp. a. 954.

fitane (1) hoc est exadelphis germanis da Iohanne et Leone, uterinis germanis, filii q. d. Andree, parentes. A presenti die pro Dei amore et mercede et salvationis anime nostre offerimus et tradidimus vobis d. Aligerno ven. abbati *monasterii Ss. Severini et Sosi, ubi eorum venerabilia quiescunt corpora* et per vos in supradicto sancto et venerabili vestro *monasterio et cuncta* congregatione monachorum, presentibus et futuris, qui ibi accesserint in perpetuum, nos nostris germanis medietate et nos nostris exadelphis similiter alia medietate, idest integrum curtaneum meum una cum integrum cuniolum nostrum et cum integrum ribum nostrum, qui est inter ipsum curtaneum de integro ipsum cuniolum, sicuti est in una tenentia, insimul cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum viis carrariis de introitas suas, si per alia causa nostra vobis posterisque vestris necessas fuerit intrandi et exiendi cum vestra utilitate, et omnibus eis generaliter et in integro pertinentibus et abinde nos vobis percomplere promittimus de aliis terris nostris de terris ibi ipsum in Ercica (2), ubi vos eligere volueritis, videlicet : a viginti modia de terras mensuratam per passi ad passum ferreum S. Neapolitane ecclesie ad habendum illud ipsa congregatio in sempiternum et ab hodierna die et deinceps iam dictum integrum curtaneum et predictum cuniolum una cum prefatum ribum, sicuti est in una tenentia *etc.* a nobis vobis et per vos in suprascripta sancta *etc.* sint offertum et traditum, in vestra posterisque vestris sancte et congregationis monachorum sint potestate ad habendum omnibus seculis in sempiternum, et neque a nobis supradictis Leoni et Petro, hoc est exadelphis, seu Iohanni et Leoni germanis, hoc est parentes, neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore unquam vos supradicto d. Aligerno ven. abbati aut posteris vestris vel supradicta sancta et venerabili vestra congregatione monachorum presentibus et futuris, qui ibi accesserit in sempiternum, quod absit, habeatis de omnibus supradictis aliquando quamcumque requisitionem aut molestiam a nunc et in perpetuum perpetuis temporibus. Verum tamen firmamus, ut licentiam et potestatem habeatis tollere ecclesia nostra disruptam, vocabulo S. Petri sita in Ercica (3) et fabricare et edificare illa in supradictum cuniolum, quod superius vobis optulimus, et vos una cum supradicta congregatione vestra ibidem habitare debeatis, ut ibidem pro Dei amore congregatio monachorum fiat in sempiternum, et non habeamus licentiam nos aut heredes nostros ipsa con-

(1) Ex aliis instrumentis infra in hoc *Regesto* summatis erui potest eos, qui aliter *Praefecti* dicebantur, per haec tempora *fortiores* etiam dictos fuisse. Leo igitur fuit Praefectus civitatis Amalphiae, et, ut instrumenta ap. cl. virum CAMERA (*Mem. stor. del ducato di Amalfi*, t. I. p. 134) relata testantur, annis 921 et 922 cum patre suo Mansone *Fusili* Amalphitanorum rempublicam gessit.

(2) Locus hic iuxta Vesuvium montem erat positus. In instrumento enim a. 30 principatus d. Guaimarii *etc.* et 6 a. princip. d. Gisulphi celebrato (i. e. a. 1048), memorantur res *monasterii sancte Dei genitricis semperque virginis Marie, que constructa esse videtur ad speluncam, que et super* ERCICA *iusta monte besubeo* (R. N. A. M. t. IV, p. 320). Item in alio instrum. a. 34 princip. d. Guaimarii *etc.* et 9 a. d. Gisulphi eius filii m. martio IV ind. (i. e. a. 1051) confecto habetur *Iohannes presbiter et abbas monasterii sancte Dei genitricis et virginis Mariae, quod fundatum esse videtur in locum* HERCICA *at ipsa Spelea sub monte vesubeo.* (*O. c.* t. V, p. 4).

(3) Revera in hac ecclesia postea monasterium fundatum fuit; nam in instrum. a. 21 princip. d. Guaimarii m. decembri VIII. ind. (scil. a. 1009) celebrato, habetur *Petrus gratia Dei abbas monasterii S. Petri de ulter flubio tragutiu, ubi ad* ERCEKA *dicitur.* Cf. *Cod. dipl. Cav.* t. IV, p. 152. Cum autem fluvius *Traguteu*, vel *Dracunteu*, de quo multoties et varie usque adhuc disputatum est (V. GIUSTINIANI, *Diz. geogr.* P. II, t. 3, p. 138), non alius nisi Sarnus (REMONDINI, *Nolan. Stor.* t. I, p. 125) vel quidam Sarni rivus fuerit, uti ex instrum. a. 1188 argui potest, quo " Gulielmus divina favente clementia Casertanorum aliorumque plurium comes una cum Roberto benedicto filio suo concedit d. Roggerio ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii unum sedile molendini, quod est in flumine, qui dicitur dracunten a li Scafati *etc.* (*Protoc. del monast. di S. Severino* f. 87), ego facile crediderim monasterium S. Petri inter Vesuvium et Sarnum extitisse atque olim pago, qui hodie *Villa di s. Pietro a Scafati* nuncupatur, nomen indidisse.

gregatione monachorum presentibus et futuris, qui ibi accesserit in perpetuum, exinde gectare aut disrumpere vel molestiare aut de omnibus subscrictis exinde subtrahere, vel, quod absit, qualibet persona de qualecumque ordine vobis posterisque vestris super imponere per nullum modum nec per submissam personam imperpetuum; et quando abbas in ipsa congregatione mortuus fuerit, tunc omni tempore quale abbate ipsa congregatio monachorum presentibus et futuris in perpetuum ordinare voluerint, tale ordinare debeant, sed nobis illud scire facere debeant, ut nos cum ipsa congregatione ipsum abbate, quale ipsa congregatio voluerit, eum ordinare debeamus sine omni datu et sine omni premio; tantum modo de omnibus nostris pro benedictione nobis nostrisque heredibus omni annuo mandare debeatis vos et posteris vestris in assumptione S. Marie de augusto mese, mele idest libras quindecim, dividentes inter nobis illud pro medietate, nos nostris uterinis germanis medietate et nos nostris exadelphis alia medietate, tamen, si barbaricus fuerit, ut in ipso monasterio non habitaveritis, tunc ipsum mele nobis non detis per omne annum quando de ipsum monasterium fugieritis; et, quando per nos aut heredes nostris inventa dederimus in suprascripto loco pro elentium? colligendi, tunc vos et posteris vestris quatuor personas nobis nostrisque heredibus recipere debeatis in ipsum monasterium vestrum, et a ipsas quatuor personas et a caballos illorum manducare dare debeatis quale a vos ipsis, et si hordeum non habueritis, non habeamus licentiam vobis posterisque vestris illud querere, nec a sacramentum exinde provocare per nullum modum, et si habuerimus in ipsum locum a honorandum similiter nos et heredes nostros recipere debeatis in ipsum monasterium vestrum a nostrum spesarium et a nostra. . . . . et nobis posterisque nostris nullum manducare queramus, quandoque a lavorandum ibidem venerimus, alium nullum plus nos et heredes nostri in omnibus nostris queramus aut imponamus aut vobis posterisque vestris per nullum modum nec per summissam personam, in perpetuo tempore omne pro . . . . . futuris firmamus hoc, ut si, quod non credimus, et ipsa congregatio quovis tempore dirrupta fuerit et non fuerit congregatio monachorum in ipsa ecclesia, quam nobis superius diximus edificare, ut diximus si fuerit dirrupta, tunc omnibus nostris in nostra nostrisque heredibus revertatur potestate, excepto si ipsa congregatio dirrupta fuerit pro cuncta de gente aut pro cuncta de persecutione, quod non sia in ipsa congregatione qualibet occasio, et ab ipsa gente et ipsa persecutione baricaverit, tunc licentiam et potestatem habeat ipsa congregatio monachorum redire in omnibus nostris et dominare de omnibus nostris, qualiter ista chartula offertionis continet, ut nulla occasio, ut diximus, a supradicta congregatione fiat per nullum modum, nec per nulla humana..... Insuper promittimus vobis, ut nos et heredes nostri vobis posterisque vestris sanctaque vestra congregatione monachorum omnibus hominibus, partibus militie, exinde omni tempore desuper tollere promittimus *sine* omni vestra posterisque vestris damnietate, nulla dante occasione. Si autem nos aut heredes nostri quovis tempore contra hanc chartulam offertionis, ut superius legitur, venire presumpserimus nec omnia supradicta adimpleverimus per quovis modum aut summissam personam, a nunc componimus vobis posterisque vestris sancteque vestre congregatione, presentibus et futuris, qui ibi accesserint in perpetuum, auri libras quinque bizantias et hec chartula offertionis, ut superius legitur, sit firma in perpetuum. *Scripta* per manus Gregorii primarii *scribere* rogavimus, die et indictione supradicta; et hoc..... (*Cetera desunt in exemplo, ut et fortasse etiam subscriptiones testium et absolutio curialis*).—*Protocollo del monast. di S. Severino* f. 30 *olim in* Arca 52 n. 1.

83. Die 20. m. decembris ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 47. (954)
sed et Romano eius filio m. i. an. 10. Stephanus filius d. Gregorii recepit in uxorem

Constantino et Romano (II) impp. a. 955.

Annam a patre ipsius Anne cum omnibus ipsius patris bonis mobilibus et stabilibus seseque moventibus in quibuscumque consistentibus *etc.* excepta domo sita ad Nilum i. e. ad plateam Nili et excepto etiam integro fundo de centurana. Et est signatum tali signo CCCCLXXXII. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 210.

(955) **84.** Die 21 m. februarii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 47, sed et Romano m. i. eius filio an. 10. Leo Erarius, filius Stephani Erarii et q. Anne h. f. iugalium convenit cum Petro Erario et Maiorario, (1) uterino germano suo, et *ambo* dividunt inter se in duas partes domum portionis eorum, que eos tetigit per chartulam combenientie divisionis a germanis et germano eorum, positam vero intus Cesareum, (2) regionis thermensis. De qua tetigit nominatum Petrum *medietas* i. e. sex uncie de inferiora et de superiora super se; et de statione et de superiora super ipsa statione, hoc est insimul a parte occidentis; de qua relique sex uncie, i. e. *alia medietas* tetigit nominatum Leonem a parte orientis iuxta domum et stationem portionis q. Marie et Aligerni Erarii; ambe portiones inferius et superius ad equalem mensuram, preterquam portio eiusdem Leonis habeat in nominata inferiora et in nominatis duabus superiore plus de nominata portione ipsius Petri pedes duos ad manum virile, et ubi iam de mensura benerit ambe partes inter se ibidem claudere debeant cumque eis combenerit a terra usque sub sternimentum, et a sterminento usque ad tectum ad omne comune expendium. Insuper tetigerunt ipsum Petrum et integra una superiora cum alia integra superiora hortei super se et cum solareum ostracatum ante se parte septentrionis, qualiter inter nominatum solareum, qui tetigit ipsum Petrum et solareum qui tetigit nominatum Leonem, qui est a parte hoccidentis, exfinat directum in parte septentrionis paries, qui ab intus ibi est incoatus, quem ambo fabrire debeant in altum usque at tectum ex ipsa superiora hortei ad omne communem expendium; sed aquas de edificio, qui ibi utrique facere voluerint, recipere et versare debeant in proprio. Regiam vero, que est inter nominata superiora Petri, et inter superiora cubiculi Leonis fabrire debeant cum pretas et calce seu putheolanum ad omne commune expendium. Nec non tetigit ipsum Petrum sex uncias de inferiora, qui est subtus nominata superiora et predictum solareum hostracatum portionis Petri, hoc est a parte septentrionis, unde alie sex uncie parte meridiana tetigerunt ipsum Leonem in trabersum divisa de longitudine intus ipse cluse ambe portionis ad equale mensura, et, ubi iam de mensura benerit ibidem claudere debeant a terra usque at sternimentum. Aperturiam vero de parietem ex ipsas sex uncias Petri ex ipsa inferiora, qui est secus transendam publici, quod est ipsa aperturia at columnam marmoream parte septentrionis, ipsi fabrire debeant ad commune expendium et nominatam columnam tollere et ponere ubi inferius dicetur. Set ipse Petrus ibidem habere debeat unam regiam iustam, et ante ipsam regiam ipse Leo et heredes sui nullam sporcitiam faciant per nullum modum. In nomi-

(1) Maiorarii mentionem ego in inscriptione theatina antiquioris aevi inveni, et vocem ex *maior* et *aerarium* conflatam fuisse conieci. Cf. *Rendiconto dell' Accad. Pontaniana* an. 1866. Si mea me igitur opinio non fefellit, Petrus iste fuit aerarii publici Neapolitani custos et procurator.

(2) En antiquae Neapolis apud posteros memoria.

Constantino et Romano (II) impp. a. 955.

nata vero superiora portionis ipsius Petri quantum super iam dictas sexuncias ipsius Leonis ex ipsa inferiora ambe partes semel hostracumdare debeant de calce et arena ad omne commune expendium, et ipse Petrus et heredes sui nullam sporcitiam exinde faciant in memoratis sex unciis nominati Leonis ex ipsa inferiora; atamen ipse Petrus fabrire debeat duas aperturias, que sunt in ipsa portione sua super tectum cubuculi ipsius Leonis; tantum autem ut habeat fenestram unam, et in ea et in aliis duabus fenestris suis ponere et habere debeat cancellam strullatam (1); aperiente ipsa cancella pro unoquoque foramine palmum unum. Denique tetigit ipsum Petrum modica terrula, que est in capite de nominatis sex unciis suis ex ipsa inferiora parte septentrionis usque ad anditum communalem; nominatam vero columnam marmoream ponere debeant iuxta cantonem de pariete, qui est subtus inter nominata duo solarea, unum Petri et alium Leonis, directum cum cantone de regia communali eorum et de aliis hominibus et ipsum cantone, qui est a parte meridiei, et directum cantone de parietem domui portionis nominate Marie et Aligerni, et super eadem columna ponere debeant capite de duos burdones, ipse Leo et heredes sui unum, ac ipse Petrus et heredes sui alium, et iungere ibi illud in ipsis solareis portionis eorum. Dispositum vero nominati Stephani genitoris eorum sit firmum; pena ei qui contra hanc chartulam combenientie divisionis venerit in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus nominati Leoni. Testes: Petrus filius d. Sergii, Theodorus filius d. Iohannis, et Petrus filius d. Mastali. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 471). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. II, p. 36.

85. Die 13 m. aprilis ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 47 (955)
sed et Romano m. i. eius filio an. 10. Aligernus Kaietanus, filius q. d. Leoni prefecti, dat et tradit ad responsaticum usque in 10 annos expletos Angelo filio q. Boni pro vice sua, simul et pro vice Leoni seu Boni germanis hospitibus eiusdem Aligerni et nepotibus Angeli item hospitis sui de vico, qui nominatur Garelianum (2) fundum suum positum in nominato loco Gariliani una cum introitum suum et omnibus *etc.* coherente sibi ab uno latere fundum hominibus d. Lunissi cognati sui, et de alio latere fundum d. Sergii, et de uno capite fundum hominibus ex ipso loco et ab alio capite via publica, et habet per mensuram de longitudine passus 20 intus fossatum, et de latitudine passus 10 ad passum ferreum S. Neapolitane ecclesie; in eo enim tenore ud in eorum sint potestate tenendi seu frugiandi subtus et super; tantummodo omni annuo et in isto stibo (3) responsaticum dare debeant triticum modia trea pro augusto mense, mensurata at modium iustum, manducaturum tractum paratumque ante regias domus eiusdem; ita ut nec ipse Aligernus aut heredes sui habeant licentiam memoratum fundum tollere ipsi Angelo et heredibus suis et at quambis personam eum dare usque in ipsos 10 ann. expletos, et insuper promittit illum defendere, et 10 annis expletis ipse Angelus et heredes eius excotat cau-

(1) Vox *strullata* in Glossariis deest; at cum *trullus* aedificium concameratum et rotundum significet, ego *cancellam strullatam* intelligo cancellos illos ferreos, qui non plani et aequales sunt, sed in orbem versus inferiorem partem producti.

(2) n charta a. 1073 (Cf. Di Meo *ad a.*) habetur terra in Liguria *non longe a villa que dicitur Piro*, cui *coherent consortes de vico Gariliano* (*Chart. S. Blasii de Aversa* n. 53); et in alia a. 1310 *casale Gariliani* in agro aversano. Giustiniani, *Diz. geogr. del r. di Nap.* t. II, p. 95.

(3) Ego dolium ipsius locatoris intelligo.

sam suam exinde, etsi casam ibi fecerit; et tunc ista chartula siat bacua; tantummodo, si utrisque combenerit, ipse Angelus teneat illum dare de in antea in ..... placito, et si eidem Aligerno non placuerit, da ipsi 10 anni in supra habeat licentiam dare cui voluerit. Pena vero in auri sol. 10 byth. Scriptum et actum per Gregorium curialem et scriniarium. Et hoc ipse Aligernus memoratus est, ut quantas terras ex ipso fundo pertinet illas in sua reservavit potestate. Signum manus Aligerni. Testes: Gregorius filius d. Stephani curialis, Marinus filius d. Cesarei monachi, et ΙΩ ΑΝΑΚΛΙ Φ, i. e. *Iohannes Anacli filius*. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 554). Pergam. dei monast. soppressi. t. I; R. N. A. M. t. II, p. 39.

(955) **86.** Die 30 m. aprilis ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 47. sed et Romano m. i. eius filio an. 10. Leo et Gregorius uterini germani, filii q. d. Petri monachi, et ipse Leone cum consensu Marie h. f. coniugis sue, commutat et tradit d. Stephano filio q. d. .... integram unam petiam de terra, que vocatur ad illam pischinam positam in loco, qui vocatur Munianum, cum omnibus *etc.* et coherentem sibi a tribus partibus cum terra eiusdem Stephani et ab alia parte est terra que fuit de gathone. Unde nihil *etc.* Ita ut a nunc *etc.* Insuper omni tempore *etc.* antestare et defensare promittunt: pro eo quod in vicem commutationis receperunt tres petias de terra positas in loco, qui vocatur Grummum, ex quibus una vocatur ad asprum at pertusa, et alia, que est corrigia, ibi ipsum ad asprum, et tertia iterum at pertusa cum omnibus *etc.* unde nihil *etc.* et ipse Stephanus ipsas terras defensare *etc.* debeat ex omnibus partibus, sicuti et quomodo chartula commutationis continet; unde exinde ipsi germani superiunxerunt eidem Stephano in presentis et auri sol. 4 byt. incantum. Interis nominati Leo et Gregorius promittunt, ut si Stephanus aut heredes sui potuerint in nominato loco Munianum vincere plus terras, qui eis pertinuissent in sua suorumque heredum sint potestate; pena in auri sol. 24. byt. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus Marie. Signum manus Leoni, qui in hac chartula pro occupatione mortis minime manibus suis subscribere concurrit ΕΓΩ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ ϹΟΥΒ, i. e. *Ego Gregorius subscripsi.* Testes: ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΑΝΑϹΤΑϹΙΙ, i. e. *Petrus filius d. Anastasii*, ϹΕΡΓΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΝΙΚΕΤΑ ΠΡΦ, i. e. *Sergius filius d. Niceta prefecti* et ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΒΑϹΙΛΙ i. e. *Gregorius filius d. Basilii.*—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1214). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. II, p. 41.

(955) **87.** Die 2. m. augusti ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 47. sed et Romano m. i. eius filio an. 10. Gregorius Lociserbator (1), filius bone recordationis d. Iohannis, filii Isiori? (2) ducis, disponits uam hereditatem cum consensu q. Anne coniugis sue, qui et legat fundum Foris gripte ecclesie sue b. Marie Romane (3) et ecclesie S. Silbestri (4) et aliam terram ad Saleranum monasterio S. Marie et Marcellini et Petri, in

(1) De eo vide sis quae in vol. I, p. 110-111 dixi.

(2) Verisimiliter heic legendum *Gregorii;* nam dux Iohannes II. certe ex Gregorio IV. ortum habuit.

(3) Forte *de Romania*, deinceps *Donnaromita*. V. infra.

(4) Haec ecclesia S. Silvestri olim extabat in vico qui nunc *dei Ss. Filippo e Giacomo* appellatur.

Constantino et Romano (II) impp. a. 955-956.

quo ipsa Anna eius coniux monacha defuncta est; positam in dicto loco Foris gripte, quam ipsi coniuges comparaverunt a q. Cesario filio d. Iohannis militis et a Petro milite filio q. Elie militis, hoc est cognatis, et ipse Cesario cum consensu Theodonande coniugis sue et ipse Petro cum consensu Marie posterioris coniugis sue; et coherent dicte terre cum bonis monasterii S. Antonii siti in scapula montis Pausilipensis, cum campis qui nominantur fossati. Quam terram dictum monasterium alienare non possit, sed, si ipsam alienaverit, tunc succedat in ipsa terra abbas, qui fuerit in monasterio Domini et Salvatoris nostri Iesu Xpi in Insula maris, et igumenus, qui fuerit in monasterio S. Sebastiani, et abbas qui fuerit in monasterio Ss. Siberini et Sossii in vico Missi. Actum per Iohannem curialem et testes sunt graeco caractere subscripti.— *Notam. instrum. S. Marcellini* p. 211.

88. Die 2. m. decembris ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 48, (955) sed et Romano eius filio m. i. an. 10. Leo filius d. Iohannis cum consensu Theodonande coniugis sue promittit Stephano et Bono et Leoni germanis filiis Leonis, habitatoribus in Crambane, propter duas petias de terra positas in dicto loco Crambane, quas dictus Leo concessit ad laborandum dictis germanis per quinquennium. Propterea promittunt dare ei omni anno salmam unam de vino mensuratam ad concium iustum et dividere fructus; et si dictus Leo voluerit vendere dictam terram preferantur dicti germani in pretio ut appretiatum fuerit a christianissimis viris. Actum per Iohannem curialem et testes subscribunt caractere longobardo. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 491.

89. Die 5. m. martii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 48 (956) sed et Romano m. i. eius filio an. 11. Maria filia q. Petri Franco cum consensu d. Ursi viri sui vendit et tradit Stephano filio Ursi . . . . . integram terram suam, que vocatur rovosetum, positam in Marano cum omnibus *etc.* quam et quomodo sibi et at q. Sergio Carpentario antecessore viro suo obbenit per chartulam membranis scriptam a q. Leone Farricellum cum voluntate Marie coniugis sue, quam chartulam ipso Stephano dedit; et coheret sibi memorata terra hab uno latere terra Cesarii , et de uno capite via publica, et ex alio latere terra de colonos de Balusanum et ab alio capite terra nominati Stephani comparata. Unde nihil *etc.*, sed ab hodierna die *etc.* et neque a se *etc.* Insuper omni tempore *etc.* antestare et defensare debeat; propter quod accepit a nominato Stephano auri tari nobem; pena vero in auri sol. 20. byt. Scriptum per Iohannem curialem, qui post subscriptionem duorum testium et post defuntionem q. d. Leoni, qui in hac annotatione scriptus fuit et in hac chedula minime scribere concurrit, complevit et absolvit. Signum manus memorati iugali. Testes : ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC $\overline{\Delta N}$ ΚΕCΑΡΙΙ i. e. *Gregorius filius d. Cesarii*, ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC $\overline{\Delta N}$ ΠΕΤΡΙ, i. e. *Gregorius filius d. Petri*. — (*Notam. instrum, S. Sebast.* n. 340). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. II, p. 43.

90. Die 16. m. aprilis. Ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 48 (956) sed et Romano m. i. eius filio an. 11. Leo filius q. Ursi, et nominatur Amalphitanum,

iterum et habitator est de loco qui vocatur Palude, promittit d. Gregorio ven. presbitero custodi ecclesie b. Euthimii, posite in vico qui vocatur Sol et Luna, pro vice nominate ecclesie propter inclitas omnes terras, que nominantur ad griptas et adpellatur cariniana sitas in nominato loco, et pertinent de fundo de Turandi, quem per *chartulam* securitatis ipse adprehensit a q. Stephano, qui dicitur de Marina, quam apud se habere confitetur, ut ipse ven. d. Gregorius et heredes sui de illis habere debeat medietatem, et ipse Leo et heredes sui similiter aliam medietatem, et ut ipse Leo in nullo capitulo de nominato Gregorio et posteris suis fortior esse debeat. Iterum promittit ut quandoque ipsi ven. d. Gregorio necessa fuerit nominata chartula, tunc eam dare et demonstrare debeat ad relegendum et ad causandum, pena in auri sol. 12. byth. Scriptum et actum per David curialem. Signum manus nominati Leoni. Testes: ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ i. e. *Petrus filius d. Iohannis*, ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΝΑCΤΑCΙ, i. e. *Petrus filius d. Anastasii* et ΜΑΡΙΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ, i. e. *Marinus filius d. Leoni.*—(*Notam. instrum. S. Sebast.* p. 753). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 45.

(956) **91.** Die 24. m. aprilis ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 48, sed et Romano m. i. eius filio an. 11. Gregorius filius q. ven. d. Sergii dudum prefecti, postmodum vero monachi, commutat et tradit d. Sergio igumeno monasterii Ss. Theodori et Sebastiani qui appellatur Casapicta situm in viridiario, corrigiam de terra, que vocatur ad senauba, posita vero in territorio Putheolano una cum omnibus *etc.* coherente sibi ab uno latere parte horientis terra iuris nominati monasterii, et ex alio latere parte occidentis corrigia, quam pro hac commutatione inferius accepit, sicuti inter se quatuor termines posuerunt finiendo; de uno capite parte septentrionis est egripus, et de alio capite parte meridiana sunt parietina, qui sunt inter ipsam terram et terram iuris ecclesie vocabulo S. Petri de intus castro Putheolano. Unde nihil *etc.* ita ut ha nunc *etc.* et neque ab ipso Gregorio *etc.* propter quod ad vicem in commutationis accepit nominatam integram corrigiam de terra ibidem, coherentem sibi de uno latere parte hoccidentis terra ipsius Gregorii, de alio latere parte horientis nominata corrigia, quam superius commutaverat, de uno capite parte septentrionis nominatum egripum et de alio capite parte meridiana terra sua. Unde nihil *etc.*, pena in auri sol. 20 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC COΥΒ, i. e. *Ego Gregorius subscripsi.* Testes: Aligernus filius d. Leoni, Theodorus filius d. Aligerni, et Gregorius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 352). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 47.

(956) **92.** Die 5. m. iunii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 48. sed et Romano m. i. eius filio an. 11. Theodonanda humilis abbatissa monasterii b. Archangeli, qui appellatur ad baiane, ancillarum Dei, una cum cuncta congregatione monacharum ipsius monasterii recipit a Maru monacha, filia q. d. Petri, omnes chartulas, que continebant duas offertiones, quas fecerat memoratus genitor suus in memorato monasterio, et

insuper in presenti recipit sacramentum ab ipsa Maru dicendo, ut alias chartulas non haberet, nisi quanta modo dederat; quia sic iudicatum fuit. Poena vero, si ipsa abbatissa contra hanc chartulam securitatis venerit, in auri sol. 60. byt. Scriptum per manus Iohannis scriptoris disciplui d. Gregorii primarii. Actum per Gregorium primarium huius civ. Neapolis. Signum manus Theodonande et eius congregatione monacharum. Testes: ΑΝΑ-CΤΑCΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΧΡΙCΤΟΦΟΡΙ i. e. *Anastasius filius d. Christofori*, ΘΕΟΡΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ i. e. *Theodorus filius d. Leoni*, et ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ i. e. *Iohannes filius d. Leoni*. — Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 49.

93. Die 6. m. februarii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. a. 49. sed et Romano m. i. eius filio a. 12. Orta questione inter Petrum filium d. Cesarii et nonnullos alios ex una parte, et d. Sergium abbatem S. Sebastiani ex altera super curtaneo? posito vero in loco qui Melana (*Meiana*) appellatur, territorii plagiensis, et de piscina, que ibidem est; coherente sibi ab uno latere a parte orientis curtaneus cuiusdam Gregorii Cinnami et terra ipsius monasterii, et ex alio latere parte occidentis similiter terra dicti monasterii, de uno capite parte meridiana rivus supradicti monasterii, de alio capite parte septentrionis via publica. Et tandem diffinitum est pro dicto monasterio quod prefatus Petrus et alii cum eo nullo unquam tempore dent molestiam eidem monasterio super dicto curtaneo et pischina; excepto ibidem et reservato prefato Petro et aliis cum eo aliquanto secus eandem viam publicam, sicuti per quatuor terminos illud exinde exgregaverat prefatum monasterium, quod est ad mensuram a parte orientis passi quinque et pes unus et a parte occidentis passus sex et a parte septentrionis iuxta eandem viam passi quinque et pedes tres et medius, et a meridiana passus quatuor et pede unu et mezo. Et est signatum tali signo CCCCLXXXXVI.— *Summarium cit.* f. 215. (957)

94. Die 8. m. februarii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 49, sed et Romano m. i. eius filio an. 12. Iohannes filius q. d. Theodorii vendit et tradit Marie, cui supernomen Bisantina, filie q. Iohannis monachi et coniugi q. Stefani, sex uncias de terra, que nominatur mascarella, posita in Licinianam; unde nihil *etc.* que nominate sexuncie indivise reiacent cum aliis sexunciis de Gregorio nepoti suo, que et insimul coheret ab uno latere et de uno capite cum terra memorati genitoris eiusdem Marie, et de alio latere et de alio capite cum terra heredum q. d. Iohannis Castaldi. Ita ut a presenti die *etc.* Insuper omni tempore *etc.* antestare et defensare promittit pro eo quod acceperat auri tare unum, poena vero in auri sol. 6. byth. Scriptum per manus Anastasii scriptoris discipuli d. Gregorii curialis et scriniarii. Actum per Gregorium curialem et scriniarium. Signum manus nominato Iohanne. Testes: Petrus curialis, Aligernus filius d. Iohannis, et Stephanus curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1093). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 50. (957)

95. Die 8 m. februarii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 49, sed et Romano m. i. eius filio an. 12. Bonitus filius q. Maurici, qui fuit habitator in Pa- (957)

riti et modo habitare videtur in Miana, et q. Maru iugalium personarum, una cum consensu Maru coniugis sue, vendit et tradit Iohanni et Marie iugalibus seu Iudecauro et Fimia iugalibus, hoc est germanis seu cognatis, filiis seu nuruas Petri Manci de memorato loco Miana, petiam de terra, que nominatur campus de mianam, una cum omnibus *etc.* et coheret sibi ab uno latere terra Andree filii Ursi de lopa, quam comparatam habuit da Cesario Marfello, et ab alio latere terra dicti Petri, qui nominatur Manco, et ab uno capite est terra Aligerni exadelfi germani eiusdem Boniti et ab alio capite est campum, qui nominatur pratum S. Neapolitane ecclesie, sicuti inter se sepis exfinat. Unde nihil *etc.* set a presenti die *etc.* Insuper et ab omni omine *etc.* antestare et defensare debeat; propter quod accepit exinde auri tari quimque, quos ipse dedit pro anima genitricis sue per manum d. Stauracii presbiteri et pena in auri sol. 12. byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Boniti cum consensu Maru. Testes: Ursus filius d. Petri, Stephanus filius d. Iohannis, et Iohannes filius d. Marini. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 965).—Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II. p. 52.

(957) **96.** Die 12. m. februarii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 49, sed et . . . . . (*Romano*) m. i. eius filio an. 12. Iohannes, humilis presbiter, filius q. Ubandelperti vicedomini, quamque Drosu h. f. filia q. d. Basilii monachi cum voluntate presentis d. Iohannis, cui supernomen Fasana, viri sui; nec non Stephanus et Iohannes, germani filii q. d. Leonis, et idem Iohannes, filius q. idem d. Leonis cum voluntate nominati genitoris sui et cum voluntate Marie h. f. cui supranomen Sillicte, coniugis sue; seu Eupraxia, cui supranomen Gemma, et Iohannes, filii d. Gregorii, et ipsa Eupraxia cum consensu d. Gregorii viri sui, itemque Leo, Gregorius et Theodonanda h. f. filii q. d. Iohannis monachi, et ipse Leo cum voluntate Gemme h. f. coniugis sue, et Theodonanda h. f. cum voluntate presentis d. Iohannis, cui super nomen Pictuli, viri sui; hoc est parentes et consortes seu dominii ecclesie vocabulo S. Iohannis evangeliste, site vero in vico, qui vocatur treafata, qui et carrarium dicitur, regione porta S. Ianuarii, et etiam ipse Leo filius d. Ioannis monachi, dominus ecclesie sue proprie vocabulo b. Agnetis, que sita esse videtur intus domum d. Leoni, a presenti die omnes vendunt et tradunt d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* integram unam terram; que vocatur ad fine, iuris dictarum ecclesiarum, una cum olibeto et fructoras qui ibidem sunt et cum scapula seu planum de ribo fine aqua ex ipso ribo, quod est in uno tenientia; coherente sibi inter adfines ab uno latere parte orientis terre et scapula iuris nominati monasterii, et ex alio latere parte occidentis terra heredum d. Marini, qui nominatur. . . . . , de uno capite parte septentrionis via, que vadit inter ipsam et inter terram d. Stephani, filii d. Iohanni Kata domini ypatiae, et de alio capite fine aqua ex ipso ribo. De qua nihil *etc.* ita ut a nunc *etc.* et neque ab ipsis *etc.* Insuper promittunt illam terram antestare et defensare, sed pro ipsa scapula et pro ipso plano de intus eodem ribo nullo modo provocentur ad antestandum; nominatus vero Leo et heredes sui antestent partes duas et omnes alii partes tres; pro eo quod acceperunt auri sol. 22 byth. in cantum; de quibus ipse Leo pro

ecclesia S. Agnetis tulit partes dùas, et omnes alii pro vice ecclesie S. Iohannis partes tres; pena vero in aùri libra 1. byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus nominate Drose. Signum manus nominati Iohanni. Signum manus nominati Iohanni cum voluntate Sillicte coniugis sue. Signum manus nominate Eupraxie, et Iohannis germanis. Signum manus nominate Gemme. Signum manus nominate Theodonande. Subscribunt: Iohannes presbiter, Leones duo, Gregorius et Stephanus. Testes: Leo filius d. Iohannis, Gregorius filius d. Marini et Gregorius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 890). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 54.

97. Die 15. m. februarii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 49, sed et Romano m. i. eius filio an. 12. Leo presbiter, filius q. Liuperti, havitator in loco, qui vocatur Ferrunianum pictulum, territorio Liguriano, promittit d. Theodonande umili abbatisse monasterii b. Archangeli, qui dicitur ad Baiane, propter integrum fundum memorati monasterii, qui nominatur de Liupertum, posito in nominato loco et pertinente ad nominato monasterio a partibus militie et a partibus Langobardorum, una cum sex petias de terra in ipso loco constitutas, ex ipso fundo pertinentes, cum arvoribus et cum portione, quantum ibi pertinet, de puteum communale et cum dua intersica earum, que insimul ei per per chartulam dederat at responsaticum. In eo enim tenore ut in sua sint potestate tenendum *etc.* et laborandum vel ad lavorandum tribuendum; tantummodo ipse Leo et heredes sui eidem abbatisse et posteris suis omni annuo dare et persolvere debeat per augusto mense idest triticum modia 10 bonum, *etc.* tractum ante regie nominati monasterii gratis, mensuratum at modium iustum de commedendum, et adducere etiam pullum unum; sed quando ipse Leo adduxerit nominatum responsaticum ipsa abbatissa manducare et bibere ei dare debeat, et cum bibere casum aut pisces, ut iustum fuerit; et nec ipse illud abrenuntiare, nec abbatissa tollere presummet. Insuper omni tempore *etc.* memoratum monasterium illud in omnibus a partibus militie et Langubardorum, et ab omni omine antestare debeat in perpetuum, sicut et quomodo chartula continet; etiam stetit ut, si monasterium antestare non potuerit tres petias de nominatis terris ex ipso fundo, quarum una vocatur silba de campu memorie, secunda at tribeum cum intersico suo, tertia campum ad sorbum, tunc ipse Leo persolvere debebit tantum modia 8 tritici et ipsum pullum. Verumtamen si quovis tempore memoratum monasterium plus terras vincere potuerit ex ipso fundo pertinentes, tunc illas dare debeat nominato Leoni et heredibus suis in eodem tenore, et ipsi per ratiocineas plus responsaticum superiungere debeant; poena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Petrum curialem. Subscribit Leo presbiter. Testes: Marinus filius d. Cesarii monachi, Petrus filius d. Stephani curialis, et Marinus filius d. Iohannis monachi. Sabatini, *Op. cit.* V. 30. Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 57. (957)

98. Die 22 m. magii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 49, sed et Romano m. i. eius filio an. 12. Stephanus, filius q. d. Iohannis, commutat. et tradit d. Marie h. f. nepoti sue, filie q. d. Anatolii et coniugi presentis d. Marini integram unam terram, que vocatur pastoranum positam in loco, qui vocatur Casali Cuniana, que (957)

eum exinde in portionem tetigit da q. d. Anna germana sua per chartulam notitie, una cum omnibus *etc.* et coheret sibi ab uno capite via publica, que pergit at Casacellere, et da duobus lateribus terra heredum Petri Surdi, et ab alio capite est terra Marie, que sibi pertinuit per memoratam d. Annam genitricem suam, et ea in portione tetigit ad ipsum Stephanum; unde nihil *etc.* set a presenti *etc.* Insuper promittit desuper se exinde tollere Anastasium germanum suum et d. Gregoriam monacham germanam suam et heredes illorum; propter quod ad vicem in commutatione accepit terram, que nominatur viniole, positam in Casali Cuniana una cum omnibus *etc.* pertinentem eidem Marie a q. Anna genitrice eius, et ea in portione tetigit ad ipsum Stephanum, propter quod illam comparatam habuit memoratus d. Iohannes genitor suus, et coheret sibi ab uno latere et de uno capite via publica, et ab alio latere terra Stephani coloni et ab alio capite terra Sadoaldi Capuani. Insuper et accepit tertiam de alia terra, que nominatur campum at nucem, que in divisum reiacet cum aliis duabus partibus ipsius Stephani, et coheret sibi ab uno latere terra Mundi Mannarini, et ab alio latere terra heredum d. Cristofori thii eiusdem Stephani, et ab uno capite coheret fossatus, qui exfinat inter eum et terram de illum Cardillum, et ab alio capite coheret via publica; hoc est cultum et non cultum; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus nominati Stephani. Testes: Basilius filius d. Petri, Leo filius d. Iohannis et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1218). Pergam. dei monast. soppressi, t. II; R. N. A. M. t. II, p. 59.

(957) **99.** Die 24 m. augusti ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. . . . . (*Constantino m. i.*) an. 49, sed et. . . . . (*Romano m. i. ejus filio*) an. 12. Gregorius Surrentinus filius q. Iohannis . . . . . vendit et tradit d. Stephano filio q. d. Leonis et d. Pitru h. f. iugalium integras sex uncias de inferiora et superiora *domus* una super alia constituta; posita vero intus hanc civitatem Neapolis in vico, qui nominatur Virginum, cum aheribus et aspectibus suis, simul cum introitu suo a parte de memorato bico publico, pertinente sibi a q. d. Iohanne monacho, dudum domino suo; unde nihil *etc.* que vero coheret sibi a parte horientis memoratus bicus publicus, unde ibidem introitum habere . . . . . *et* portas aperire debeat et . . . . coheret domus Leonis de pacificum et a parte occidentis . . . . memoratis iugales et a parte septentrionis coherent alie sex uncie de q. Bono de loco, qui nominatur Luscanum, quod est in longum divisa et est ad equale mensura; unde nihil *etc.* set a presenti *etc.* Insuper et ab omni omine *etc.* antestare et defensare debeant, propter quod acceperant exinde auri solidos 8 bytianteos. Verumtamen ipsi iugales licentiam habeant gradas facere et portas aperire versus memoratum vicum, quales ipsis placuerit; pena vero in auri sol. 12. byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Gregorii, et nominate Oranie, iugales. Testes: Leo filius d. Iohannis, Leo filius d. Anastasii, et Bitalianus filius d. Mastali. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1314). Pergam. dei monast. soppressi, t. II; R. N. A. M. t. II, p. 61.

(957) **100.** Die 19 m. decembris ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 50,

Constantino et Romano (II) impp. a. 958.

sed et Romano m. i. eius filio an. 13. Theodorus cognomento Sassi, archiprimicerius una cum cuncta istaurita S. Georgii catholice maioris, quod est ecclesie severiane, commutat cum d. Petro ven. presbitero et primicerio insimul et cuncta congregatione salutifere ecclesie sexte ferie *ipsius* nostre et ecclesie severiane terram et vineam, positas in loco, qui nominatur Cambrane per hos fines designatas, de uno latere est terra monasterii S. Sebastiani; de uno capite est terra d. Iohannis de dicto Stephano, de alio latere est terra de memorata congregatione, ex alio capite est lavinarium, et accipit a memorato Petro castanetum positum in memorato loco Cambrane, qui Petrus ei superiunxit auri tarenos 12. Rogatum per manus Iohannis discipuli Sergii? d. Anastasii notarii, in quo subscribitur idem Theodorus archiprimicerius. Testes Stephanus et Iohannes, hic literis grecis subscribuntur. Ego Iohannes filius d. Andree, Petrus filius d. Stephani curialis, Marinus filius d. Anatholii.—Ex Scripturis S. Georgii maioris a TUTINI *summatis et apud bibl. Brancacianam adservatis in opere* (II, E, 31), *cui titulus*: Variorum I. f. 46.

101. Die 10 m. ianuarii ind. I Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 50, (958) sed et Romano m. i. eius filius an. . . . (*13*). Maria filia q. Petri Manci de loco, qui nominatur Miana, una cum consensu Iaquinti viri sui et Maru germane sue, et ipsa Maru cum consensu Ursi viri sui, similiter habitantes de loco Miana, vendunt et tradunt Aligerno Sassonario et Drosu iugalibus integras partes duas de integra una terra sita in campu, qui vocatur de Miana, una cum omnibus *etc.* et coheret sibi a parte occidentis alia una tertia ex ipsa terra que tetigit Iohanni et Iudecaro germanis dicte Marie et a parte orientis est terra monasterii Nicandri et Marciani puellarum Dei, et a parte meridiana est terra heredum Gregorii Pappapulicinum, et a parte septentrionis est terra Aligerni filii q. Boniti de nominato loco, unde nihil *etc.* et neque ab ipsis *etc.* Insuper et ab omni omine *etc.* antestare et defensare debeat; propter quod accepit auri solidum unum bytiantium et auri tare unum; pena in auri sol. 12. byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus nominate Marie cum consensu Iaquinti viri sui et Maru germane sue, et ipsa Maru cum voluntate Ursi viri sui. Testes: Iohannes filius d. Sergii, Gregorius filius d. Stephani, et Stephanus filius d. Iohannis.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1046). Pergam. dei monast. soppressi t. I; R. N. A. M. t. II, p. 63.

102. Die 23 m. martii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 50, (958) sed et Romano m. i. eius filio an. 13. Gari exerchitalis langobardorum, filius q. Teudi exerchitali langobardorum, et Stephanus monachus, filius q. d. Leonis monachi cum Domini ausilio et per colloquia bonorum hominum conveniunt et dividunt inter se fundora et terras de loco qui nominatur at Mulianum, unde medietate pertinebat exinde nominatum Gari pro partibus ipsius langobardorum, et alia medietate nominato d. Stephano pro partibus militie Neapolitanorum pro vice q. d. Campuli soceri sui. Et sunt nominative ipsas terras vid. 1. petia, que nominatur at bespulum at S. Archangelum, que abet fines ab uno latere terra cellerari Capuani . . . . et ab alio latere terra Lupi militis et de uno capite terra . . . . ab alio capite via publica, que vadit per coste de

Constantino et Romano (II) impp. a. 958.

fundum S. Archangeli; 2. petia de terra, que nominatur cera maiore et abet ab uno latere terra de hominibus de Fulinianum, et de alio latere terra que nominatur muscum, quam tenet Leo de tribuno Iohanne et illi de Aniscone, et de uno capite campu qui nominatur cubulanum, sicuti inter se via exfinat, et ab alio capite terra de hominibus de Casapisinna; 3. campus qui nominatur casa alba iuxta horta de liberi et de uno latere via a . . . . et de alio latere terra cellerarii et terra Iohannis de Cesarium, ab uno capite terra Atroaldum et ab alio capite ipsa horta de liberi, sicuti inter se via exfinat; 4. campum qui nominatur campu maiore iuxta pontianum, abente ab uno latere terra de fundora de Pontianum, et ab alio latere terra Lupi militis et ab uno capite terra hominibus de Pontianum et ab alio capite via publica; 5. campum qui nominatur casalauri abente de uno latere terra hominibus de Pontianum et ab alio latere terra Iohannis de Cesarium et ab alio capite terra memorati Lupi militi; 6. campu qui nominatur marinaci subtus fundum S. Iuliani habente ab uno latere terra hominibus de Pontianum et ab alio latere terras de ipso loco Amulianum et de uno capite terra ipsius S. Iuliani et de alio capite terra *de* hominibus de Pontianum; 7. campum qui nominatur at casale abente ab uno latere terra S. Iuliani et ab alio latere terra Vesi Pergulfi et de uno capite terra Lupi militis et ab alio capite campum qui nominatur at olibas, sicuti inter se fossatus exfinat; 8. campum qui nominatur seberanum abente ab uno latere terra S. Bincentii et ab alio latere terra S. Neapolitane ecclesie et ab uno capite via publica et ab alio capite campora de butrunianum; et omnes memorati campi pertinent de memorato fundo de Amulianum et debeant ipsos dividere inter eos in secundam partem per equaliter, ipse Stephanus medietatem pro partibus militie, et ipse Gari medietatem pro partibus langubardorum. Verumtamen stetit inter eos ut de quantas terras de ipso loco Amulianum nominatus Gari venditas habet, alium tantum et tale ipse Stephanus lebare debeat at vicem de ipsis camporis; pena in auri libra 1. byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus nominati Gari. Testes: Stephanus filius d. Theodosii tribuni, Iohannes filius d. Sergii et Iohannes filius d. Leoni. — Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 65.

(958) **103**. Die 20 m. aprilis, ind. I Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. a. 50, sed et Romano eius filio m. i. a. 13. Ursus filius q. d. Allegretti vendidit Romano nepoti suo, filio q. d. Basili, integram portionem suam de integris duabus petiis de terra suis, una ponitur ad forma rupta, que fuit d. Ursi avi sui, alia nominatur ad ille forme, que fuit d. Anne avie sue. Item vendidit et tradidit eidem Romano sex uncias portionis Sergii germani sui, et de supradictis duabus petiis de terra insimul posita ad Cavam, ad Sarmagaudium una cum arboribus fructiferis vel infructiferis, simul cum introitu suo et omnibus sibi pertinentibus, que insimul indivisa reiacent cum reliquis portionibus ipsius emptoris. Que quidem terra sita ad forma rupta hos habet fines, ab uno latere et uno capite est via publica, de alio latere est terra Anne coniugis d. Gregorii de Adtulario de terra Stephani Calbasi et ex alio capite terra heredum q. d. Theofilacii Mellosi. Alia

terra, que dicitur a le forme hos habet fines, de uno latere est rivus, de alio latere est de uno capite est terra Petri Guarauli, et ex alio capite terra hominum de Cava. Et est signatum tali signo DCVII. *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 219.

104. Die 5 m. ianuarii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 51, sed et Romano m. i. eius filio an. . . . (*14*) . . . . filius q. d. Campuli, et Sergius cui supranomen Pitulo, filius q. d. Iohannis, et alii eius germani promittunt Sabatino filio q. Petri, habitatori in loco, qui nominatur Giniolo ad S. Iohannem a Tuducculum propter campum de terra datum eis ad laborandum, et coheret ab uno latere Risina, de alio latere est ribum de Risina; propterea obligant se dividere fructus, sic etiam et vinum; verum si tempestas fuerit maris ita ut medietas vini capere non possit, teneantur dicti debitores tenere dictum vinum in organeis eorum usque quo faciat bonaccia, et pena contraventionis statuta est ad auri solidos 30 byzanteos. Actum per Petrum curialem. *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 47. (959)

105. Die 5 m. martii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 51, sed et Romano m. i. eius filio an. 14. Combenit itaque cum Domini auxilio et parentali ordine, et ecce in presenti Anna h. f. filia q. d. Gregorii et q. d. Marie iugalium, relicta q. d. Anastasii, et d. Stephanus uterinus germanus eius per hanc chartulam firmant inter se divisionem de omni eorum hereditate, quam iam divisam abent; de qua tetigit dicto Stephano integer fundus ad Malitum iuxta fundum d. Iohannis Mauromundo et alius fundus pictulus ibi ipsum ad Malitum; qui est iuxta fundum heredum q. d. Sergii. . . . . Kata domini Pitru. Iterum tetigit integra terra, que vocatur martianum et terra que vocatur ad silba maiore, simulque et sex uncie de terra, que vocatur leporanum, hoc est a parte terre heredum nominati d. Sergi Kata domini pitru, in longum divise ad equale mensura; simulque tetigit et integra terra, que vocatur macculanum, excepto quantum si exinde tollere potuerint heredes d. Stephani prefecti thii eorum. Iterum tetigit et integra terra, que vocatur pratu, posita iuxta S. Sossium, et due petie de terra, que nominantur calbum, posite at canniti, et integra petia de terra, que vocatur mascanellu, posita in Pischinule, et quantum habebant in Foris gripta et sex uncie de terra, que vocatur at fractula, hoc est a parte meridiana iuxta viam, unde alie sex uncie ex ea, que est a parte septentrionis, tetigerunt ipsam Annam, et est in longum divisum omni tempore ad equalem mensuram, iterum et terra, que vocatur cesula, super ipsa via ibi ipsum ad fractula. Insuper tetigit portio campi, qui ponitur ad Munianum, hoc est a parte septentrionis iuxta terram ecclesie S. Marie, que nominatur at tribeum et de aliis hominibus; unde reliqua alia portio a parte meridiana iuxta sanguinitum tetigit in portione eiusdem Anne, quomodo inter se exfinat corrigia de illi de Agathoni, et quomodo inter se termines exfinat. Iterum integra terra que vocatur cesa, et integer fundus qui est post casa de illa pischina, quomodo inter nominatum fundum et terram, que nominatam Annam tetigit, que vocatur iterum post casa, fossatus exfinat; pischine vero in dictis locis Malitu, Pischinule et Munianum et alie pischine de nominato loco Munianum, ubi portionem habebant cum aliis consortibus eorum, reman- (959)

serunt communes inter eos eorumque heredes. Insuper definiunt quod de omni substantia genitorum suorum unusquisque suam habuit portionem et nihil aliud remansit in commune et indivisum inter eos, unde querere possent de omnem dictum et non dictum, factum et non factum, memoratum et non memoratum, cognitum et incognitum, presentem et absente, et nihil inter eos remansit, nisi sola gratia et caritatem, excepto heredes q. Trasarii commenditi eorum de loco qui vocatur Locopuli, et quantum habebant in Maranu, in Arininu, in Romani, et in Gallum, aut si quod conquirere forte potuerint in aliis locis, que omnia inter eos dividere debebunt per medietatem, poena in auri sol. 60 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus nominate Anne. Et hoc memorati sunt ut chartula exfalia, quam inter eos fecerant, esset firma et stabilis, et tetigit hic et fundus qui est caput de nominato campu de Munianum, ubi residet Bonitulo. Testes: σεργησυσ φιουσ δν τεοφιλακτη, i. e. *Sergius filius d. Theophilacti*, CΕΡΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΤΕΦΑΝΙ, i. e. *Sergius filius d. Stephani* et Iohannes scriptor. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 394). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 68).

(959) **106**. Die 17 m. magii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 51, sed et Romano m. i. eius filio an. 14. Disponere itaque visus fuit q. Petrus, filius q. Gregorii, qui cognominabatur Papa, per firmissimum dispositum suum quatenus post eius ovitum Stephanus filius q. d. Iohannis prefecti, et Iohannes filius q. d. Gregorii prefecti de sua hereditate seu substantia dare deberent solidos 4 de tari ana 4 per solidum pro anima sua et si nominata . . . . . . re licentiam et potestatem haberent de substantia eiusdem apprehendere et venundare tantos, unde ipsos solidos tollere valerent, et distribuerent illos pro eius anima. Et quia nominata coniux eius minime baluit illos dare, nunc nominati distributores una cum voluntate nominate Pitru h. f. coniugis eiusdem vendunt et tradunt d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* portionem nominati Petri, idest tres uncias et medietatem de portione Anastasii q. germani sui, que est uncia una semis, insimul de. . . . . posita in loco, qui vocatur Nonnaria, territorio plagiense, que vere nominate uncie quatuor et media indivisa reiacent cum reliqua una uncia semis, quam detinet Maria h. f. relicta nominati Anastasii, et cum tribus unciis, quas ipse igumenus emptas habet firmissima chartula comparationis a q. Gregorio et Petro germanis exadelfis eiusdem Petri, et cum aliis tribus unciis q. Iohannis et Gregorie germanis nominati Gregorii et Petri. Coherente sivi insimul nominata terra hab uno latere et de uno capite terra nominati monasterii, et ex alio latere et de alio capite terra heredum q. d. Pictuli cognominatus mischinum, sicuti inter se termines finiuntur. De qua nihil *etc.* et ha nunc et deinceps *etc.* et neque a nominatis distributoribus *etc.* in perpetuis temporibus; pro eo quod impresenti acceperunt exinde auri tari sex, quos presens presenti distribuerunt pro anima nominati Petri, sicut ipse disposuit in omnem decisionem. Interea nominata Pitru promittit hostendere et monstrare ad relegendum, quandoque necessa fuerit, chartulam concessionis de hereditate seu substantia dicti Anastasii cognati sui, quam nomini suo et viri sui apprehensit, a q. d. Iohanne Domini gratia eminentissimus consul et dux; pena in auri sol. 12. byth. Scri-

ptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus nominati Iohanni distributore. Signum manus nominate Pitru. CTEΦANOYC COYB, i. e. *Stephanus subscripsit.* Testes: ANACTACIOYC ΦIΛIOYC ΔN KPICTOΦOPI, i. e. *Anastasius filius d. Christophori*, ΓPEΓOPIOYC ΦIΛIOYC ΔN ΓPEΓOPII, i. e. *Gregorius filius d. Gregorii*, et Iohannes filius d. Petri.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 373). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 71.

107. Die 21. m. iunii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i., an. 51, sed et Romano m. i. eius filio an. 14. Testamentum d. Marini filii q. d. Theodori et q. d. Drose iugalium, et primo mandat quod eius distributores vendant domum suam una cum ecclesia sua vocabulo S. Marie una cum rebus et domibus et omnibus sibi pertinentibus, et pretium detur pro anima sua et Theodore coniugis sue et Anne monialis filie sue et monasterio S. Sebastiani. Item legat Mande Sclave famule sue solidos duos. Item monasterio S. Marcellini quod supererit de vestibus suis, quas mandat vendi. Actum per manus Iohannis curialis.—*Notam. instrum. S. Marcellini*, p. 191. (959)

108. Die 16. m. augusti ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 51, sed et Romano m. i. eius filio an. 14. Maria h. f. filia q. d. Iohannis cum consensu d. Mastali, Anacli filii, viri sui, promittit d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi, propter quod ipse cum consensu cuncte congregationis monachorum dicti monasterii rendiderat dicte Marie dispositum, quod ipse Sergius habuit, quod fecit q. d. Anastasius primarius thius suus, ut omnem licerem et pertinentia eiusdem exinde in sua suorumque heredum sint potestatem quidquid exinde facere voluerit. Ideo et ipsa memorata Maria cum consensu viri sui dedit et tradidit dicto d. Sergio igumeno integram unam terram, que nominatur lamma maiore, positam in Pausilippo, que fuit de portione d. Marie, exadelfe sue, filie nominati d. Anastasii primarii, et ab ea tetigit ipsam Mariam filiam q. Iohannis per merisse divisionis, quam habet, et est coniuncta cum alia lamma pictula sua, quam in sua reservavit potestate, sicuti inter se egripus exfinat.; nec non unam tertiam de alia terra, que vocatur campertum, posita ibidem in Pausilippo, que fuit memorate Marie, filie nominati d. Anastasii, hoc est a parte de terra sua, que vocatur cupelle, sicuti sepis exfinat; unde reliquas duas partes ad equale mensura in sua reservavit potestate, et de uno latere ad ambe memorate sorti eiusdem et ad memorata tertia, que ipsi d. Sergio dedit, coheret portio sua que eam tetigit per merisse divisionis a memorata Maria exadelfa germana sua. Et a presenti die *etc.* et neque a se *etc.* Insuper ipsa Maria promittit memoratas terras antestare et si aliquis exinde viam habere voluerit ibidem, illud omni tempore ipse igumenus contendere debeat, ita ut ipsa Maria et heredes eius de ipsa via indemnes maneat, excepto si de memoratis terris quid perdiderit sine eiusdem monasterii colludio, tunc clarafacta veritate, ipsa Maria et heredes eius alium tantum at mensura per passi de terra sua dare debeant, et pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Gregorium curialem et scriniarium. Signum manus memorate Marie, et oc ipsa Maria memorata est quia dictus igumenus de propria causa sua superiunxit solidos 5 bytianteos in (959)

cantum. Testes: Stephanus filius d. Leoni, Gregorius filius d. Iohannis, et *alius* Gregorius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1262). Pergam. dei monast. soppressi. t. II; R. N. A. M. t. II, p. 74.

(959) **109.** Die 28 m. nobembrii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 52, sed et Romano m. i. eius filio an. 15. Eupraxia h. f. filia q. d. Gregorii cum consensu d. Iohannis viri sui vendit et tradit d. Andree, presbitero custodi ecclesie S. Castrensis de Maranu et mari presenti unam integram portionem suam de fundo posito in Anglata, quantum sibi obbenit per chartulam de Rotunda et Gregorio viro suo, una cum introitu suo et omnibus *etc.* et coheret sibi ab uno latere parte meridiei ribus, et de alio latere parte septentrionis via publica et extenditur ibidem de latitudine passi tres et de longitudine quantum est, et de uno capite parte orientis coheret portio ex ipso fundo que est de germanis suis, et de alio capite fundus Iohannis Caputi; unde nihil *etc.* set ab odierna die *etc.* et neque ab ipsa Eupraxia *etc.* Insuper omni tempore antestare debeat *etc.* propter quod accepit auri sol. 4 byt. Verumtamen stetit inter eos, ut quando ipsa Eupraxia et heredes sui ad antestandum venerint Andreas et heredes eius dare debeant chartulam, quam fecit Rotunda et Gregorio membranis scriptam at finem faciendum; pena in auri sol. 10 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorate Eupraxie. Testes: ΜΑΡΙΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ, i. e. *Marinus filius d. Petri*, Gregorius curialis, et Petrus filius d. Basilii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 341). Pergam. dei monast. soppressi. t. II; R. N. A. M. t. II, p. 76.

(960) **110.** Die 5 m. februarii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. an. 52, sed et Romano m. i. eius filio an. 15. Stephanus, cui super nomen Mannocci, filius q. Mauri de loco, qui vocatur Pumilianum, massa Atellana, promittit d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi, qui nunc *etc.* propter integrum fundum constitutum in eodem loco Pumiliani una cum 12 petiis de terra ex eo pertinentibus que vocantur, scil. tres in campo de muro, 4.ª in orbeta, 5.ª cesanoba, 6.ª ad silva de campum, 7.ª ad lamma de miana, 8.ª ad badum de miana, tres alie in Biccianum et 12.ª in campum domnicum at illum sorbu una cum introitas eorum omnibusque eis pertinentibus; quos sibi suisque heredibus dedit at lavorandum at detinendum. In eo enim tenore ut ipse et heredes sui dictum fundum cum memoratis tribus terris in campo de muro, et terra in campu domnicum bene et diligenter lavorare et exscolere et ad meliorem cultum perducere debeat in omnibus cum vobes suos, et conciaturia seu operarios et supta vel omnia expensa, caucuminas et vites ibidem plantare quantas sufficerint et de propria semente seminare, omnia et in omnibus quidquid ibi necessum fuerit peragere debeat; et quodcumque in memorato fundo et in memoratis 12 terris sibi suisque heredibus dominus Deus dederit in quolibet seminatu et in ipsum arbustu, qui in memoratis 4 terris fecerit, super se illud recolligere debeat ha nunc et donec ibi vinum mustum mundum ornas 10 fecerit, et nullam partem ipse igumenus et posteri eius exinde non querant. Tantummodo ipse Stephanus et heredes eius omni annuo dare terraticum

debeant tritici boni et sicci modios 13 ad modium iustum de commedendum, quousque vini ornas 10 ibi non fecerit; postea vero omnia que ibidem Deus dederit dividere debeant per medietatem, excepto de mileo et fasiolis, de quibus perficiatur sicut faciunt ceteri homines de memorato loco cum portionariis suis, et a tunc sementes et mercedes operariis at metere et triturare, quamque at vindemiare de communiter omni annuo ambo dare et pargiare debeant, excepto una persona de ipsis colonis, que non exinde ipse Stephanus pargiet; et a tunc de portione monasterii ex ipsum vinum omni annuo nominatus Stephanus memorato igumeno posterisque eius exinde trahere debeat tractoria una carraricia gratis intus monasterium, reliquum autem vinum ex portione sua igumenus ipse trahere, et ipse Stephanus conservare in organea sua dies 4 debeant. Insuper ipse Stephanus promittit a tunc omni anno ex ipsa portione monasterii omnem victum trahere gratis intus ipsum monasterium et a tunc, quandoque tempore ibidem ad recolgendum venerint, enutrire debeat duas personas ut iustum fuerit. De aliis octo terris stetit ut a tunc ipse Stephanus et eius heredes omni anno eas frugiare debeant et tantummodo exinde terraticum dare quantum ex ipsis 12 modiis exinde per ratiocineas dandi tetigerit. Versa vice igumenus nullatenus presummet tollere dictum fundum dicto Stephano et eius heredibus bene laborantibus et adimplentibus omnia memorata; pena in auri sol. 20 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Stephani. Testes: Cesarius filius d. Iohannis, Gregorius filius d. Iohannis et Iohannes filius d. Cesarii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 484). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 78.

111. Die 16 m. martii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito (960) m. i. an. 52, sed et Romano m. i. eius filio an. 15. Maria, cui supranomen Gemma, filia q. . . . d. Gregorie iugalium personarum una cum voluntate presentis Gregorii Isabri viri sui disposuit de omni sua hereditate seu substantia; et *primum* omnium disponit ut det memoratus vir suus, pro anima sua . . . . per manus igumeni qui tunc . . . . . in monasterio Ss. Theodori et Sebastiani, ... Iohanni Erarii exadelfi germani sui, ut distribuant in hoc ordine, in primis . . . . . . presbiteris et monachis singulos tari, et ipse igumenus habeat sibi tt. 3; ad Cyra Pitru tare unum, ad . . . . germana sua tare unum, ad Leontu tare unum; ad Sparanum compatri suo tare unum, in chartula ecclesie S. Nicolaus tare unum; in illo sabanum tare unum; et nunc confitetur se, quia manibus suis dederat pro anima sua auri tari 14. Reliquam vero hereditatem seu substantiam suam et memorati viri sui, que modo habebat intus et foris omnibusque eis pertinentibus sit de memorato viro suo et de q. Anna filia eorum, ut divident sibi illud per sex uncias; ea conditione ut si obierint sine herede vel absque disposito memorate sex uncie revertantur et sint offerte in memorato monasterio Ss. Theodori et Sebastiani. Insuper disponit quod stagnatum suum sit de memorata filia sua super partem, si ille clero non venerit in obsequia sua, si vero venerit, tunc ipse igumenus et memoratus Iohannes herarius, distributores sui, venumdent memoratum stagnatum et pargientur ipsum

Constantino et Romano (II) impp. a. 960.

clerum. Habeat sancta Neapolitana ecclesia pro luminaria absque iniuria tremisse unum Neapolitanum, pena in auri libra 1 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorate Mariae. Testes: ΓΡΕΓΟΡΙΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΜΑΥΡΟΝΙ ΚΟΜ, i. e. *Gregorius filius d. Mauroni comitis*, ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΠΕΤΡΙ, i. e. *Iohannes filius d. Petri*, et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 539). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 81.

(960) **112.** Die 4 m. aprilis ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 52, sed et Romano m. i. eius filio an. 15. Gregorius et Petrus germani, filii q. Veneri de loco, qui vocatur Casaferrea, territorio padulano, promittunt d. Gregorio umili presbitero, custodi ecclesie S. Eufimi, bene et diligenter laborare duas petias de terra iuris dicte ecclesie, que vocantur nuce de turandum, positas in dicto loco cum arvoribus et introitu suo omnibusque eis pertinentibus; que coherent sibi una ex dictis terris de uno latere terra d. Iohanni Armagaudium et de alio latere terra de illi Acciapaccia, et de ambos capites via publica; et memorata alia terra habet fines de amvos latere terra d. Iohannis Armagaudium et de uno capite terra de illi Voffta et ex alio capite terra de illi Demastalum, quas ipse Gregorius presbiter dictis germanis dederat in colligio at laborandum et detinendum. In eo tenore ut ipsi et heredes eorum debeant apto tempore illas excolere et plantare subtus et super *etc.* et quodcumque dominus Deus dederit in quobis seminatum illud ad area dividere debeant in hoc ordine, ut ipsi germani exinde tollere debeant partes tres, et memoratus Gregorius presbiter modium unum tractum usque ante regiam eiusdem ecclesie; quodcumque vero ibidem Deus dederit de superius per sex uncias inter eos dividere et quomodo et qualiter ipsi germani potuerint trahere debeant, sed illum serbare debeant in organeis eorum usque in dies octo et operarios de ipsa portio eorum pargiare debeant. Insuper, si oportuerit ipsum Gregorium dare eis germanis ipsum picciolum, quale iustum fuerit, ad saccapanna faciendum, tunc operarii, qui vindemiaverint, pargiati erunt ex medietate ipsis germanis pertinente, secus in comune satisfacti erunt, et personam, que ad recolligendum missa fuerit, et caballum ipsi nutrire debeant ut iustum fuerit; et nullo modo ipse presbiter presumet ipsas terras memoratis germanis bene laborantibus et omnia adimplentibus tollere; pena in auri sol. 12 byt. Scriptum et actum per Petrum curialem. Testes: ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΑΝΑϹΤΑϹΙΙ i. e. *Petrus filius d. Anastasii*, ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ i. e. *Petrus filius d. Iohannis*, et ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ϹΕΡΓΙΙ ΜΟΝ i. e. *Ioannes filius d. Sergii monachi.*—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 566). Pergam. dei monast. soppressi t. II, R. N. A. M. t. II, p. 83.

(960) **113.** Die 1. m. iunii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 52, sed et Romano m. i. eius filio an. 15. Leo presbiter, filius q. Petri qui nominatur Carangi, custos ecclesie S. Petri Xpi apostoli posita at Paternum, promittit d. Pitru h. f. filie q. d. Stephani monachi propter quod eum pro sua portione in dicta ecclesia *custodem* ordinaverat, una cum integra portione de omnibus rebus ipsius portionis sue ex ipsa ec-

clesia pertinentes, habitare et residere et facere ibidem omne officium sacerdotale die noctuque et in ipsa ecclesia edificare sicut ipsa chartula sua continet, quam ipsa Pitru cum aliis dominiis ipsius ecclesie sibi fecerat; idque et inde repromittit ut totius vite sue adducere debeat in omni anno pro nativitate Domini et pro sanctum pasce oblatas parium unum et ciri unum; pena in auri sol. 12 byt. Scriptum et actum per Iohannem tabularium curie civitatis Neap. Testes: Leo filius d. Iohannis, Iohannes filius d. Sergii, et Iohannes filius d. Petri.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 621). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 25.

114. Die 26 m. augusti ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Constantino porfirogenito m. i. (960)
an. 52, sed et Romano m. i. eius filio an. 15. Horta intentione inter Aligernum filium q. d. Atalarici et d. Sergium ven. igumenum monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* propter viam, quam ipse igumenus querebat habere ad casalem monasterii, qui vocatur Lauritum, positum in Putheolim, per duas corrigias de terra eiusdem Aligerni et per terram de ceteris hominibus et per cabam, que detinet capite in fundum monasterii et hab uno latere parte horientis est terra eiusdem Aligerni et terra monasterii, de alio latere parte hoccidentis similiter et terra de hominibus inde ipsum de Putheolim, que vero memorata via est ad mensura de latitudine in omni loco pedes nobem ad manum virilem, et am ipse igumenus exegregavit a partes horientis et hoccidentis per terram, qui ex ipsis terminis sunt in una ex ipsis corrigiis eiusdem Aligerni termini sex, et in ipsa alia corrigia ipsius sunt termines duo. Et dicebat pars igumeni, quod ipse et antecessores eius et auctores ad predictum casalem habuissent memoratam viam, qualiter per dictos terminos et ipsam mensuram exegregaverant ecce per 40 annos; pars autem Aligerni ut asserebat ita non esset, sed per proprium monasterii viam habuissent. Et dum multum exinde inter eos intentio verteretur, perrexerunt ibi ambe partes cum nobilioribus hominibus et ipse Aligernus monstravit locum, unde monasterium ibi viam habuerat, et dum ipsi nobiliores homines vidissent ipsum locum pendulum dixerunt ut non baleret inde carro ascendere aut descendere, et iudicaverunt ut persona de uno monacho eiusdem monasterii preberet sacramentum ipsi Aligerno dicens, ut ipse igumenus quam antecessores et autores eius habuissent ad predictum casalem memoratam viam per 40 annos, ut superius dictum est, et ipse Aligernus poneret exinde securitatem, quod et factum est, et ipse Aligernus definivit exinde cum memorato igumeno in omnibus ut nullo tempore memoratum monasterium habeat de ipsa via quamcumque requisitionem aut molestiam, et insuper pro memorata via quantum per suum vadit omnibus consortibus suis et eorum heredibus desuper tollere promittit; pena statuta in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Aligerni. Testes: ΜΑΡΙΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΘΕΟΦΙΛΑΚΤΙ i. e. *Marinus filius d. Theophilacti*, ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ, i. e. *Gregorius filius d. Petri*, et ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΚΕCΑΡΙΙ i. e. *Gregorius filius d. Cesarii.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 346. Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 86.

Constantno et Romano (II) impp. a. 960.

115. Die 6 m. septembrii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 15, sed et Basilio m. i. eius filio an. 1. Adibere visus fuit q. d. Leo vir Anne, religiose femine, filie q. d. Iohanni monachi, Drosu, cui supra nomen Maria, dilecte nepoti eiusdem Anne, filie q. d. Leoni Kaietani cognati sui, coniugi presenti d. Maraldi langobardi idest auri sol. 21 byth. in cantum pro portione sua suprascripti d. Leoni de auri sol. 42 byth. quem q. dicta d. Maria avia suprascripte Drosu prestavit ad q. d. Eupraxia h. f. socera eiusdem Anne; pro quibus placuit atque combenit inter eas et a die presenti ipsa Anna dedit et tradidit eidem Drosu pro dictis 21 auri sol. byth. in cantum integram medietatem, que fuit suprascripti viri sui de terra posita ad S. Donatum ad felice, quam detinet Marinus de Iohanne de Curilianum una cum arboribus *etc.* et indivisa reiacet cum alia medietate que eidem dedit de Aligerno cognato eius. De qua nihil *etc.* et a nunc deinceps *etc.* et neque ab ipsa Anna *etc.* Insuper omni tempore antestare *etc.* promittit. Nominata vero terra coheret ab uno capite parte orientis cum terra S. Benedicti et habet ibi de latitudine passi 20, et de alio capite parte occidentis cum via publica ubi habet de latitudine de fravia passi 42, et de uno latere parte meridiana item cum via publica, ubi habet de longitudine passi 123 secus iam dictam viam , et quomodo volvit in gamma a parte septentrionis iuxta terram Maraldi et de consortibus suis et habet ibi passi 24, et abinde iterum volbit in parte horientis, et sunt passi 57 et ex alio latere parte septentrionis cum terra heredum q. d. Landepaldi, et habet de longitudine passi 180; insimul vero suprascripti passi sunt mensurati ad passum ferreum S. Neapolit. ecclesie; poena in auri sol. 50 byth. Scriptum per Iohannem scriptorem discipulum d. Gregorii primarii. Actum per Gregorium primarium. Testes: Iohannes filius d. Leoni, Sergius filius d. Ursi, et Iohannes medicus. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1042). Pergam. dei monast. soppressi t. II, R. N. A. M. t. II, p. 88.

(960) **116**. Die 20. m. octobrii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 16, sed et Basilius m. i. eius filio an. 1. Adelgisus langubardus, filius q. d. Lamberti langubardi benebentani definivit cum Stephano filio d. Leonis et Pitru h. f. filie d. Campuli, iugalibus, de intentione quam inter eos habuerant propter campora posita in loco, qui nominatur Amulianum, et vocantur 1. campus de caucuursum, 2. castanietum una cum . . . . . terula in uno coniuncta, 3. teborola, 4. pitrusum una cum ipsum fundum in uno coniunctum, 5. tebora, 6. kaballani; et insuper sex campora, qui sunt in uno coniuncta et vocantur 1. anellara una cum ipsa fundora coniuncta; 2. giniolo ; 3. magene; 4. ceradonati; 5. campus qui est iuxta ecclesiam dixtructam S. Ianuarii et alium campum qui ponitur ibi ipsum ad S. Ianuarium; 6. tursinianum; et 7. butriniamum. Hec autem memorata campora cum ipsa fundora, sicuti ex omni parte termines et signates exfinad insimul cum arvoribus et cum putea sua et pischinis et omnibus *etc.* quesiverat ipse Adelgisus adversus ipsum Stephanum dicendo: quia memorata fundora et memorata campora nostra propria sunt, et mihi pertinet a parti militie et langubardorum; et ego una cum d. Lamberto germano meo illos tenuimus et dominavimus pro parti

Constantino et Romano (II) impp. a. 961.

militie et langubardorum. " Pars autem Stephani dicebat: ut non esset ita set in illis avemus medietate pro parte nostre militie et nos et memorato d. Campulo socero, et genitore nostro dominavimus a parte militie, et vos una cum Gari langubardo illos dominastitis pro partibus langubardorum „. Unde multum litigium exinde inter eos abuerunt; nunc autem iudicatum est ut iuraret eidem d. Adelgiso pars Stephani et Pitru et diceret, quod ipsi et memorato socero et genitore eorum una cum ipsi Adelgiso et Lamberto germanis illos campos dominaverunt, ipsi coniuges cum memorato d. Lamberto germano suo et Gari langubardo a parte militie, et memoratus d. Adelgisus a parte langubardorum, et poneret ipse de medietate pro parte eius militie securitatem. Et quia in presentis ipse Adelgisus recepit memorata sacramenta definivit exinde cum illis coniugibus et heredibus eorum ut nunquam presummet nec habeat licentiam eos de eorum medietate pro parte militie querere. Si vero aliter fecerit componat in auri libra 1. byth. Scriptum per manus Petri scriptoris discipuli d. Gregorii curialis et scriniarii. Actum per Gregorium curialem et scriniarium. Adelgisi subscripsit. Testes: Iohannes filius d. Sergii, et alter Iohannes filius d. Sergii, ac ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΕΡΓΙΙ ΜΟΝ i. e. *Ioannes filius d. Sergii monachi.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 346). Pergam. dei monast. soppressi, t. II; R. N. A. M. t. II, p. 90.

117. Die 25 m. augusti ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 16, sed et (961) Basilio m. i. eius filio an. 1. Anna, humilis monacha, filia q. d. Niceta et q. d. Theodonande, h. f. iugalium offert et tradit d. Sergio, ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* integram portionem genitricis sue de integro casale sito in loco, qui vocatur Quarto pittulum quod est foris flubeum, vel ubicumque foris flubeum habere videtur insimul cum arvoribus *etc.* et cum introitas earum *etc.* que indivisa reiacet cum portionibus heredum q. d. Iohannis et d. Megalu h. f. germanorum, thiorum suorum. De qua nihil *etc.* et ha nunc *etc.* et neque a memorata Anna monacha *etc;* pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorata Anne. Testes: ΑΛΙΓΕΡΝΟC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΒΟΝΙ, i. e. *Aligernus filius d. Boni*, Theodorus filius d. Aligerni, et Gregorius filius d. Iohannis.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 564). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II. p. 92.

118. Die....... m.....ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 16, sed et Basilio (961) eius filio m. i. an. 1. Iohannes Massarius de Balneu patronus pro anima q. Masu coniugis sue offert d. Andree ven. presbitero et primicerio et cuncte congregationi sacerdotum et clericorum ecclesie S. Iohannis Baptiste, site in vico, quod dicitur clusa, regione Furcillense, eo quod predicta memorata coniuge sua in sacro chori (*dypticis?*) dicte ecclesie posuerint, corrigiam de terra, que vocatur ad illa sartia? positam in loco, quod dicitur Portici, cum introitu per cancellum, que describitur per hos fines: de uno latere a parte orientis est castaneum (*curtaneum*) heredum d. Anastasii Buccatorciu, de uno capite a parte septentrionis est terra memorate congregationis, de alio latere a parte occidentis est terra sue genitricis, de alio latere a parte meridiei est predictus cancellus. Rogatum per manus Anastasii notarii,

Constantino et Romano (II) impp. a. 961.

in quo testes: Petrus curialis, Iohannes, Sergius, Petrus, (*sic*) Sergius filius d. Ioannis curiales — *Instrum. ex Scriptur. S. Georgii maioris summatum in cod. Ms.* Tutinii, *cui titulus*: Notationes desumptae ex archivis aliquorum monasteriorum *in* bibliot. Brancacciana *adservato* f. 45.

(961) **119.** (1) Die 30 m. nobembrii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 17 sed et Basilio m. i. eius filio an. 2. Iohannes liverus postarius, cui supra nomen Surrentinum, cui nomen patris sui Nescio, hoffert et tradit in salutifera chartula congregationis de *ecclesia* S. Petri principis apostolorum situm ad Media idest integram unam terram arbustatam cum intersico suo positam in loco, qui nominatur Planuria maiorem ad S. Donatum de quantum et quomodo comparatum habebat a q. d. Maru h. f. relicta q. d. Iohannis, cui supra nomen Bascrani, per chartulam comparationis memvranis scriptam; et insimul coheret sivi memorata terra ab uno latere a parte orientis seu et de uno capite a parte meridiei terra sancte Neapolitane ecclesie, sicuti inter se ter definant termines, et de alio latere a parte occidentis coheret terra heredum d. Gregorii tribuni Brancatii, sicuti inter se alios termines exfinat, et ex alio capite a parte septentrionis terra heredum d. Sergii, qui nominatur de Sicula, sicuti inter se alios termines exfinat. Unde nihil *etc.* ad abendum illam in sempiternum pro mea commemoratione, tamquam si meis heredibus fuissent de semen meum creatis; set tandum modo omnis frugum, quem ibidem Deus dederit de inferius et superius, omni anno in eius sit potestate cunctis diebus vite sue; post vero suum transitum revertatur et sit offertum in memorata chartula congregationis da memorata ecclesia. Set insuper si quovis tempore post eiusd m. Iohannis transitum ipsi sacerdotes de memorata congregatione ac memorata salutifera chartula dictam terram ad vendere habuerint per quovis modum, tunc nullis aliis personis extraneis vendere devent nisi tantum ad heredes proprios de memorata d. Maru h. f. relicte d. Iohannis, cui super nomen Bascrani, in pretio quod fuerit appretiatum a christianissimis viris, sicut memorata chartula sua continebat, si emere voluerint, si autem ipsi noluerint, tunc sacerdotes, qui die noctuque officium fecerint in memorata salutifera chartula de memorata ecclesia, licentiam habeant vendere cui voluerint, set de pretio, quod exinde tulerint, ad vicem emere debeant aliam terram in memorata salutifera chartula de memorata ecclesia. Insuper placuit ut si tempore quovis homos hec omnia de sub potestatem memorate congregationis subtrahere voluerit, tunc licentiam abeant cuncti dominii de memorata ecclesia omnia adprehendere et iterum rebocare in memorata salutifera chartula nominate ecclesie ad avendum in sempiternum; pena in auri sol. 50 byth in cantum. Scriptum per Iohannem scriptorem discipulum d. Gregorii curialis et scriniarii. Actum per Gregorium curialem et scriniarium. Signum manus memorati Iohannis postarii, cui nomen patris sui Nescio. Testes: ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Gregorius filius d. Petri.* ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΕΥCΕΒΙ i. e. *Gregorius filius d. Eusebi* et ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΙΔΕΜ ΔΝ ΙΩ

(1) In huius membranae initio, formula penitus singulari, legitur: *Christe fave opitale domine noster.*—Sabatinius, *O. c.* t. VI, p. 84 de hoc instrumento mentionem faciens, aliquot eius verba minus recte transcripsit.

i. e. *Ioannes filius idem d. Ioannis.*—Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II p. 94.

120. Die 4 m. februarii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Romano porfirogenito m. (962) i. an. 17, sed et Basilio m. i. eius filio an. 2. Petrus Curialis, filius q. d. Campuli, et Sergius, cui super nomen pictulo, filius q. d. Iohanni, hoc est insimul exadelfi germani, commutant et tradunt d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* integram terram, que nominatur binea, que fuit de illa Grumusa, positam in Cambranem, territorio plagiense, una cum arboribus *etc.* et est coniuncta a parte orientis cum intersico ipsorum germanorum, quem habuerunt in concambio ab eodem igumeno et cum reliquo ex ipso intersico eiusdem monasterii usque in fine de terra congregationis et ecclesie Seberiane, quomodo termines exfinat, et a parte septentrionis coheret via publica, et a parte occidentis binea monasterii, que fuit de illi de Curia, et a parte meridiana terra Cesarii filio q. Gentili Calli, quomodo egripus exfinat. Unde nichil *etc.* et a presenti die et deinceps *etc.* et neque ab ipsis germanis *etc.* Insuper omni tempore ipsi et heredes eorum omnes consortes ipsorum desuper tollere debeant; propter quod in bicem in commutationem acceperant aliam integram terram, que nominatur binea matrica, positam ibi ipsum in Cambranem cum intersico suo in capite coniuncto et cum arboribus *etc.*; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Sergii. Petrus curialis subscripsit. Testes: Gregorius filius d. Iohannis, Iohannes filius d. Iohannis, et Leo filius d. Gregorii.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 439). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 97.

121. Die 26 m. februarii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 17, sed et (962) Basilio m. i. eius filio an. 2. Anna, humilis monaca, filia q. d. Niceta et q. d. Theodonande h. f. iugalium personarum pro Domini ammore et redemptione anime sue offert et tradit d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Theodori et Sebastiani qui appellatur *etc.* et per eum in ipso sancto monasterio integram portionem genitrici sue de omni inmoviliorum hereditate de foris, que ad ea pertinuit per genitores suos una cum arboribus *etc.* que indivisa reiacet cum portionibus de ceteris consortibus suis. De qua nihil exinde *etc.*, excepto sex modia per passos mensurata, sicuti consuetudo est mensurare ad passum ferreum sancte Neapolitane ecclesie, ubi eas exinde eligere voluerit, que in sua reservavit potestate. Ita ut a nunc *etc.* et neque ab ipsa Anna *etc.* Atamen protestat, ut nullatenus ipse igumenus aut posteri eius aliquod de hoc a potestate et condicione memorati monasterii subtrahere aut alienare; et, si hoc facere presumment, licentiam habeant proprinquiores parentes eius illud apprehendere et in eodem monasterio rebocare; verumtamen ubicumque est olibetus, illum frugiare debeat vite sue; post suum transitum rebertatur in memorato monasterio, pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorate Anne. Testes: Theofilactus filius d. Stephani, Iohannes filius d. Sergii et ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΛΙΓΕΡΝΙ i. e. *Gregorius filius d. Aligerni.*— (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1081) Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 99.

Constantino et Romano (II) impp. a. 962.

(962) **122**. Die 1 m. martii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 17, sed et Basilio m. i. eius filio an. 2. Drosa filia q. d. Marini, relicta q. d. Ursi monachi donat d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Theodori et Sebastiani quod appellatur casapicta *etc.* fundum de terra positum in loco, qui vocatur Preteriolum et fundum positum in loco, qui vocatur Giniolo. Actum per Iohannem curialem. — *Notam. instrum. S. Sebast.* n. 698.

(962) **123**. Die 4 m. augusti ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 17, sed et Basilio m. i. eius filio an. 2. Petrus monachus, filius q. Stauracii Farricelli, promittit d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Theodori et Sebastiani quod appellatur Casapicta situm in viridario, eo quod ipse igumenus eum recipere spoponderat in dicto monasterio et enutrire, et bestire seu calceare, sicuti ceteri monachi cenobiati, ibidem omnibus diebus vite sue in obedientia et serbitio ipsius igumeni et posterorum eius essere, ut sancta regula b. Basilii docet, et nunquam presumet ex ipso monasterio sine iussione exire, et si exierit, liceat eidem igumeno eum apprehendere per misso suo et corripere. Interea cum voluntate presentis Eupraxie cognate sue, relicte q. Ursi offert et tradit in eodem sancto monasterio terram suam, que vocatur at illa balnearia, positam vero in Quarto maiore una cum ipsa balnearia et cum ipsa pischina, que in ipsa balnearia esse videtur, et cum introitu suo. Coherente sibi hab uno latere terra Leoni, filii d. Gregorii, et terra ecclesie S. Iulianetis, sicuti inter se egripus exfinat, et ex alio latere terra dicti monasterii, de uno capite est egripus, de alio capite hortus monasterii, in quo est piscina ipsius monasterii. De qua nihil *etc.* et ha nunc *etc.* et neque a memorato Petro monacho *etc.* pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Petri. Testes: CEPΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ i. e. *Sergius filius d. Gregorii*, Petrus scriptor, et Petrus filius d. Iohannis. — (*Notam. istrum. S. Sebast.* n. 204). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 101.

(962) **124**. Die 28 m. augusti ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 17, sed et Basilio m. i. eius filio an. 2. Benedictus humilis monachus, qui in laicatu Bonito appellabatur, pro redemptione anime sue offert et tradit d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Theodori et Sebastiani, qui appellatur Casapicta situm in viridario quamdam terram positam ad S. Stephanum ad Meiana, territorio plagiense, hoc est a parte orientis iuxta terram q. Iohannis germani sui, qualiter inter se sepis exfinat, et a parte septentrionis iuxta terram stauritas plevi memorate ecclesie S. Stephani, et a parte hoccidentis coniunctum est cum reliquum ex ipsa terra, quam in sua reservavit potestate, sicuti inter se duo termines finiuntur, et a meridiana parte coheret terra iuris ecclesie S. Marie de illa spelunca una cum arboribus et cum introitu suo per curtaneum, quem ipse offeruit ad stauritas memorate plevi, et per ipsum reliquum quam sibi reservavit insimul a parte septentrionis iuxta ipsa sepe. De qua nihil *etc.* et ha nunc et deinceps *etc.* et neque ab ipso Benedicto *etc.* pena vero in auri sol. 12 byth. Scriptum per Petrum scriptorem filium d. Iohannis curialis. Actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Benedicti. Testes: Gregorius filius d. Iohannis, Aligernus filius d. Leoni, et

Constantino et Romano (II) impp. a. 962-963.

Gregorius *alius* filius d. Iohannis — (*Notam. istrum. S. Sebast.* n. 337). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 103.

125. Die 15. m. novembris ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 18, (962) sed et Basilio m. i. an. 3. Vertente certa contentione (*Horta intentione*) inter d. Nicetam archiepiscopum Neapolitanum ex una parte et monasterium S. Sebastiani de Neapoli ex altera super modica terrula iuris dicti archiepiscopatus Neapolitani, que est in rivo, qui vocatur Castanietum, posita in loco, qui nominatur Nonnaria, ipse d. archiepiscopus personaliter accessit ad dictum locum, et respiciens et videns dictam terrulam esse satis utilem et accomodam dicto monasterio, in qua est rivus et vocatur ibi castanietum, ipsam terrulam una cum scapula, sicuti ascendit usque ad cilium, habente de uno latere et ab uno capite parte orientis et septentrionis terram et scapulam suprascripti monasterii, et ex alio latere parte meridiana est olivetum picculum prefati archiepiscopatus, ut finit inter se ipsum cilium, ab alio latere parte occidentis est reliquum quod ipse archiepiscopus sibi reservavit, sicuti inter se demonstrant finiendo ipsius fines, qui ibidem descendit finiendo de oliveto ipsius monasterii et sic ascendit secum usque ad ipsum cilium ex ipso oliveto ipsius archiepiscopatus picculo; et habet ipsa terrula de longitudine passus 27, et de latitudine habet sine ipsa scapula parte orientis passus 6, et a parte occidentis passus 7 gratiose donavit ipse archiepiscopus prefato monasterio. Et est signatum tali signo CCCXX. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 115; Chioccarelli, *Antist. Neap. Catal.* f. 157.

126. Die 14 m. ianuarii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 18, (963) sed et Basilio m. i. eius filio an. 3. Iohannes filius q. d. Petri vendit et tradit Stephano filio q. Ursi presbiteri omne licere suum de integra terra, que nominatur graniarii, sita in Maranum, quod est campese cum omnibus que sibi pertinent de exfundatum et excampese; et coheret sibi ab uno latere terra eiusdem Stephani et de alio latere terra de illi parti Binaccia, et ab uno capite terra de illi Pantaleoni, et ex alio capite terra de illis Baccarii. Unde nihil *etc.* et a presenti die *etc.* et neque a se *etc.* Insuper et ab omni homine *etc.* ipsam terram que sibi pertinet de exfundatum in omnibus antestare debeat; propter quod accepit, auri tari 3; pena vero in auri sol. 10 byth. Scriptum et actum per Gregorium curialem et scriniarium. Signum manus memorati Iohannis. Testes: ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΕΡΓΙΙ i. e. *Ioannes filius d. Sergii*, ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΝΑCΤΑCΙΙ, i. e. *Petrus filius d. Anastasii*, et ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ i. e. *Petrus filius d. Ioannis* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 96). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 105.

127. Die 21 m. februarii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 18, (963) sed et Basilio m. i. eius filio an. 3. Horta est itaque intentio inter Iohannem filium q. Sergii, cui super nomen caca in santo, pro vice Megalu de cinegia, et d. Sergium ven. igumenum monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* de questione, quam ipse Iohannes facere visus fuit, propter terra bacua, ubi prius domus fuit, sita intus destructo ca-

Constantino et Romano (II) impp. a. 963.

stro Lucculano; coherente sibi ab uno latere parte orientis terra bacua unde inter eos intentionem habebant, sicuti inter se parieti exfinat, et ex alio latere parte occidentis et de uno capite parte septentrionis terra eiusdem vacua, que fuit memorate Megalu, et a parte meridiana terra monasterii vacua, unde iam securitatem posuerat. De qua ipse Iohannes dicebat: quia memorata terra, sicuti superius exegregaverat, fuit ipsius Megalu de cinegia, cui a vice ipse habere videbatur, et pars eiusdem monasterii adversus dicebat, quia eam memoratum monasterium tenuerat et dominaverat per 40 annos, et nec ipsa Megalu de cinegia, nec genitor suus ibidem habuissent dominationem infra 40 annos. In hoc iudicatum est inter eos, ut unus de sex monachis, qualis ipsi Iohanni placuerit, prebere debuisset sacramentum de eo qualiter superius dictum est, et ipsum Iohannem ponere exinde securitatem. Nunc autem in presenti ipse Iohannes recipit sacramentum et definivit exinde in omnibus, et securitatem facit dicto monasterio de dicta terra. Insuper omni tempore desuper tollere heredes memorate Megalu promittit; pena vero in auri sol. 12 byth. Scriptum per Iohannem curialem, (*deest vero absolutio eiusdem*). Signum manus memorati Iohanni. Testes: Theodorus filius d. Cesarii, Gregorius filius d. Petri notarii, et Gregorius filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 569). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 107.

(963) **128**. Die 20. martii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 18. Sed et Basilio m. i. eius filio a. 3. Stephanus filius Petri vendidit d. Gregorio abbati monasterii S. Sebastiani integrum fundum suum constitutum in loco, qui vocatur ad Sanctum Stephanum ad actone cum arboribus fructiferis, vel infructiferis et cum olivetis simul cum integra portione sua de palmento frabito, quod est intus fundum Sergii germani sui et subsceptorii sui; insimul cum introitu suo et omnibus sibi pertinentibus generaliter. Coheret sibi ab uno latere parte orientis supradictus fundus dicti Sergii, sicut inter se terminus exfinat, et habet ibi de longitudine passus 21 et ex alio latere et uno capite parte occidentis et meridiei fundus et campus ipsius monasterii et habet de longitudine in isto latere similiter passus 21, et in isto capite habet de latitudine passus 20, de alio capite est via pubblica, et habet ibi de latitudine passus 24; mensuratos ad mensuram passus ferrei sancte sedis Neapolitane ecclesie, de quo fundo et prefata portione palmenti et subsceptorii ut supra venditis prefatus Stephanus venditor nihil sibi reservavit, neque remansit. Et est signatum tali signo DCLV. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 134 v.

(963) **129**. Die 4 m. aprilis ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 18, sed et Basilio m. i. eius filio an. 3. Iohannes monachus, filius q. d. Gregorii et q. d. Marie h. f. iugalium, pro Domini amore et salbatione anime sue offert et tradit d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* integrum omnem licerem et pertinentiam suam de omnes terras cultas et incultas, quantas et quales habet in loco, qui nominatur Circanum, territorio cimmiterense, una cum montis et collis et scapulis *etc.* pertinentem sibi a q. memorata genitrice sua. Iterum offert et tradit medietatem de integro fundo et de terris cultis et non cultis et de silbis et gisternis positis in loco, qui

Constantino et Romano (II) impp. a. 963.

nominatur Maranum; que indivise reiacent cum reliquis aliis sex unciis, quas tenet Eufraxia, que supranominatur Gemma, germana ipius, coniux q. d. Gregorii cognati sui. De qua nihil *etc.* ita ut a nunc *etc.* et neque ab ipso Iohanne *etc.* pro eo quod ipse Iohannes acceperat pro medietate fundi in loco Marani auri sol. 9 byth. in cantum, et receptus fuerat in dicto monasterio, ubi se monachum fecerat. Insuper promittit vivere et dies suos finire in dicto monasterio, nec ab eo exire sine iussione eiusdem Sergii igumeni, et si ab eo exierit absque licentia, ipse igumenus possit misso suo dirigere, et ipsum Iohannem requirere et apprehendere et in monasterio revocare et eum disciplinare, ut ipsa sancta regula b. Basilii docet; pena vero in auri libra 1 byth. Scriptum et actum per Sergium curialem. Signum manus memorati Iohannis monachi. Testes: Aligernus filius d. Leoni, ΘΕΟΔΟΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ, i. e. *Theodorus filius d. Gregorii* et Iohannes filius d. Cesarii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1091). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 109.

130. Die 28 m. aprilis ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 18, sed et Basilio m. i. eius filio an. 3. Iohannes, Stephanus et Basilius, uterini germani filii q. Maroni, habitatores in Putheoli recipiunt pagationem quantum inter eos combenit a d. Iohanne filio q. d. Domerii, propter quod ipse non potuerat defensare et antestare integram unam terram, que nominatur ad Hagellum, et modicum de alia terra, que nominatur ...... et fuit de sanctum Canicu, territorio Putheolano, quas per chartulam comparationis membranis scriptam vendiderat at memorato genitore eorum, et promittunt seipsos exere authores et defensatores, ut ipse Iohannes et heredes eius quieti et indemnes omni tempore maneant; pena in auri sol. 24 byth. Scriptum per Sergium scriptorem discipulum d. Gregorii curialis et scriniarii. Actum per Gregorium curialem et scriniarium. Signum manus memorati germanis. Testes: Aligernus filius d. Leoni, Gregorius filius d. Iohannis, et *alius* Gregorius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 365). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 112. (963)

131. Die 3 m. magii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 18, sed et Basilio m. i. eius filio an. 3. Petrus Isabrus, filius q. d. Stephani Monachi et Barbaria h. f. iugales pro Domini ammore et mercede anime offerunt et tradunt d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Baschi qui nunc *etc.* et per eum in eodem sancto et ven. monasterio portionem suam ex integra terra, que vocatur ad illa balnearia, posita in Quarto maiore; et coherente ex omni parte cum terra iuris dicti monasterii. De qua nihil *etc.* et ha nunc et deinceps *etc.* et neque ab eis memoratis iugalibus *etc.* Insuper omni tempore antestare et defensare promittunt; eo quod nomen eorum scribere dignatus fuerat in sacris dypticis monasterii; pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Petri et Barbarie iugalium. Testes: Theodorus filius d. Aligerni, Stephanus filius idem d. Stephani et Theodorus filius d. Cesarii. — (*Notam. istrum. S. Sebast.* n. 209). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 114. (963)

Constantino et Romano (II) impp. a. 963-964.

(963) **132**. Die 20 m. magii, ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 18. sed et Basilio m. i. eius filio an. 3. Horta altercatione inter Stephanum d. Sergii Calbusi ex una parte, et d. Petram filiam q. d. Campuli super clausuram unius fenestre, que est in pariete cuiusdam domus site in regione summe platee, que fuit prefati Stephani, et postea fuit; d. Sergii filii d. Leonis; que fenestra respicit in parte occidentis, ac de una aperturia, que est in pariete ac etiam de uno frontale quod est in camera ipsius Petre. Tandem iudicatum fuit, ut ipsa fenestra et prefata aperturia clauderentur et fabricarentur, et dictum frontale tolleretur seu aptaretur, et est signatum tali signo CCX. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 120 v.

(963) **133**. Die 15 m. iunii, ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 18, sed et Basilio m. i. eius filio an. 3. Iohannes et Maria germani obtulerunt, et dederunt d. Sergio abbati (*igumeno*) monasterii S. Sebastiani integras sex uncias portionis eorum genitricis de terra vacua, ubi prius domus fuit, posita vero intus destructum castrum Lucculanum, vel ubicumque intus supradictum castrum inventa dederit de portione ipsius genitricis eorum una cum introitu suo, et omnibus sibi pertinentibus, que indivisa reiacet cum simili portione Iohannis caca in sancto. Et hos habet fines; a parte orientis est terra vacua, que fuit Megalu de Cinegia et a parte septentrionis et occidentis est murus ex ipso castro, a meridiana parte terra dicti monasterii. Et est signatum tali signo CCCCC. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 217.

(963) **134**. Die 7. m. decembris, ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Niceforo m. i. an. primo. D. Sergius abbas (*igumenus*) monasterii S. Sebastiani de Neapoli locavit et concessit Sergio filio Sparani, habitatori de loco, qui vocatur Arinianum, territorio plagiense, integram terram unam campese sitam in supradicto loco, et hos habet fines: de uno latere est rivus ipsius monasterii, de alio latere est terra illorum Carazzolorum, vel aliorum qui affines sunt, de uno capite est fundus dicti monasterii, ubi ipse Sergius habitat, de alio capite est terra de illis Asprelli una cum introitu suo *etc.* et respondere tenetur de vino medietatem, fruges inferiores sunt ipsius Sergii et eorum heredum, et est signatum tali signo CCCXXXX. *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 165.

(964) **135**. Die 4 m. februarii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Nicephorio a Deo coronato m. i. an. 1. Petrus de Catulli, filius q. Stephani et Stephanus et Bonus, germani filii q. Leonis de Cambrane de territorio plagiense promittunt d. Theodonande, abatisse monasterii Ss. Marcellini et Petri propter campum, quem ipsi tenent a dicto monasterio, positum in dicto loco Catulli, territorio plagiense, propterea promittunt (*sic*) meliorare, plantare, et arbustare dictum campum, et vinum inde perveniendum dividere cum dicto monasterio per sex uncias. Actum per manus Iohannis curialis et testes sunt Iohannes filius d. Sergii, Petrus curialis et Stephanus filius d. Anastasii — *Notam. instrum. S. Marcellini* p. 204.

(964) **136**. Die 15 m. augusti ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Niciphoro m. i. a. 1. Definivit Stephanus, cui super nomen Sparano, filius q. d. Iohannis Cele . . . . cum Ci-

cino filio q. Voniti de loco, qui vocatur Hoctaiano, de altercatione, que inter eos abuerant, dicendo pars Cicini, ut ipse fundus suus de memorato loco Hoctaiano, qui est iuxta illum fundum memorati Stephani, via habuisset da via communi, qui est iuxta latere de memoratum fundum ipsius Stephani et per eundem fundum et . . . . d. Gregorii curialis et scriniarii, et iudicatum est exinde inter eos, ut iurare et dicere ut memoratum fundum ipsius Cicini via carraria habuit per 40 annos da memorata via communi per memoratum fundum Stephani et iuxta iam dictum fundum prenominati d. Gregorii curialis et scriniarii et ponere ipse Stephanus eidem Cicino exinde securitate; et post dato et atfirmato iudicio, Deo auxiliante et per colloquia vonis hominibus, conbenientia facta est exinde, et repromissit ipse Stephanus memorato Cicino, ut a nunc et deinceps omni tempore memoratum fundum Cicini via at ominum et at petelium (1) at manu traendum habere debeat da memorata via comunale per memoratum fundum Stephani et iuxta iam dictum fundum d. Gregorii curialis et scriniarii, eo quod accepit per eandem convenientiam a Cicino aurum tare unum et medium; pena in auri sol. 12 byt. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus Stephani, cuius super nomen Sparano. Testes: ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Anastasius filius d. Petri*, ΚΕΣΑΡΙΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ i. e. *Cesarius filius d. Ioannis*, et ΘΕΟΔΟΡΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ i. e. *Theodorus filius d. Ioannis*.—(*Notam. istrum. S. Gregorii* n. 337); MINIERI, *Saggio di Cod. dipl.* t. I, n. 1.

137. Die 21 m. septembrii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Niciphoro m. i. an. (964)
2. Dispositum factum ab Anna filia q. . . . . . qui cognominabatur de Maria de pacifica, relicta autem q. Leonis de loco qui nominatur . . . . . quod est iuxta Pumilianum foris arcora dudum aqueductus cum voluntate . . . . . subdiaconi filii sui, et ipse pro vice sua, et pro vice Marie et Munde et Iohanni filia . . . . esse videtur de omni hereditate et substantia sua et memorati viri sui. Et primum omnium disponit, ut ad die quam ovierit. . . . . filiis et filias suis pro anima sua idest auri solidos quinque byth. per manum d. Sergii ven. ygumeni monasterii Ss. Sergii et Baschi qui *etc.* et distribuant eos pro anima sua *etc.* in hoc ordine: in primis habeat ipse igumenus ex eis solidos duos et scribat nomini suo in sacros dipticos dicti monasterii et in quantum potuerit ponat eum in chartulis S. Thome et in chartulis S. Archangeli ad signa; reliqui vero per pauperes fratrum Christi, ubi ipse melius previsus fuerit; nam si filii et filie sue dilationem miserint ad eum predictos solidos dandi, tunc ipse igumenus licentiam habeat ex omni sua substantia apprehendere et venundare, ubi voluerit, tantum autem unde ipsos 5. solidos tollere baleat, et distribuat eos ut supra. Disponit integram domum suam positam intus Cesareum, regione thermense, una cum inferioribus et superioribus omnibusqne *etc.* ut sit donata Petro subdiacono et filiis suis eorumque propriis heredibus in eorum vicibus super omnes ipsorum portionibus. In eo enim tenore ut, si quis ex ipsis filiis masculis vel eorum heredibus obierit infra etatem aut sine proprio herede de vera uxore et viro, *tunc* unus

(1) Sic in membrana. Agitur vero de servitute illa, quae iure romauo *iter* vocabatur; scil. *ius eundi, ambulandi homini, non etiam iumentum agendi.* (Cf. Dig. VIII, 3, 1); nisi quod heic plaustrum, ut mihi videtur, manu trahendum permittitur.

Constantino et Romano (II) impp. a. 964.

alteri inter se eorumque proprios heredes moriatur, et si fuerit infra etatem gratis, si vero legittime, medietas pretii quantum ipsa eius portio exınde appretiata fuerit a christianissimis viris detur pro eius anima; si vero ipsi filii aut eorum heredes toti obierint sine proprium heredem, tunc integra eorum dotione revertatur ad memoratas filias suas feminas earumque heredes, item, si infra etatem gratis, si vero legittime, salva medietate pretii de quod appretiata fuerit, detur pro anima illarum in dicto monasterio. Reliqua vero omnis sua et memorati viri sui hereditate seu substantia intus et foris sint de memoratis filiis et filias suas, et divident sibi illud inter se in quartam partem in eodem tenore quo supra dictum est; et si omnes filii et filie (quod. Deus fieri non permittat) aut eorum heredes sine proprio herede obierint, tunc omnis hereditate seu substantia sua et memorati viri sui revertatur et sit offertum pro anima in memorato monasterio. Reservata sibi potestate iungendi, minuandi de omnibus memoratis sive de toto vel ex parte omnibus (*diebus*) vite sue, qualiter facere voluerit. Habeat sancta Neapolitana ecclesia pro luminaria absque iniuria tremisse unum Neapolitanum; pena veri in auri sol. 50 byth. Scriptum per manus Gregorii scriptoris filio d. Ioannis curialis. Signum manus memorate Anne. Petrus subdiaconus subscripsit. Testis Iohannes scriptor. Actum per Gregorium curialem, dudum scriptorem, qui post subscriptionem unum testium et post defunctionem Sergii filio Petri et Stephano filio Marini, qui in schedula huius dispositi scripti sunt, complevit et absolvit in ind. XIII. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 466). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 116.

(964) **138.** Die 30 m. novembri ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Niciphoro m. i. an. 2. Sergius, umilis igumenus monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii promittit Stephano ven. presbitero, filio q. Leoni et Mariae iugalium propter integram ecclesia vocabulo S. Seberi, sita vero secus platea que vocatur radia solis, que et gurgite dicitur iuris memorati monasterii, ubi eum, Domino adiubante, custodem posuerat, ha nunc et omnibus diebus vite sue; in eo enim tenore ut prenominata ecclesia una cum habitationibus et cellis omnibusque ei pertinentibus et omnibus que per imbentaneum ipse igumenus adsignaverat eidem Stephano et cum omnia que a viribus et a mulieribus ibi offertum fuerit, in eius sit potestate tenendi, dominandi *etc.* ita ut ipse in eadem ecclesia superhabitare et residere debeat, et omne officium sacerdotale ibidem kanere, hoc est, vesperos et matutinos seu missarum sollemnia et horis laudibus et lumminariorum concinnationem ibi exibere debeat, ut apud Deum mercis aderescat et apud hominibus laus; quodcumque in eadem ecclesia vel in ipsius habitationibus ad concitandum habuerit, illud facere debeat ad omne suum expendium. Insuper ha nunc et omnibus diebus vite sue omni annuo exinde eidem igumeno et posteris eius et memorato monasterio dare et dirigere debeat per nativitatem Domini oblatas tres et per resurrectionem Domini similiter et per festivitatem s. Severi oblatam unam; et numquam presunmet ipse igumenus memoratam ecclesiam omnibus diebus vite sue eidem tollere aut eum exinde eiicere, nec qualibet sacerdotem vel clericum aut monachum aut alia quavis persona ibidem

mittere; post eius vero transitum memorata ecclesia cum omnibus *etc.* in memorato monasterio revertatur. Si vero movile ibi offertum fuerit in eiusdem Stephani sit potestate faciendi exinde quod voluerit, si autem immobile, post obitum eiusdem remanere debeat in possessione memorate ecclesie. Interea dicti Leo et Maria iugales offerunt in dicta ecclesia modium unum de terra, qua vocatur et ponitur in paravoli, hoc est a parte meridiana per passos mensuratam, sicuti consuetudo est mensurare ad passum ferreum sancte Neap. ecclesie, absque illa scapula, que ibi est in medio, una cum arboribus *etc.* habente ipse modium terre a parte septentrionis reliquum ex ipsa terra, quod sibi reservaverat et in aliquantum de terra heredum q. Boniti de bona mammi, a parte autem occidentis terra et scapula q. Pauli et Maria iugalium, germani et cognate eorum, et a parte horientis et meridiei terra heredum memorati Boniti, sicuti in ipsa meridiana parte inter se exfinat egripo communalis; ut ab hodierna die *etc.* Insuper omni tempore antestare *etc.* pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Petrum curialem. Subscribunt CEΡΓΙΟΥC ΗΓΟΥΜΕΝΟΥC i. e. *Sergius igumenus*, ΙΩ ΠΒΡ ΕΘ ΜΟΝ, i. e. *Ioannes presbyter et monachus*, CEΡΓΙΟΥC ΠΒΡ ΕΘ ΜΟΝ i. e. *Sergius presbyter et monachus*, γρεγοριουσ πρε, i. e. *Gregorius presbyter.* Testes: Gregorius filius d. Marini, ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CEΡΓΙΙ i. e. *Ioannes filius d. Sergii* et Aligernus filius d. Leoni monachi — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 904). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 119.

138*. *Charta paricla sive appar iisdem notis chronologicis signata, et pari contextu ac praecedens ab eodem Petro curiali scripta et absoluta, qua Stephanus presbyter promittit et se obligat ad omnia, quae in superiori instrumento pacta sunt; nisi quod in hoc subscripsit ipse Stephanus et signum manus Leonis et Mariae iugalium, genitorum eiusdem Stephani, idem curialis apposuit. Testes vero: Iohannes tabularius, Leo filius d. Iohannis, et Sergius filius d. Marini.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 907) Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 123. (964)

139. Die 10 m. decembris ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Niceforio porfirogenito m. i. an. 2. Stephanus, filius q. Ursi presbyteri, donavit Theodonande uxori sue integram domum suam, positam ad forum, una cum solareo ligneo ante se et cum sex unciis suis de pischina cum omnibus aliis detinentiis et pertinentiis de curte comunale, et cum introitu suo per supra dictam curtem comunalem, et per trasendam comunalem, et omnibus sibi pertinentibus et sunt ascripti fines. Et est signatum tali signo CCCCLIII.— *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 198 v. (964)

140. Die 21 m. ianuarii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Niceforo m. i. an. 2. Sergius filius q. Iohannis et Maria coniuges vendiderunt d. Sergio, igumeno monasterii S. Sebastiani integrum fundum eorum, positum in loco qui vocatur Meiana, una cum arboribus fructiferis vel infructiferis, et cum palmento frabito et subsceptorio suo, simul cum introitu suo omnibusque sibi generaliter pertinentibus. Et hos habet fines, ab uno latere parte orientis est fundus heredum d. Basilii igumeni monasterii S. Antonii, sicut inter se egripus exfinat, de alio latere parte occidentis est fundus supradicti monasterii, (965)

quem tenet Stephanus germanus dictorum coniugum, de uno capite parte meridie est terra supradicti monasterii. Et est signatum tali signo CCCCLXXXXII. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 213 v.

(965) **141.** Die 10. m. februarii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Niciforio a Deo coronato m. i. an. 2. Gregorius Surrentinus, filius q. Iohanni Surrentini et Orania, hoc est iugales, vendunt et tradunt d. Stephano filio q. d. Leoni monachi et d. Pitru h. f. iugales, idest integras sex uncias de domu posita intus hanc civitatem Neapolis in vico, qui nominatur virginum, regione Summe platee, una cum aheribus et aspectibus *etc.*; (*ut in instrum. supra* n. 99). Scriptum per manus Leonis scriptoris discipuli d. Iohannis tabularii. Actum per Leonem curialem dudum scriptorem in XIII ind. Signum manus Gregorii et Oranie. Testes: Stephanus filius d. Theodosii tribuni, Marinus filius d. Sergii monachi, et Iohannes filius d. Petri. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 294). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 125.

(965) **142.** Die 11. m. aprilis ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Niciforo a Deo coronato m. i. an. 2. Visus fuit q. Ferrandus tuus .... filia q. venumdare a q. Maru relicta q. Iohannis abia Leonis et Gregorii germanis, filiis q. d. Gregorii Boffa idest tres petias de terra positas in Miana per chartulam venditionis de tummo (1) scriptam, et per ipsam chartulam ipse Ferrandus facere visus fuit, ut ipse .... vel heredes sui at dare habuerit de reliqua omni sua hereditate, dare illos at memorata Maru vel at heredes suos in pretio sicut appretiatum fuerit; de qua vero venerunt ipsi germani et quesiverunt memoratam Oraniam ex ipsa sorte sua, et per colloquia bonorum hominum in bonam convenientiam venerunt. Et ecce per hanc chartulam repromittunt memorate Oranie propter integram portionem suam, quantum et quomodo ei pertinet per quovis modum de memorata omni hereditate seu substantia q. memorati Ferrandi, sive quantum ipsa aut memoratus genitor suus vendidit aut dedit, vel quantum apud se habet, ut non habeant licentiam aliquando tempore ipsam aut heredes suos aut cui exinde dedit querere aut contrare per nullum modum. Insuper promittunt ut si quovis tempore quabis persona surrexerit, qui ipsam aut heredes suos ex ipsa sorte sua quesierit per ipsam chartulam, desuper eos tollere debeant; propter quod receperant in pagatione unum fundiciolum positum in Miana, qui erat iuxta fundum eorum una cum introitu *etc.* et superiunxerant eidem et auri tari 3, pena vero in auri sol. 12. byth. Scriptum et actum per Iohannem tabularium. Signum manus memorati Leoni et Gregorio. Testes: Leo filius d. Iohannis, Iohannes filius d. Marini et Sergius filius d. Iohanni. (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 966). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 127.

(965) **143.** Die 4. m. magii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Niciphoro m. i. an. 2. Horta intentione inter Cesarium filium q. Iohannis, cui supranomen Farricelli, et d. Sergium

(1) Quid *charta de tummo* vel, ut alias, in tumo aut in tumbo scripta proprie significet, plane nescio. At cum instrumenta, ut ex hisce documentis eruitur et alibi etiam dicam, tunc temporis apud Neapolitanos vel in tummo seu in charta de tumbo, vel in membranis scripta fuerint, ego ita chartam papyraceam denotatam fuisse suspicor, quae vulgariter *de tumbo* seu potius de tubo a nostris dici potuit, utpote ex arbuscula aegyptiaca, tubi seu calami figuram praeferente, confecta.

Nicephoro impp. a. 965.

ven. igumenum monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui *etc.* de questione, quam facere visus fuit propter unam terram, que vocatur cicanellum, positam in Quarto maiore, et habentem de uno latere ugualdum iuris sancte Neapolit. ecclesie et ex alia parte meridiana terra eiusdem Cesarii, que vocatur catitianum, sicuti inter se ripa exfinat; de uno capite parte horientis terra monasterii, quam offertam habebat ab illi derectorium, et de alio capite parte hoccidentis est fossatum beteris. De qua pars Cesarii dictum igumenum quesiverat dicendo: quia memorata terra, que vocatur cicanellum, qualiter memoratas coherentias circumdant mea propria est et ipsa est quam continet chartula comparationis, quam vobis nunc ostenxi, facta a q. Pitru filia q. Lupi Vicedomini ad nomen q. d. Boniti comitis havii mei „; et contra pars monasterii asserebat, ut memorata terra non esset ipsa, quam continebat memorata chartula comparationis, quam ipse Cesarius ostendit. In hoc iudicatum est inter eos, et ideo ipse Cesarius, suscepto sacramento prestito ab uno monacho dicti monasterii, asserente qualiter superius dictum est pro parte monasterii, sacramentaviliter definivit questionem, et si quavis persona deinceps quesierit dictum monasterium per memorata chartula comparationis, eos exinde desuper tollere promissit; pena in auri sol. 20. byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Cesarii. Testes: Leo filius d. Iohannis, Iohannes tabularius, et Sergius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 206). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 129.

144. Die 8 m. magii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Niciforo a Deo coronato m. i. an. 2. Iohannes, Marinus et Eufimia, germani filii Abraam, habitatores in Miana, et ipse Iohannes cum consensu Anne coniugis sue, Marinus cum consensu Gregorie coniugis sue et Eufimia cum consensu Petri viri sui vendunt et tradunt Gregorio Ferrario, filio q. Leonis Ferrarii, et Sellecte iugalibus integrum funducculum positum in dicto loco Miana una cum arboribus et omnibus *etc.* et coheret sibi de una parte fundum heredum d. Rotunde et extenditur de longitudine passi 10, et de alia parte coheret hara publica et extenditur ibidem similiter passi 10 et de uno capite coheret fundum de heredes de Militum et extenditur passi 4 et gubitum unum de latitudine, et de alio capite coheret terra heredum d. Anastasii de Strogia et extenditur passi 4 et gubitum unum et palmum unum; memorati vero passi mensurati sunt ad passum ferreum et guvitum et palmum ad manum iustam. Unde nihil *etc.* set ab odierna die *etc.* et neque ab eis *etc.* Insuper omni tempore antestare et defensare debeant propter quod acceperant auri tari octo et medium; pena vero in auri sol. 10 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memoratis germanis. Testes: Iohannes filius d. Stefani, Sergius filius d. Gregorii et Petrus curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 420). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 131). (965)

145. Die 9. m. magii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Niciphoro m. i. an. 2. Gregorius, filius q. d. Petri et q. d. Drosu h. f. iugalium personarum, una cum voluntate presentibus Leoni et Petri filiis suis pro Domini ammore et redemptione anime offert et (965)

Nicephoro imp. a. 965.

tradit d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* integram portionem suam ex integro casali constituto in loco, qui vocatur Arinianum, cultum vel incultum, simul cum arvoribus *etc.* et cum portione sua de pischina et de duleo, simul cum introitas eorum omnibusque *etc.* que indivisa reiacet cum portionibus de ceteris consortibus suis. De qua nihil *etc.* ita ut ha nunc *etc.* unde nihil *etc.* et neque *etc.* propter quod nomen suum scribere dignatus fuerat in sacris dypticis ipsius monasterii. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Gregorii. Testes: Iohannes filius d. Sergii, Leo filius d. Sergii, et Sergius filius d. Iohannis monachi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1213). Pergam. cit. t. II; R. N. A. M. t. II, p. 133.

(965) **146.** (1) Die 20. m. iunii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Nicephorio m. i. an. 2. Aligisus filius q. Stephani cum voluntate presentis Cicire coniugis sue, habitatores in loco, qui vocatur Faibanum, territorio padulano, pro Domini ammore et salvatione anime d. Palumbi ven. presbiteri thii sui, qui fuit manentes in memorato loco Faibanum offert atque tradit tibi, o b. Eufimius Christi sacerdote et per te in ecclesia a nomine tuo edificata intus civitatem Neapolis in vico, qui vocatur sol et luna, in qu..... vid. d. Gregorius ven. presbytero et medico custos esse videtur, duas terras in uno coniunctas, positas in memorato loco Faibanum cum arvoribus et introitas suas et omnibus *etc.* sibi pertinentes a q. memorato d. Dominico ven. presbytero thio suo, et una nominatur at sipicella, et coheret sibi da uno latere memorata alia terra eiusdem, quam iterum in dicta ecclesia offeruit, et de alio latere parte occidentis terra heredes q. Iohanni thii sui, et terra heredum memorati q. d. Dominici presbyteri thii sui, et ex alio capite via publica, que pergit at formo; et memorata alia terra est illa quam q. memoratus d. Palumvo presbytero thio suo emptam habuit a q. d. Sergio filio q. d. Iohannis. Unde nihil *etc.* et neque *etc.* et numquam vos b. Eufimius aut ecclesia tua requisitionem aut molestiam habeat; tantummodo ipse Aligisus licentiam abeat omnibus diebus vite sue dictas terras detinere in colligio at lavorandum a memorata ecclesia in placito, ut in me morato loco iustum fuerit; pena vero in auri sol. 24 byth. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus memorati Aligisi. Signum manus memorate Cicire. Testes: ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΕΡΓΙΙ i. e. *Ioannes filius d. Sergii*, ΚΕCΑΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ i. e. *Cesarius filius d. Ioannis* et CΤΕΦΑΝΟΥC ΑΝΑΚΛΙ Φ. i. e. *Stefanus Anacli filius* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 862). Pergam. cit. t. II; R. N. A. M. t. II, p. 135.

(965) **147.** Die 20 m. augusti ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Niciforo a Deo coronato m. i. an. 2. Leo filius q. Ursi de Miana una cum consensu Eupraxie coniugis sue vendit et tradit Gregorio Ferrario, filio q. Leoni Ferrarii, petiolam de terra sua, que sibi obbenit per chartulam donationis a q. Petro monacho sancti (2) suo, et ipsam chartulam in presenti dedit eidem Gregorio; et coheret sibi de uno latere terra sancte Neapolit. ecclesie, sicuti inter se sepis exfinat, et de uno latere et capite coheret via publici, sicuti

(1) Et hec membrana habet in initio: *Christe fave.* (2) i. e. sacerdos, cui Ursus animae suae curam crediderat.

inter se iterum sepis exfinat, et de alio capite terra de Dometi de Leone de teuda. Unde nihil *etc.* set ad odierna die *etc.* et neque a se *etc.* Insuper omni tempore antestare et defensare *etc.* propter quod accepit auri tari septem. Verumtamen stetit ut quandoque ipse Leo ad antestandum venerit, tunc ipse Gregorius et heredes eius dare debeant ipsam chartulam, quam eidem dederat, ad finem faciendum, et postea illam reddere habeat ; pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorato Leone. Testes: Iohannes filius d. Stephani, ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Ioannes filius d. Petri*, et ΑΛΙΓΕΡΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ i. e. *Aligernus filius d. Ioannis.*—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 398). Pergam. dei monast. soppressi, t. II; R. N. A. M. t. II, p. 137.

148. Die 29 m. augusti ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Niciphorio m. i. an. 2. (965) Cicinus et Lupus germani filii q. Leonis habitatores in loco qui vocatur Massi, territorio plagiense, una cum voluntate presentis. . . . . et coniugis sue vendit et tradit d. Gregorio ven. presbytero et medico custodi ecclesie S. Eufimii duas petias de terra que vocantur pumecaria, positas in nominato loco Massi cum arboribus *etc.* et coheret ab una ex ea petia de uno latere via publica abente ibidem mensura passos 45 et gubitum unum, et de alio latere terra Stephani nepotis sui , et habet ibidem passos 42 , et de uno capite terra d. Iohannis Calbusi et habet ibidem mensura de latitudine passos 39 minus gubitum unum, et de alio capite terra Petri item nepotis sui et de alia parte terra memorati d. Iohannis Calbusi et abet ibidem mensura de latitudine passos 39 minus gubitum unum, et memorata halia petia coheret de una parte terra Maraldi cognati sui et de alia parte terra memorati Iohanni et ex alia parte terra Sergii herarii, sicut inter se egripus exfinat, et a vero alia parte terra. . . . . . de longitudine passos 28 et de latitudine in uno capite passos 7 . . . . . . passos 6; et memorati passi sunt mensurati in lateribus et capitibus ad passum sancte Neapolit. ecclesie. Unde nihil *etc.* ita ut a nunc *etc.* et neque a memoratis germanis *etc.* Insuper omni tempore ambas terras antestare et defensare promittunt pro eo quod in presenti acceperunt auri sol. 10 byth.; pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus memorati Cicini et Lupi, germanis. Signum manus memorate coniugibus. Testes: Marinus filius d. Iohannis prefecti, ΑΝΑCΤΑCΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Anastasius filius d. Petri* et ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΕΡΓΙΙ ΜΟΝ i. e. *Ioannes filius d. Sergii monachi.*— (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 323). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 139.

149. Die 17. m. nobembrii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio et Constantino (965) mm. ii. an. 6, sed et Niciforio m. i. an. 3. Macarius monachus, qui laicus Marino qui supranomen Sillicto clamatur, filius q. d. Petri tribuni pro Domini ammore et salvatione anime sue et q. Maru h. f. dudum coniugis sue offert et tradit d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Baschi qui nunc *etc.* et per eum in eodem monasterio, petiam de terra sua, que vocatur ad puteum , positam in loco , qui nominatur Putinianum ; et coheret sibi de duobus lateribus terra de illi Tocculi et ex uno capite parte occidentis

Basilio, Constantino et Nicephoro impp. a. 965-966.

via publica et ex alio capite. . . . ; et ipsam sibi donatam habuerat q. memorata Maru per suum dispositum, quod reiacet in memorato sancto monasterio. De qua nihil *etc.* ita ut ha nunc *etc.* et neque a memorato Macario *etc.* Verumtamen stetit ut memorata integra terra hamodo et omnibus diebus vite q. Maru, devota monacha nepoti sua, filia q. Petri filii sui in sua sit potestate tenendi et frugiandi et de ipsa frugia faciendi que voluerit; ad obitum vero eiusdem revertatur dicta terra ad memorato Petro genitori eiusdem Maru in eo tenere, ut si ipse Petrus mortuus fuerit sine proprium heredem de uxore sua, haut si post suum obitum heredes proprios reliquerit, et ipsi iterum mortui fuerint, sive infra etatem vel sine proprium heredem de uxoribus et viribus eorum, vel si ad obitum ipsius Maru memoratus Petrus aut eius heredes mortuis fuerit sine propriis heredibus, tunc memorata terra cum omnibus sibi pertinentibus in memorato monasterio rebertat; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Sergium curialem. Signum manus memorato Macario monacho qui pro occupatione mortis minime hoc scribere non concurrit. Testes: Gregorius filius d. Marini, Iohannes filius d. Stephani et Gregorius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 474). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 141.

(965) **150**. Die 21. m. decembrii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 6, sed et Niciforo et Constantino mm. ii. an. 3. Petrus et Iohannes, cui supernomen Gennari, germani filii q. Marini pecorarii et Rosa, iugales, habitatores in Planuria maiore, promittunt d. Stephano filio q. d. Leonis ut si quovis tempore ipsi aut heredes eorum at vendere, aut at dare habuerint superiora domus, quod est cammara antiquam, qui est supra inferiora cellareum d. Pitru h. f. coniugis memorati d. Stephani, posita intus anc civitatem Neapolis in regione Summa platea, una cum aeribus et aspectibus suis et introitu suo a parte de ille pischinis et omnibus sibi pertinentibus, tunc illos vendere aut dare debeant dicto Stephano suisque heredibus in pretio, ut fuerit adpretiatum a christianissimis viris; pena vero in auri sol. 24. Scriptum per manus Petri scriptoris discipuli d. Gregorii curialis et scriniarii. Actum per Gregorium curialem et scriniarium. Signum manus memorati Petri et Iohannis. Testes: Gregorius filius d. Iohannis, Iohannes filius d. Petri et ΜΑΡΙΝΟΥC ΦΙΛΙΥΟC ΔΝ ΡΕΤΡΙ i. e. *Marinus filius d. Petri.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 418). Pergam. dei monast. soppressi t. II; R. N. A. M. t. II, p. 144.

(966) **151**. Die 29. m. ianuarii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. . . . . . Constantino mm. ii. an. 3. Sapatinus et Petrus, filio et atfiliato Dominici, qui fuit gemmati de loco, qui nominatur Brischanum et ipse Sabatinus cum voluntate Marie coniugis sue vendit et tradit d. Cesario Erario, filio q. d. Gregorii terram que nominatur at ille parietinem per mensuram de latitudine et longitudine per unaquaque parte una *(ana ?)* 55 pars (*passus*) at passum ferreum sancte Neapolit. ecclesie, cum arboribus *etc.*; coherente sibi a parte septentrionis reliquum ex ipsa terra, quod in sua reservaverunt potestate, et terra quam ipsi eidem Cesario infiduciaverunt, et a parte meridiana terra heredum Iohannis de boneprandum, et ha parte orientis terra Leonis de d. Boni, et ha parte occidentis

terra Iohannis de Nalone. *De quibus* nihil *etc.* ita ut a nunc *etc.* et neque ab ipsis *etc.* Insuper et ab omni homine antestare et defensare debeant propter quod acceperunt exinde in presenti auri solidos sex bythianteos in cantum; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum per Petrum scriptorem discipulum d. Gregorii curialis et scriniarii. Actum per Gregorium curialem et scriniarium. Signum manus Sapatini et Petri. Testes: Iohannes curialis, Petrus filius d. Iohannis et Sergius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 870). Pergam. dei monast. soppressi, t. II; R. N. A. M. t. III, p. 145.

152. Die 7. m. februarii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 6, set (966) et Niciforo et Constantino mm. ii. an. 3. Marinus, filius q. d. Iohannis, et Petrus filius q. d. Petri, hoc est exadelfi, et dictus Marinus cum consensu Theodonande coniugis sue et dictus Petrus cum consensu Marie coniugis sue promittunt Sergio filio Gregorii, qui nominatur Farao, cum quo litem habent pro quodam solareo Leonis et Iohannis filiorum Cesarei. Propterea promittunt non facere collusionem cum dictis germanis. Actum per Petrum curialem et testes subscripti sunt caractere greco.—*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 488.

153. Die 1. m. martii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 6, sed et (966) Nicephorio et Constantino mm. ii. an. 3. Sergius igumenus monasterii Ss. Theodori et Sebastiani una cum cuncta congregatione eiusdem monasterii promittit Marie, cui supra nomen Marotta, filie q. Petri Cintimularii et q. Drosu, cui supra nomen Summa, iugalium personarum, propter integram terram que vocatur Cesa Mauroni positam intus Balusanum et Clavianum, quam dictus Petrus emit a Maru, filia Basilii Capuricina et Cesario, cui supra nomen Sparano filio Stephani, et aliam terram, que vocatur ad crucem, positam in Balusanu, et aliam terram positam in Casa Miana et aliam terram, que empta fuit a d. Athanasió Dei gratia episcopo neapolitano, de quibus terris dictus igumenus tenet chartulas emptionis et promittit dare dictas chartulas in omni casu necessitatis dicte Marie Marocte pro defensione. Actum per Iohannem curialem. — *Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1083.

154. Die 11. m. martii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 6, sed et (966) Nicephorio et Constantino mm. ii. an. 3. Horta est itaque intentio inter Gregorium gratia Dei episcopum sancte sedis neapolitane ecclesie et Sergium umilem igumenum monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* de altercatione quam inter eos habuerant de una terra que vocatur Cicanellum positam in Quarto maiore habentem a parte horientis et a parte septentrionis gualdum nominati episcopii, et a parte meridiana est egripus, qui est inter se et campum qui vocatur catitianum , et a parte occidentis est terra memorati monasterii, que fuit Timothei monachi eiusdem monasterii, qui in laicatu Taurus vocabatur quomodo inter se tres termines exfinat. Unde pars memorati episcopii quesiverat monasterium dicendo : memorata terra nostra est et nos et memorato sancto nostro episcopio illa dominavimus per quadraginta annos et vos nec antecessores vestri illam non dominastitis intus 40 annos. Unde multam altercationem inter eos habuerint, et dein iudicatum est inter eos, ut si potuerit pars monasterii hostensionem facere quomodo intus 40 annos memoratum monasterium illam dominasset aut tenuisset, pars episcopii poneret exinde

eidem securitatem; sin autem pars episcopii iuraret et diceret quia memoratam terram tenuisset et dominavisset quem saudam, quem per escaticum, vel si lavorata fuit, per 40 annos, et nec ipse igumenus nec antecessores sui ibidem non dominavissent intus 40 annos, et pars monasterii poneret exinde memorato episcopio securitatem. Post hoc autem Domino auxiliante combenientiam inter ipsos fecerunt absque omni sacramento, et in presenti diviserunt inter se memoratam terram per medietatem per traversum. Unde benit in memorato episcopio medietas a parte horientis iuxta gualdum ipsius. Unde alia medietas exinde a parte occidentis benit in memorato monasterio iuxta memoratam terram eiusdem, que fuit de Timotheo monacho, quomodo tres termines exfinat; primo termine marmoreum, quod est silici, qui est fictus in memoratum egripum a parte meridiana qui est inter ipsam terram et memoratum campum, qui vocatur catitianum, et retrum in secundum termine, et ab ipso secundo termine retrum in tertio similiter marmoreum qui est fictus inter memoratam terram et gualdum, qui est a parte septentrionis, et habet memorata portio passi 63 ab una parte, et passi 65 ab alia, et passi 62 a tertia parte. Insuper definirent de terra, que fuit memorati Timothei, que habet fines a parte horientis terra que monasterium tetigit et a parte meridiana egripus et in aliquantulum de via que badit inter ipsam terram et campum memorati monasterii, et a parte occidentis terra episcopii, sicut fossatus communalis exfinat seu tres termines; hoc est a primo termine, qui est fictus iuxta memorata via in ripa a parte monasterii in capite ex ipsum fossatum communalem et retrum in secundum et tertium termine, qui sunt ficti in ripa ha parte eiusdem memoratum fossatum communalem et a parte septentrionis est memoratus gualdus, sicuti quatuor termines exfinat. Ita ut ab odierna die *etc.* pena in auri libra una byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Gregorius episcopus subscripsit. Testes: Gregorius filius d. Sergii, CTEΦANOYC ΦΙΛΙΟΥC $\overline{\Delta N}$ $\overline{I\Omega}$ i. e. *Stephanus filius d. Ioannis* et Gregorius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 197). Pergam. dei monast. soppressi t. II; Muratori, *Antiq. Ital.* t. V, c. 455; R. N. A. M. t. II, p. 147.

(966) **155.** Die 12. m. martii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 6, sed et Nicephorio et Constantino mm. ii. an. 3. Iohannes, filius q. Theodori et q. Maru iugalium una cum voluntate Anne coniugis sue promittit d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* quia nunquam presummet ipse aut heredes eius ipsum igumenum aut posteros suos aliquando exinde querere per nullum modum aut per summissas personas de terris et holibetis seu silvis et fundoras, insimul quantas et quales dictum monasterium tenet foris flubeum, eo quod impagatione acceperat exinde integram suam sanationem; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Iohanni. Testes: Leo filius d. Stephani monachi. Gregorius filius d. Marini, et Gregorius filius d. Cesarii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1037). Pergam. dei monast. soppressi t. III; R. N. A. M. t. II, p. 150.

(966) **156.** Die 26. m. martii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 6., sed et Niceforio et Constantino mm. ii. an. 3. Sergius, umilis igumenus monasterii Ss. Sergii

et Bacchi atque Theodori et Sebastiani, qui nominatur casapicta situm in viridiario una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii cessit et tradidit Petro filio q. d. Basilii integram domum, que fuit q. Drosu, cui supernomen Somma, thia eiusdem Petri et filia q. Leoni habii ipsius, positam in hac civitate Neapolis in vico, qui nominatur deposulum, qui et armentario dicitur, una cum aeribus et aspectibus et cum gradis marmoreis et cum solareo suo, et cum portione de curte communi, in qua est ecclesia Ss. Cosme et Damiani; et ipsi monasterio pertinet per dispositum quod fecit memorata thia eiusdem Petri cum q. Petro cintimulario viro suo quem dispositum apud se ipse igumenus habet et coheret sibi ab uno latere a parte horientis domus Marie exadelfe dicti Petri, et a parte occidentis memoratus vicus publicus; et a parte septentrionis domus eiusdem Petri, et a parte meridiana memorata curti communi. De qua nihil *etc.* ita ut a nunc *etc.* et neque a memorato Sergio *etc.* pro eo quod accepit auri solidos sex, Verumtamen promittit, ut, si necessum fuerit ostendere memoratum dispositum Petri centimulari et Prosu, eum at relegendum monstrare debeat ubicumque; et insuper stetit inter eos ut memorata domus cum omnibus *etc.* vite Maroccie filie dicte Drosu in sua sit potestate tenendi et dominandi *etc.* et ad suum transitum in eiusdem Petri suorumque heredum potestate revertatur; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum per Petrum scriptorem discipulum Gregorii curialis et scriniarii. Et hoc memorati sunt ut ipse Petrus et heredes eius exinde defensores exere deveant; et ipse igumenus et posteri eius exinde indemnes maneant, etiam ipsos solidos ab ipso igumeno ipse Petrus et heredes eius non querent. Subscribunt: CΕΡΓΙΟΥC ΗΓΟΥΜΕΝΟΥC, i. e. *Sergius igumenus*, ΙΩ ΠΡΕCΒ, i. e. *Ioannes presbyter*, ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΠΡΕΒ, i. e. *Gregorius presbyter*. et ΙΩ ΠΡ ΜΟΝ i. e. *Ioannes presbyter monachus*. Testes: Gregorius filius d. Marini, Iohannes curialis et Iohannes filius d. Leoni; (*deest vero complementum seu absolutio curialis*). — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 309). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M., t. II, p. 151.

157. Die 13. m. magii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 6, sed (966)
et Niciphoro et Constantino mm. ii. an. 3. Petrus, filius q. d. Marini monachi, cui supranomen Sillicti, vendit et tradit d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Baschi qui *etc.* sex uncias suas ex integro palmento fabrito, et de susceptorio suo, et de terra in qua factum est, et de ulmis secus eumdem palmentum, positum vero inter fundum ipsius Petri et fundum monasterii, quod est in loco, qui vocatur Giniolo una cum introitum suum omnibusque *etc.* que sex uncie indivise reiacent cum aliis sex unciis monasterii. De qua nihil *etc.* et ha nunc *etc.* et neque *etc.* Insuper omni tempore antestare promittit pro eo quod accepit auri tari dui in omnem decisionem; pena vero in auri sol. 6 byth. Scriptum et actum per Gregorium curialem. Signum manus memorati Petri. Testes: ΙΟΑΝΝΕC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ i. e. *Ioannes filius d. Gregorii*, Stefanus filius d. Iohannis et Stefanus filius d. Iohannis monachi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 282). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 153.

158. Die 1. m. septembris ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 7., sed (966)

et Niciforo et Constantino mm. ii. an. 4. Maru, h. f. filia q. d. Marini una cum consensu d. Cesarii viri sui a presenti die dedit Iohanni adoptibo q. Stephano presbitero, abitatores in Calbictianum, idest integrum fundum suum. . . . . . ccale uno cum introitum *etc.* ad detinendum et laborandum in eo tenore ut in sua suisque heredibus sit potestate tenendi et abitandi et lavorandi et super se recolligendi, arbores et bites seu fructoras ibidem ponendi et plantandi et sepes eius emarginandas et super se illos frugiandi; tantummodo ipse et heredes sui omni annuo in S. Petri in iunio mense dare debeat tare unum bonum et pititie (1) due. Et nullatenus ipsa Maru presummet illos dare ad alium hominem, excepto si illos ad concambiare abuerit aut setibum suum ibidem posuerit licentiam habeat, et si ipse Iohannes illos ipso tempore cum ea cambiare voluerit, abeat pro timisi (2) et det eidem, ubi eidem Maru placuerit; pena in auri sol. 20. byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorate Maru. Et hoc recordata est ut si sibi suisque heredibus non placuerit terra Iohannis at cambiandum atque ne illos concambiare voluerit, licentiam habeat. Testes: Sergius curialis, Iohannes filius d. Cesarii et Gregorius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Gregorii* n. 340). MINIERI, *O. c.* n. 2.

(966) **159**. Die 9. m. septembrii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 7., sed et Niciphoro et Constantino mm. ii. an. 4. Maria h. f. filia q. d. Iohannis, relicta autem q. d. Leoni pro mercede et redemptione anime dicti viri sui offert et tradit d. Sergio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi, qui *etc.* et per eum in eodem sancto et ven. monasterio idest ex partem de campo memorati viri sui, qui vocatur casa arsita, positam vero in Quarto maiore, quod est in gamma (3), hoc est a parte orientis secus via publica, que vadit inter hoc et campum ipsius monasterii una cum introitum suum omnibusque *etc.* Coherente sivi hab una latere parte hoccidentis reliquum, quod sibi reservavit, sicut inter se exfinant 4 termines ibi et una robor signata, qui est in illu egripum et habet de longitudine passos 101, et ex alio latere parte orientis memorata via publiea et terra monasterii, que est intus ipsa gamma, de uno capite a parte septentrionis est memoratum egripum et habet de latitudine passus 25 et inde per ipsa gamma in alium termine passus 29; de alio capite parte vero meridiana est ipsum reliquum quod sibi reservavit, et habet de latitudine intus ipsa gamma passus 17 et medium; insimul vero memorati passi mensurati sunt ad passum ferreum sancte Neapolit. ecclesie. De qua nihil *etc.* Ita ut ha nunc *etc.* et neque ab ipsa Maria *etc.* eo quod nomen memorati viri sui scribere dignati sunt in sacro dypticos ipsius monasterii. Verumtamen adfirmat ut

(1) Sic in membrana; at pro *pititie*, quae vox nullam, nî fallor, significationem habet, *pictie* ego reponendum esse puto. In quibusdam enim huius aevi praediorum rusticorum locationibus coloni obligant se in aliquibus picziis (*pizze*, *focacce*), praeter terraticum, praestandis. Sic in charta neap. a. 1025 (R. N. A. M. t. IV, p. 183), in charta casinensi a. 1184, (GATTOLA, *Access.* p. 266), et in charta pinnensi a. 1195, (UGHELLI, *It. sacra*, t. VII, p. 1321).

(2) I. e. pro honore, ob praelationem a graeco τίμη; unde προτίμησις in *Novellis* imperatorum byzantinorum (Cf. LEUNCLAVIUS, *Ius graeco-rom.* p. 9-14, et 37-43; ZACHARIAE, *Novellae Constitutiones* p. 234). Ex his fluxit *protimissi* heic et in instrum. etiam amalphitanis (*Cod. Perris* n. 29 et 59); atque in nostrarum regionum consuetudinibus *ius protimiseos*.

(3) Campum *in gamma* iacere dicebatur, qui figuram huius graecae litterae praeferebat. Cf. *Rei Agr. Auct.* ed. Goesio p. 278.

si quovis tempore ipsum igumenum aut posteros eius exinde filie sue aut eorum heredes, quesierint, tunc ipse igumenus et posteri eius licentiam habeant appreendere et se restaurare in dupplum per appretiatum de omni sua ereditate ubi voluerit; pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorate Marie. Testes.: Leo filius d. Iohannis, Iohannes filius d. Stefani et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 203). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 155.

160. Die 7. m. aprilis ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 7, sed et (967) Niciphoro et Constantino mm. ii. a. 4. Iohannes, humilis abbas monasterii S. Gregorii quam de Regionarium, a presenti die promittit Leoni ven. presbitero, qui supra nomen Sparano, et Palumbo monacho, filio q. d. Iohanni monachi, propter integra ecclesia vocabulo S. Angeli constitutam vero in loco qui dicitur Montecalbum una cum omnibus *etc.* quam insimul ipsi apprehenderant a q. Agathe filia q. Lupi per firmissima chartula, quam apud eos habebant; que memorata ecclesia post obitum memorate Agathe debet obvenire in eodem monasterio, sicuti continet firmissimum dispositum eiusdem Agathe. De qua promittit ut post obitum ipsius Agathe ipse et posteri eius a tunc et omnibus diebus vite eorum cum eis permanere debeat secundum hordine dicte chartule, et a tunc nunquam presummet eos exinde iactare per nullum modum; post autem amborum Leoni et Palumbo transitum suprascripta ecclesia cum omnibus *etc.* revertatur et sit potestatem de suprascripto monasterio; pena in auri sol. 36 byt. Scriptum et actum per Petrum curialem. Iohannes humilis abbas subscripsit. Testes: ΘΕΟΔΟΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC $\overline{\text{ΔΝ}}$ $\overline{\text{ΙΩ}}$ i. e. *Theodorus filius d. Ioannis*, Athanasius filius d. Leoni monachi, et Sergius filius d. Gregorii monachi. — *Cod. dipl. Cavensis*, t. II, p. 47.

161. Die 26. m. magii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 7, sed et (967) Niciphoro et Constantino mm. ii. an. 4. Iohannes filius q. Sergii et q. Marie h. f. iugalium vendit et tradit d. Sergio ven. igumeno monasterii, Ss. Sergii et Bacchi qui *etc.* integram modicam terrulam sitam ad illu holibetum monasterii, quod est ad Nonnaria, territorio plagiense, una cum holibis fructiferis *etc.*; pertinentem vero sibi exinde sex uncias pro portione sua et alias sex uncias exinde emptas habebat a q. Gregoria germana sua, et coherentem sibi ab omnibus partibus memoratum holivetum eiusdem monasterii. De qua nihil *etc.* ita ut ha nunc *etc.* et neque a se memorato Iohanne *etc.* Insuper omni tempore antestare *etc.* pro eo quod accepit exinde impresenti auri tt. 3, et insuper nomen suum et memorate genitricis sue scribere dignati erant in sacro dypticos ipsius monasterii; pena vero in auri sol. 6 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Iohanni. Testes: Iohannes scriniarius, Stephanus filius d. Aligerni et Iohannes filius idem d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 374). Pergam. dei monast. soppressi t. III; R. N. A. M. t. II, p. 158.

162. Die 11 m. augusti ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. a. 7, sed et (967) Nicephoro et Constantino mm. ii. an. 4. Gregorius presbiter, et medicus, et monachus, dudum custos ecclesie S. Euthimii, site intus Neapolim in vico, qui dicitur sol et luna, pro anima

Basilio, Nicephoro et Constantino impp. a. 967-968.

sua obtulit prefate ecclesie S. Euthimii integram unam petiam de terra suam, positam in loco, qui nominatur Massa, territorio plagiense, cum arboribus fructiferis, vel infructiferis et cum introitu suo omnibusque sibi pertinentibus et est signatum tali signo CIII. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 93 v.

(967) **163**. Die 25. m. novembris ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i., an. 8, sed et Niciphoro et Constantino mm. ii. an. 5. Conventio inter Mariam filiam q. d. Aligerni et d. Drose iugalium cum voluntate d. Petri viri sui et Ursum germanum dicte Marie de bonis genitricis eorum et tetigerunt dicto Urso duo clusurie de terra in uno coniuncte, posite in loco, qui vocatur Squillace, et campum terre positum in loco, qui vocatur Carminianum et clusuricella, que vocatur secuta volpe, et alia terra, que vocatur ad sorbum, et alia duo fundora, unum maiorem et alium minorem, et alia terra ad illa pischina insimul posite in eodem loco Squillace, et campum positum in Peralia, et modia quatuor in campo baccuni sita in Quarto maiore, et alia terra comparata a monasterio S. Archangeli de illi Morfissa, et alium fundum terre positum in loco, qui vocatur Casacelere, territorio liburiano. Alie multe terre tetigerunt predicto Urso, que vocantur cesanova, posite in loco, qui vocatur Pischinula, et alia terra comparata a dicto monasterio S. Archangeli in loco qui vocatur Parganianum; que supradicte terre divise sunt equaliter, et pena controventionis statuta est in auri libram unam bisantii. Actum per Iohannem curialem. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 526.

(968) **164**. Die 27. m. ianuarii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 8, sed et Niciforio et Constantino mm. ii. an. 5. Testamentum Theodate humilis monache filie q. d. Gregorii, relicte q. d. Martini; Et primo mandat sepeliri corpus suum in monasterio Ss. Severini et Sossii, ubi requiescunt corpora d. Iohannis et d. Gregorii filiorum q. d. Sergii monachi et d. Theofilacti filii q. d. Stefani. Item legat domum suam que fuit genitorum suorum, quam mandat ut vendatur et pretium detur pro anima sua. Item legat famulis et famulabus suis. Item Eufraxiole famule sue solid. quatuor. Item monachabus monasterii S. Marcellini solidos duos. *Item* Andree famulo suo. Item Anne filie sue monache. Item relinquit liberos omnes famulos et famulas suas. Item ecclesie S. Archangeli prope domum suam medietatem cuiusdam terre sue positam in loco, qui nominatur Baccilianum et sit de illo sacerdote, qui in d. ecclesia officium fecerit. Actum per manus Petri curialis et testes sunt greco caractere. —*Notam. instrum. S. Marcellini* p. 200.

(968) **165**. Die 25. m. aprilis ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 8, sed et Niciphoro et Constantino mm. ii. an. 5. Iohannes, humilis igumenus monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem sancti et ven. monasterii, promittit Mari filio q. Iohannis Mari de loco, qui vocatur Koranum, territorio Cymiterense, propter terram iuris memorati monasterii, qui vocatur et ponitur in casale ipsius, cymiterense territorio, una cum arvoribus et holibis simul cum introitu suo et omnibus pertinentibus, que in memorato monasterio obvenit per chartulam offertionis a q. d. Sadelperga exadelfa eiusdem Mari, filia q. Stephani, relicta q. Cimmini de Cic-

cianum (1); coherente sibi ab uno latere parte horientis terra de illi Scaricclati, ex alio latere parte occidentis via publici, de uno capite parte septemtrionis terra heredum q. d. Sergii tribuni et terra ex ipsi Scaricclati, de alio capite parte meridiana campum iuris memorati monasterii quem sibi reservavit; quam terram dat eidem Mari suisque heredibus in colligio ad lavorandum et detinendum omnibus *diebus* vite memorate Sadelperge exadelfe sue. In eo enim tenore ut ipse Mari et heredes eius illam vene et diligenter subtus et super lavorare et ad meliorem cultum perducere debeat cum vobes suis, et conciaturia seu operarios et sumta vel omnia expensa, caucummina et vites, ubi necessum fuerit, omni annuo ibidem ponendi, quamque potandi et alvaciandi (2) omnia et in omnibus et de subtus et super ea frugiare debeat; vinum vero mundum seu saccapanna (3) seu oleum, quantum omni annuo ibi Deus dederit, dividere debeat per sex uncias cum memorata Sadelperga, set mercedes et operarios ad vendemmiandum et recolligendum ipse olibis seu macenaturia ipsorum olibis de communi pargiare debeat, sed ipse Mari et omnes masculi de casa sua gratis vendemniare et colligere seu macinare debeant; et numquam ipse igumenus et posteri eius presumment memoratam terram omnibus vite memorate Sadelperge ipsi Mari eiusque heredibus tollere per nullum modum, bene laborante et adimplente omnia. Post autem eiusdem Sadelperge transitum memorata terra cum omnibus revertatur in memorato monasterio. Verumtamen ipse Mari cum memorata Sadelperga omni anno de comuni memorato monasterio oleum sextarium unum iustum dare et dirigere debeat, quando in ipso loco oleum fuerit natum, et quando oleum non fuerit natum nemine eum querat; pena vero in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem; et hoc memorati sunt ut quando ipsa Sadelperga ibidem ad recolligendum venerit, ipse Mari eam enutrire debeat, ut iustum fuerit. ΙΩ ΙΓΟΥΜΕΝΟΥϹ ϹΟΥΒ i. e. *Ioannes igumenus subscripsit*, item γρεγοριους μοναχος i. e. *Gregorius monachus*, ΙΟΑΝΝΕϹ ΜΟΝ i. e. *Ioannes monachus*, ϹΕΡΓΙΟΥϹ ΠΡΕ ΕΤ ΜΟΝ i. e. *Sergius presbyter et monachus*. Testes: Sergius filius d. Iohannis monachi, Stefanus filius d. Anastasii, et Stefanus filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1087). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II p. 162.

165.* *Charta appar, iisdem notis chronologicis et eodem tenore per eundem curialem conscripta, et ab iisdem testibus roborata, qua Mari vice sua se obligat ad omnia, ut in superiori instrumento in beneficium monasteri Ss. Sergii et Bacchi, et d. Iohannis ven. igumeni.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 292). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 164. (968)

(1) Haec chartula celebrata a. 35 principatus d. Gisulfi m. agusto ind. X (scil. a 867) extat adhuc. Ibi memorata Sadelperga pro mercede anime sue una secum Altergriso filio Palumbi ven. sacerdote de loco Curano, exadelfo germano et abbocatore suo, offert in monasterio S. Sebastiani, qui positus est in dividario (*sic*), quem modo at regimen detinet d. Sergio agumino, petiam de terra in loco, ubi dicitur Casole, in eaquadam ratione ut cunctis diebus vite sue in sua sit potestate, et tantummodo, quando parutum sit in ista terra oleum, exinde persolvere debeat unum sextarium de oleo et post hobitum suum omnia ad monasterium revertantur. Actum Ciccianu per Petrum notarium, testibus Sergio, ac Iohanne, Petro et Iohanne presbyteris. R. N A. M. t. II, p. 160.

(2) Vocis significationem non assequor. Alibi est: *abalciare* (R. N. A. M. t. IV, p. 20).

(3) I. e. vinum primum sive bonum et secundum sive lora. Uterque agri redditus saepe in his instrumentis memoratur.

Basilio, Nicephoro et Constantino impp. a. 968.

(968) **166.** Die 21. m. iulii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n Basilio m. i. an. 8., sed et Niceforio et Constantino mm. ii. an. 5. Theodonanda humilis abbatissa monasterii Dei et Salvatoris nostri Iesu Xpi et S. Pantaleonis ancillarum Dei dat et concedit d. Petro ven. presbitero custodi ecclesie S. Brancaczii et Petro filio q. Leonis de Rubullu quasdam cathonas suas in palude sub annua pensione medietatis fructuum et pena *etc.* ad auri solidos 12 bizanzios. Actum per Petrum curialem. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 50.

(968) **167.** Die 11. m. augusti ind. XI. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 8, sed et Niciphoro et Constantino mm. ii. an. 5. Ursus filius q. d. Petri monachi et q. d. Heufimie, cui supra nomen Gemme, monache, iugalium personarum, pro vice et portione sua, et pro vice et portionibus Gregorii et Basilii, germanis suis convenit cum d. Iohanne ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui *etc.* et dat et tradit eidem integras portiones suas et germanorum suorum ex integro casali, qui fuit q. d. Ursi et d. Anne h. f. iugalium aviorum suorum, constituto in loco, qui vocatur Giniolum una cum arvoribus et omnibus ei pertinentibus, quamque et integram portionem suam et germanorum suorum de quantum est olibetum situm in Casapauli, qui fuit ipsorum avorum suorum. De qua nihil *etc.* et ha nunc *etc.* et neque a memorato *etc.* Insuper ipse Ursus et germani sui, et q. Maru h. f. coniux eius et heredes eorum promittunt exinde desuper tollere et defensare ipsum monasterium, eo quod ipse igumenus cum cuncta congregatione monachorum spoponderat nullatenus querere aut contrare ipsum Ursum et germanos suos de portione memorate genitricis sue de reliquis terris foris flubeum, que fuerunt *de* memoratis haviis eorum; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem, et hoc memorati sunt quia ipse casale de Giniolum ponitur in loco qui vocatur Quarto pictulum. Ursus subscripsit. Testes: Gregorius filius d. Iohannis, Theodorus filius d. Cesarii et Aligernus filius d. Leoni. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 886.) Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 166.

(968) **168.** Die 15. m. augusti ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 8, sed et Nicephorio et Constantino mm. ii. an. 5. Visus namque fuit q. Iohanni Sirrentino, qui fuit de camora..... viro et genitori Rose et Marie, qui Marenda clamatur, oc est genitrice et filias, vendere Petro libertino q. d. Petri Sirrentini idest integram terram suam, que vocatur ad illum curtaneum, positam in loco, qui vocatur Portici una cum arvoribus et introitum suum *etc.* oc est in auri tari 7 et in una bellosa..... *et* per neglegentiam de die in die minime da ipso viro et genitore ipsarum chartulam comparationis apprehensit. Nunc autem ipse Petrus constrinxit eos ut ipsam chartulam facerent, sicuti ipse vir et genitor eius facere debuit. Idcirco memorata Rosa et Maria et Drosu, et ipsa Maria cum voluntate Stephani viri sui, et memorata Drosu cum voluntate Leoni viri sui confirmant, vendunt et tradunt memorato Petro dictam terram positam in loco Portici; coherente sivi de una parte terra, quam ipse Petrus comparatam habet, de alia parte terra Stephani et Sergii cognati et thii earumdem Rose et Maru, ex alia parte via publica, a vero alia parte terra ecclesie S. Marie, que nominatur at media. De quibus nihil

Basilio, Nicephoro et Constantino impp. a. 969.

etc. et ha nunc *etc.* et neque ab eis *etc.* Insuper omni tempore *etc.* eo quod ipse vir et genitor earum accepit auri tari 7 et bellosa (1); pena vero in auri sol. 16. byth. Scriptum per Sergium scriptorem discipulum d. Petri curialis. Signum manus memorate Rose et Marie et Drosu. Testes: Stefanus filius d. Cesarii, CΤΕΦΑΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ i. e. *Stefanus filius d. Ioannis* et ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ i. e. *Ioannes filius d. Gregorii.* (*Deest vero complementum et absolutio curialis*).—(*Notam. istrum. S. Sebast.* n. 452). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 168.

169. Die 8. m. decembrii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 9, sed et Niciphoro et Constantino mm. ii. an. 6. Maria, h. f. filia q. d. Basilii et q. d. Anne h. f. iugalium personarum una cum voluntate presentis d. Stephani viri sui commutat et tradit d. Iohanni ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Baschi qui *etc.* integrum fundum, qui est imbela (2), constitutum vero in loco, qui vocatur Nonnaria, una cum arboribus *etc.* et cum integra pischinella, que ibi esse videtur, simul cum introitu suo omnibusque *etc.*; pertinentem sibi a memorata genitrice sua pariter et eam in portione tetigit ab ipso igumeno et ceteris consortibus suis. Coherentem sivi hab una parte ab horiente campus eiusdem monasterii qui est olibetus, et ex alia parte a septentrione terra d. Iohannis filii d. Stephani Kata domini ypatiae, et terra sua et terra monasterii, sicuti inter se via exfinat; de alia autem parte a meridiana et in aliquantum ab hoccidente terra q. Nicete Kanonarchi (3), et terra communali ipsarum partium, sicuti inter se sepis exfinat. De qua nihil *etc.* ita ut a nunc *etc.* et neque a se *etc.* propter quod ad vicem vero commutationis ipsa Maria accepit memoratam petiolam de terra cum holibis, qui ibidem sunt simul cum introitu suo *etc.* que ad dictum monasterium tetigit ab ipsa Maria et a ceteris consortibus suis, et ipsis pertinebat pro offertione q. d. Ursi thii eiusdem Marie. Coherente sibi a parte horientis et septentrionis terra portionis eiusdem, et a parte hoccidentis terra d. Rodelgrimme et a meridiana parte memorata via. Verumtamen stetit, ut si quovis tempore aliquis ex ipsis consortibus dicte Marie quesiverit portionem habere in dicta pischinella et in hoc ipsum monasterium vincerit, ipsa Maria aut heredes eius exinde indemnes et securi maneant et insuper quando ipsa vel heredes eius direxerit homines suos ad colligendum holivas suas et aqua fuerit in pischina, tunc exinde dictum monasterium dare debeat ex ipsa quantum eis necesse fuerit ad colligendum ipsas holivas; pena vero in auri sol. 26 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Et hoc memorati sunt ut liceat ipse Marie et heredibus suis omni annuo facere macenare in oliarias monasterii, dum eas ibi habuerit, omnes olibas proprias suas ad suum expendium. Signum manus memorate Marie. ΕΓΟ CΤΕΦΑΝΟΥC COΥΒ i. e. *Ego Stefanus sub-* (969)

(1) Vox *bellosa* deest in Glossariis. Verisimiliter heic ponitur pro *vellosa* vel potius *villosa* (nam permutatio litterarum *b*, et *v* inter se facilis et obvia) ac forte significat vestem, sive lineam sive laneam, villos ex una facie habentem. In charta amalphitana a. 1007 habetur *lena una lictura* (*coperta per il letto?*) *billosa.* Vedi CAMERA, *O. c.* I, 222.

(2) An *imbeta* pro *in beta*? ita ut, quemadmodum supra campus in gamma, heic habeatur fundus *in beta* ad figuram seu terminationem fundi pariter indicandam.

(3) Κανονάρχης dignitas apud graecos ecclesiastica.

Basilio, Nicephoro et Constantino impp. a. 968.

scripsi. Testes: CEPΓIOYC ΦIΛIOYC ΔN IΩ i. e. *Sergius filius d. Ioannis*, IΩ ΦIΛIOYC ΔN ΛEONI MON, i. e. *Ioannes filius d. Leoni monachi*, et IΩ ΦIΛIOYC ΔN ΛEONI i. e. *Ioannes filius d. Leoni.* — (*Notam. istrum. S. Sebast.* n. 378). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 170.

(968) **170.** Die 2. m. ianuarii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 9, sed et Niciphorio et Constantino mm. ii. an. 6. Petrus, filius q. Ursi, avitator de loco, qui vocatur Arbustulo, territorio liburiano, recipit ad laborandum a d. Stephano militi filio q. Leonis, dudum militis postmodum vero monachi, campum, qui vocatur turinianum positum in memorato loco, quod sunt modia sex; in eo enim tenore ut illum vene et diligenter lavorare et seminare debeat at omni suo expendio; et quodcumque Deus ibidem dederit super se tollere et tantummodo omni annuo dare debeat exinde in dubplum terraticum de quod ibidem pro tempore seminaverit; pena vero in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Leonem curialem. Signum manus memorati Petri. Testes: Iohannes filius d. Sergii, Iohannes filius d. Gregorii, et Theodorus filius d. Ursi. — (*Notam. instrum. S. Sebast* n. 254). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 174.

(968) **171.** Die 3. m. ianuarii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 9, sed et Niciphorio et Constantino mm. ii. an. 6. Sergius, qui nominatur Matanlo, filius q. Urso avitatore de loco, qui vocatur Centura, territorio liburiano, recipit ad laborandum a d. Stephano militi filio q. d. Leonis, dudum militis postmodum vero monachi, campum qui vocatur turinianum positum in memorato loco, et sunt modia 15, et promittit illum laborare *etc.* et dare in omni anno in dubplum terraticum de eo quod ibidem seminaverit; pena vero in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Leonem curialem. Signum manus memorati Sergii. Testes: Sergius filius d. Iohannis monachi, Ursus filius d. Petri, et Iohannes filius d. Petri (1). R. N. A. M. t. II, p. 173.

(968) **172.** Die 20. m. ianuarii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 9, sed et Niciphoro et Constantino mm. ii. an. 6. Carta divisionis facta a Petro, cui supranomen Longo, et Martino filio Stephani, hoc est socero et genero, commanentibus in loco, qui vocatur ad Gualdum, de campu qui vocatur ad palmola, posito in dicto loco Gualdi, quem ad pastinandum tenent a d. Theodonanda ven. abbatissa monasterii Domini et Salvatoris nostri Iesu Xpi atque Pantaleoni puellarum Dei; quem campum diviserunt in quintam partem inter eos et dictam abbatissam, cui tetigerunt tres partes, et coheret dictus campus cum campo de illi Ciriari et cum campo heredis d. Andree primarii et scriniarii et cum terra sancte Neapol. ecclesie; verum si ipsi Petrus et Martinus voluerint vendere portiones suas debeant vendere eidem monasterio, prout fuerit appretiatum a christianissimis viris, et pena contraventionis statuta est in auri libram unam byt. Actum per Gregorium curialem, et testes sine cognomine. — *Notam. instrum. S. Gregorii*, n. 527.

(968) **173.** Die 20. m. iunii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 9, sed et

(1) Hoc instrumentum in una membrana cum praecedenti, quod postponitur, scriptum est.

Niciphorio et Constantino mm. ii. an. 6. Maria filia d. Stephani donat et tradit d. Petro amantissimo viro suo pro nimio amore et dilectione, quam in ipso habet, integram falcidiam suam, que sibi spectat de omni hereditate seu substantia d. Martini thii sui, nec non donat ei auri sol. 15 byz. Item donat ei domum suam cum gripta positam in regione Portenovense. Actum per Sergium curialem. — *Notam. instrum. S. Gregorii*, n. 397.

174. (Christe fave). Die 7 m. ianuarii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 10, (970) sed et Niciphorio et Constantino mm. ii. an. 7. Stephanus humilis abbas monasterii S. Angeli at terrentianum, una cum cuncta congregatione dicti monasterii, vendit et tradit d. Iohanni ven. presbytero custodi ecclesie S. . . . . leoni petiam de terra iuris memorati monasterii, que vocatur at muri cintu, positam in loco, qui vocatur Casapagana, in Foris gripta, et coheret sibi de uno latere terra heredum q. d. Petri monachi Brancactii, et de alio latere terra heredum q. Sergii Castellani, et de uno capite terra d. Stephani Malacobae, et de alio capite via publica. Insuper tradit duas chartulas de dicta terra, unam quam sibi fecit Iohannes filius q. d. Theofilacti monachi cum consensu Maru coniugis sue, et aliam quam sibi fecit Iohannes Erario, filius q. Davit herarii. Unde nihil *etc.* Ita ut a nunc *etc.* et neque ab ipso Stephano *etc.* pro eo quod accepit exinde auri sol. 15 bith.; pena vero in auri sol. 30 byth. Scriptum per Sergium scriptorem discipulum d. Petri curialis (*sed non fuit completum a curiali et tertius testis non adfuit*). Subscribunt : Stephanus abbas, et Sergius ac Iohannes presbyteri et monachi. Testes: ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Ioannes filius d. Petri*, et Gregorius filius d. Petri. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 840). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 177.

175. Die 16 m. ianuarii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 10, sed (970) et Nicephorio et Constantino mm. ii. an. 7. Sergius filius q. d. Iohannis offert et tradit d. Stephano ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii, hubi eorum ven. quiescunt corpora, et per eum in dicto monasterio duas petias de terra positas in loco, qui vocatur casapagana in Foris gripta cum arboribus *etc.* et coheret ab una ex ipse petie a duabus lateribus terra memorati monasterii, et de uno capite terra monasterii et terra Leonis cognati sui, et a memorata alia petia coheret de uno latere terra memorati monasterii et terra de illi Aurimini et terra Iohannis filii d. Sergii monacha, et de uno capite, terra memorati Leoni, et ex alio capite via puplica, et ex alio capite de memorata prima petia iterum est via publica. Unde nihil *etc.* et neque *etc.*; pena vero in auri sol. 24 byt. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus memorati Sergii; et oc recordant quia palmentum suum fabritum cum susceptorio suo qui est in una de memorate terrule iterum sit offertum memorato monasterio. Testes: ΑΝΑCΤΑCΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ i. e. *Anastasius filius d. Ioannis*, ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΝΑCΤΑCΙΙ i. e. *Petrus filius d. Anastasii* et CΕΡΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Sergius filius d. Petri*. — (*Protoc. del monastero di S. Sever.* f. 34); Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 179.

176. Die 20 m. februarii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 10, (970)

sed et Nicephorio et Constantino mm. ii. an. 7. Sellecta, que nominatur Spensa, filia q. relicta q. Iohannis vendit et tradit d. Iohanni Ferrario, filio q. d. Cicini monachi petiolam de terra, que nominatur at anglone, positam in campo de Miana cum arboribus *etc.* et coheret sibi ab uno latere et de uno capite terra Aligerni de memorato loco Miana, et de alio latere terra monasterii Ss. Nicandri et Marciani, et de alio capite terra eiusdem monasterii et terra de illu Ravinianum. Unde nihil *etc.* Ita ut a nunc *etc.* et neque ab ipsa Sellecta *etc.* Insuper et ab omni homine *etc.* propter quod accepit auri tari octo, et pena in auri sol. 12 byt. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus memorate Sellecte. Testes: Iohannes filius d. Dometi, Petrus filius d. Cesarii et Petrus filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 200). Pergam. dei monast. soppressi t. III; R. N. A. M. t. II, p. 181.

(970) **177.** Die 25 m. martii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 10, sed et Constantino m. i. frater eius an. 7. Leo presbiter, filius q. idem Leonis et q. Galde iugalium, custos vero ecclesie S. Adiutori de loco, qui vocatur Patruschanum, una cum voluntate Marie bene servienti sue pro Domini ammore et redemptione anime sue offert et tradit d. Iohanni ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Baschi qui *etc.* et per eum in eodem monasterio dua modia terre, sive per passos sive per exagomum, quale eidem placuerit, unum vero de oliveto, alium autem arbustatum, ubi ea eligere voluerit de omni sua hereditate de loco, qui vocatur Sassum, territorio cymmitirense, una cum arboribus *etc.* De qua nihil *etc.* et ha nunc *etc.* et neque *etc.* Insuper promittit ut, si q. Petrus filius suus obierit sine proprio herede de uxore sua, tunc memorata reliqua omnis hereditas sua ex ipso loco Sassum revertatur et sit offertum in memorato monasterio; preter si tunc vixerit memorata Maria, ipsa frugiet illud vite sue; post eius vero obitum item revertantur in dicto monasterio; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Leoni presbiteri, qui pro divina occupatione morti sue minime huic manu sua scripsit; et hoc memoratus est ut, si ipsa Maria per quovis modum virum fuerit sociata, nihil frugiet ex ipsa hereditate. Signum manus memorate Marie. Testes: Sergius filius d. Ursi, ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΙΔΕ ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ ΜΟΝ. i. e. *Gregorius filius idem d. Gregorii monachi* et Petrus curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1090). Pergam. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 183.

(970) **178.** Die 30 m. martii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 10, sed et Constantino m. i. frater eius an. 7. Leo presbiter et monachus, filius q. idem Leonis et q. Galde iugalium per absolutionem et subscriptionem domini sui Iohannis ven. igumeni monasterii Ss. Sergii et Baschi qui *etc.* donat et tradit Petro filio suo omnem suam hereditatem de loco, qui vocatur Sassum, territorio cymiterense, excepto dua modia, que exinde offeruit in memorato monasterio per firmissima chartula offertionis. De qua nihil *etc.* et ha nunc *etc.* et neque *etc.* Tantummodo hec constituit ut, si ipse filius suus obierit sine proprio herede de uxore sua, omnia revertantur et sint offerta in memorato monasterio, et interis omnibus adfirmat ut q. Maria genitrix eiusdem Petri una cum eo-

dem Petro omnia que superius eidem donavit, frugiare debeat vite sue, si non fuerit virum per quovis modum sociata; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Leoni, qui pro divina hoccupatione morti sue minime huic manu sua scripsit: ΙΩ ΗΓΟΥΜΕΝΟΥC COYB i. e. *Ioannes igumenus subscripsit.* Testes: Iohannes tabularius, Gregorius filius d. Marini, et Gregorius filius d. Stephani. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 275). Pergam. dei monast. soppressi t. III; R. N. A. M. t. II, p. 185.

179. Die 4 m. aprilis ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 10. Sed et (970) Nicephorio et Constantino mm. ii. an. 7. Iohannes umilis igumenus monasterii Ss. Sergii et Baschi qui *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum dicti monasterii promittit Marino presbitero, custodi ecclesie S. Euthimii, iuris dicti monasterii, propter dictam ecclesiam una cum domibus et cellis seu habitationibus et ortum et cum omnibus sibi pertinentibus, ut ipse Marinus omnibus diebus vite sue in sua sint potestate tenendi et dominandi seu frugiandi secundum tenore et ordine cartule, quam ei exinde fecit q. d. Gregorius, presbiter et medicus, magister dicti Marini, et ad suum transitum in memorata ecclesia dimictere debeat medium modium de terra sua, que vocatur campu laudini iuxta illi longuli, territorio plagiense, et unum codicem suum, qui est Collectarium artis medicine, seu et unum salterium, quamque et una butre; memorata vero ecclesia post transitum dicti Marini revertatur at unum clericum vel presbiterum discipulum suum, quale ipse ibi relinquere et ordinare voluerit; ita ut ibidem superresidere et abitare debeant et omne officium sacerdotale facere, *etc.* Insuper ipsi omni annuo dare debeant per nativitatem Domini oblatas parium unum, et per resurrectionem similiter; et nunquam ipse igumenus et posteri eius presumment *etc.* et post eiusdem Marini hobitum illud tollere at ipsum clericum *etc.* post autem ipsius clerici vel presbyteri transitum memorata ecclesia *etc.* revertatur in memorato monasterio cum omnibus que per inbentaneum *etc.* set si mobile *etc.*; pena vero in auri libra 1 byth. Scriptum per Sergium scriptorem discipulo d. Petri curialis. Actum per eundem, dudum scriptorem postmodum vero curialem. ΙΩ ΗΓΟΥΜΕΝΟΥC COYB i. e. *Ioannes igumenus subscripsit.* ΙΩ ΜΟΝ i. e. *Ioannes monachus*, Stephanus monachus, ΙΩ ΠΡ ΕΘ ΜΟΝ i. e. *Ioannes presbyter et monachus.* Testes: Gregorius filius d. Marini, Masaspi filius d. Masaspi et Theodorus filius d. Aligerni. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 737). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 187.

180. Die 7 m. magii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 10, sed et Ni- (970) ciforio et Constantino mm. ii. an. 7. Horta est itaque intentio inter Gemma, filia q. d. Sergii et q. d. Anne h. f. iugalium una cum consensu d. Sergii viri sui, et d. Pitru h. f. filia q. d. Campuli, coniugi q. d. Stephani militis de intentione, quam inter eas habuerant propter una petia de fundo posito super clibu at S. Petrum at paternum, qui abet fines ab uno latere fundus monasterii S. Sebastiani, ab alio latere a parte septentrionis coheret fundus memorate d. Pitru, qui sibi pertinet per q. d. Maria genetrice eiusdem

Pitru, et at memorata genitrice sua pertinuit per q. d. Urso genitorem suum, abio eiusdem Pitru, et at memorato d. Urso pertinuit per commutationem factam a d. Iohanne filio q. d. Marini tribuni, et ab uno capite coheret via compeniaria, et ab alio capite est fundus Leonis exadelfi germani eiusdem Gemme, quod est ad equale mensura. De qua pars ipsius Gemme dicebat: " quia memorata petia de memoratum fundum qualiter memoratas coherentias circumdant mea est et at mihi pertinet per q. memorata d. Anna genetrice mea et at genitrice mea pertinuit per q. d. Theodonanda, avia mea, genetrice sua, et ipsa avia mea in portione tetigit a q. memorato d. Urso avio tuo, germano ipsius Theodonande abia mea „. Pars autem Pitru dicebat: " Apsit, quia veritas non est, set memorata petia ex ipsum fundum, qualiter memoratas coherentias circumdant, tuum siat et memorato d. Urso abio tuo in portione tetigisset da memorata d. Theodonanda abia mea, propter quod ipsa d. Theodonanda abia mea at bicem tetigisset ipsa portio, que ex ipsum fundum detinet memorato Leo exadelfo meo, quod est in traversum divisum et est ad equalem mensura. „ Insuper ipsa Pitru ostendit una chartula securitatis, quam fecerat memorata d. Theodonanda at nomen q. d. Ursi germani sui. Et dum multum litigium exinde habuissent, et iudex, qui inter eos exinde iudicandum diresserant, chartulas relegere audisset, iudicavit inter eas, ut si pars memorate Gemme potuerit memorate d. Pitru hostensionem facere, ut, quando memorata d. Theodonanda divisit cum memorato d. Urso, ipsa petia tetigisset memoratam d. Theodonandam, tunc dicta d. Pitru poneret exinde securitatem eidem d. Gemme; sin autem, pars Pitru iurare debuisset ut ipsa petia fundi memorato d. Urso tetigisset in portione de memorata d. Theodonanda et at bicem exinde ipsam abiam suam tetigisset portio, quam modo detinebat memorato Leo exadelfo suo quod est ad eguale mensura, et memoratus alius fundus eiusdem Pitru a parte septentrionis at memorato abio suo pertinuisset per memoratas chartulas comparationis et commutationis, quas in iudicio ostendit, poneret exinde securitatem. Et quia non potuit pars Gemme illud taliter ostendere in presenti recepit a persona eiusdem Pitru cum uno filio suo memoratum sacramentum dicente ut superius, et definivit questionem exinde in omnibus. Insuper definivit etiam cum ea de integra una terra, que vocatur silba maura, posita in memorato loco, que habet fines ab uno latere terra heredum Bitaliani Pillari et ab alio latere terra heredum Gregorii Bobbuli, ab uno capite terra que vocatur Bibentium et ab alio capite memorata via compeniaria, de qua terra pars ipsius Gemme dicebat quia in memorata terra habuit memorata avia sua unum intersicum iuxta ipsam viam, et eam in portione tetigit da memorato d. Urso; et e contra pars ipsius Pitru dicebat: apsit quia veritas non est. Et iudicatum est inter eos ut si potuerit pars Gemme ostensionem facere quomodo memorata d. Theodonanda tetigisset ipsum intersicum intus ipsa coherentia, ipsa Gemma redderet ipsum; sin autem iuraret pars Pitru quia memorata terra fuisset de memorato d. Urso genitore suo et ad eum pertinuisset de extranea persona per chartulas comparationis et commutationis seu et memoratam securitatem, quam in iudicio ostenderat, poneret exinde securitatem. Et quia non potuit, recepit sacramentum dicente qualiter superius et definivit questionem in omnibus, pena

in auri sol. 24 byth. Scriptum et actum per Leonem curialem. Signum manus memorate Gemme. Testes: Theodorus filius d. Ursi, Iohannes filius d. Gregorii et Sergius filius d. Iohannis monachi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 636). Pergam. cit. t. III, n. 22; R. N. A. M. t. II, p. 190.

181. Die 23 m. magii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 10, sed (970) et Constantino frater eius m. i. an. 7. Iohannes Fiolario, cui supranomen Brinculo, filius q. Boni subdiaconi, cum consensu Eufimie posterioris coniugis sue, commutat et tradit d. Stephano, filio q. d. Leonis et d. Pitru h. f. hoc est iugalibus, portionem triclinii sui, que est super inferiora cellarii eiusdem Stephani, positam in civitate Neapolis inter duo vicora, unum, qui nominatur birginum, et alium, qui nominatur bulgari, regione Summe platee, et coheret ipsa portio ab uno latere parte occidentis domus Anastasii de Strogia, sicuti inter se paries exfinat, ab alio latere a parte horientis coheret cubuculum suum, et de uno capite a parte septemtrionis est reliquum de memorato triclinio, quod in sua reservavit potestate, sicuti inter se due singnate exfinat, et quomodo ipse exfinant sic omni tempore communiter fabricare debeant da fine ipse singnate a sternimento usque at tectum, et a parte meridiana curte eiusdem Stephani, unde introitum abere debeant, una cum aheribus *etc.* Unde nihil *etc.* et a presenti *etc.* et neque *etc.* Insuper et ab omni homine *etc.* propter quod in vicem commutationis recepit portionem cellarii, qui est subtus triclinium ipsius Iohannis, et coheret sibi ab uno latere a parte occidentis cellarium heredum memorati d. Anastasii, et de alio latere a parte horientis memorate pischine, et a parte meridiana cellarium, quod ipse Stephanus in sua reservavit potestate, sicuti inter se exfinat pila fabrita et quomodo badit rectum in singnata, que est facta in parietem a parte horientis et quomodo pila et singnata exfinat da fine de cantone de ipsa pila et singnata in parte eiusdem Iohannis, sic fabrire ambe partes debeant a terra usque at sternimentum; et a parte septentrionis coheret cellarium ipsius Iohannis, sicut paries exfinat, et in ipso pariete suo regiam aperire debeat, unde ipse et heredes sui introitum habeat. Insuper stetit inter eos ut fabricare debeant arcum betere, qui est in ipso cellario, quod commutaverat, et ponere ibidem cancellum betere, qui est in ipso pariete et ipse cancellus debet venire in altum a terra in sursum per mensuram passus 1 et medium at passum ferrum sancte Neapolit. ecclesie, ut non possit respicere in memoratum cellarium Stephani. Insuper ipse Stephanus iunxit et Iohanni auri sol. 5 byth in cantum; pena in auri sol. 36 byt. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus memorati Iohannis. Testes: Sergius filius d. Iohannis monachi, Iohannes tabularius et Marinus filius d. Sergii monachi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 564). Pergam. cit. t. III n. 23; R. N. A. M. t. II, p. 193.

182. Die 10 m. iunii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. a. 10, sed et Con- (970) stantino fratre eius m. i. a. 7. Theodonanda filia q. d. Theodori, relicta q. d. Petri pro anima sua et ipsius viri sui donavit monasterio S. Sebastiani portionem suam de fundo, et de terris, et de sylvis de monte insimul positis in loco, qui vocatur Arinianum ad Massa, una

cum arboribus fructiferis, et infructiferis, et olivetis, et cum portione sua de piscina comunale, simul cum introitu suo et omnibus sibi pertinentibus, que indivisa reiacent, cum portionibus de ceteris consortibus suis, et non sunt adscripti confines et est signatum tali signo CVIIII. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 220.

(970) **183**. Die 12 m. augusti ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 10, sed et Constantino fratre eius m. i. an. 7. Maria et Iohannes, germani filii d. Leonis, et dicta Maria cum consensu d. Petri viri sui, et dictus Iohannes cum consensu Anne coniugis sue vendunt et tradunt Sergio Ferrario, filio Petri Ferrarii et Marie, que Laurentia clamatur, hoc est iugalibus, integrum casalem eorum positum in Mesanum cum arboribus suis. Idest in primis terra campise que vocatur iuxta illa conoccla, que coheret cum caba publica, cum terra sancte Neapolit. ecclesie, sicut exfinat cilium et cum caba transversa. Secunda terra campise, que vocatur ad illum monumentum, et habet fines ab uno latere ipsam cabam publicam. Tercia peciola terre est arbustata et coheret cum terra monasterii Ss. Severini et Sossii, cum terra heredis d. Petri filii d. Pictuli et cum cilio. Quarta pectiola terre, que vocatur castaniola, coheret cum via publica et cum monumento comuni, cum terra Cesarei filii d. Iannicelli. Quinta corrigiola est secus illam pischinam comunem et coheret cum corrigea de illu Cornicellu et cum terra de illu Baresanu. Sexta petia terre arbustate nominata ad Mexanum coheret cum corrigeola Petri, cui supranomen Taurello, cum terra de illu Cornicellu et cum terra que vocatur foxa predicti Cesarei filii d. Iannicelli. Septima pectia terre, que vocatur Siminianum, coheret cum caba antiqua et cum terra que habet unam castaneam maiorem. Octava pectia terre campese, que vocatur ad coxitum et coheret cum terra heredis Pulcari, cum ipsa caba publica, cum terra, quam tenet Cesarius Amalfitanus et cum scapula. Nona pectia terre campese, que vocatur coxitum, coheret cum terra suprascripti monasterii Ss. Severini et Sossii, cum ipsa caba publica antiqua et cum terra heredum predicti Pulcari. Item vendunt et tradunt integram portionem eorum de ipso monumento comuni. Et hoc pro pretio auri solidorum 10 bizant. et pena controventionis statuta est in auri solidos bizantios. Actum per Gregorium curialem. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 528.

(970) **184**. Die 1 m. nobembrii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. a. 11, sed et Constantino m. i. frater eius a. 8. Leo filius q. Iohannis . . . . . habitator in loco, qui nominatur Brischanum, massa . . . . vendit et tradit d. Cesario filio q. d. Gregorii integram portionem de fundum suum *posito* in memorato loco una cum arvoribus *etc.* qui et coheret sibi ab uno latere a parte horientis portio ex ipso fundo qui eidem Cesario . . . . . . Sapatino thio ipsius Leonis, unde ad anc chartulam minime concurrit, et de alio latere a parte occidentis est portio Petri, filio Laurentii thii sui, qui nunc detinet . . . d. Aligerni, et de uno capite a parte meridiana . . . . . et ex alio capite a parte septentrionis est fundus . . . . . de memorato loco. Unde nihil *etc.* et a nunc *etc.* et neque a memorato Leone *etc.* Insuper et ab omni homine antestare *etc.* propter quod accepit auri tari septem in omnem decisionem; pena vero in auri sol. 12 byt. Scriptum et actum per

Petrum curialem. Signum manus memorati Leoni. Et hoc memorati sunt quia memoratus Leo et heredes eius memorato Cesario et suis heredibus memoratam portionem in omnibus antestare debeant ex omnibus partibus et a q. germano suo. Testes: ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΓΡΕΓ i. e. *Gregorius filius d. Gregorii*, ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Ioannes filius d. Petri* et Iohannes filius d. Stephani. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1023). Pergam. cit. t. III, n. 24; R. N. A. M. t. II, p. 196.

185. Die 16 m. decembrii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 11, (970) sed et Constantino m. i. frater eius an. 8. Basilius Isabrus, filius q. Gregorii Isabri pro Domini ammore et redemptione anime sue offert et tradit d. Iohanni ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* et per eum in eodem sancto monasterio omnem suam hereditatem seu substantiam de intus et foris, domos et casales, terras sationales, quamque hortua, res mobiles vel immobiles *etc.* De qua nihil *etc.* excepto duo fundora sua posita in Optaianum; unum vero quem habebat de parentorum suorum, alium per commutationem, quem in sua reservavit potestate pro donandum illos ad q. Bonitum Isabrum germanum suum, et excepto unum horticellum, quem offeruit in ecclesia S. Eufimie et a nunc et deinceps *etc.* et neque a se et memorato Basilio *etc.* Tantummodo hoc adfirmat ut Eufimia coniux sua omnibus vite sue omnia tenere et fruere debeat, si lectum suum custodierit et alium virum non fuerit sociata, et post eius ovitum aut si alium virum per quovis modum fuerit sociata, tunc de presenti in memorati monasterii revertatur potestate set tollat sibi exinde quartam partem falcidii sui. Insuper si memorata coniux sua mox pregna fuerit, et ipse infans vivus natus fuerit, tunc omnia que superius offeruit sint de ipso infante, dante eidem monasterio exinde auri solidos 40 byt et si ipsos non dederit, tunc liceat igumeno et posteris eius exinde appreendere et venundare ubi voluerint tantum, unde memoratos 6 sol. tollere baleant. Si vero ipse infans obierit absque proprio herede de uxore sua, tunc omnia revertantur ad dictum monasterium, set uxor sua, ut superius dixit, eam vite sue frugiare debeat; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Basili Isabri. Testes: Sergius curialis, Stefanus filius d. Stefani et ΘΕΟΔΟΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ i. e. *Theodorus filius d. Gregorii.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1099). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 198.

186. Die 25 m. decembrii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 11, (970) sed et Constantino m. i. fratre eius an. 8. Theodonanda h. f. filia q. d. Cesarii Ferrarii una cum consensu d. Iohannis viri sui vendit et tradit Gregorio Ferrario, filio q. Leonis monachi Ferrarii inferiora domus sue cum integra regia, que exit in vicum publicum ad S. Georgium una cum grade fravite et cum arcu suo, quamque et integrum membrum constitutum in caput de memorate grade et est super ipsa inferiora una cum fenestris, que per ipsum membrum reiiciunt in parte occidentis super dictum vicum, simulque portionem suam de alio membro quod est longaneum, una cum portione de cellareo suo subtus se et de alio membro scohoperto subtus et super qui est a parte orientis, una

cum portione de alio membro da intus a parte septentrionis, et si in ipso solareum facere voluerit, licentiam habeat; cum aeribus et aspectibus suis quamque cum introitu suo, et cum omnibus quantum et quomodo eidem Theodonande obvenit per notitiam divisionis a q. Iohanne Ferrario germano suo; set ab odierna die *etc.* et neque *etc.* Insuper omni tempore *etc.* propter quod acceperat auri sol. 16 byth. et tarenorum trium. Verumtamen stetit ut de ipsis membris, que sunt scohoperta, nullatenus venditor aut heredes eius ad antestandum provocentur, set ipse Gregorius et heredes eius auturis exinde faciant ut ipsa Theodonanda indemnis maneat, et, quando necessa fuerit, ipsam notitiam, quam apud se habet, dare debeat ad finem faciendum et illam apud eandem ponat; pena in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati iugales. Testes: Iohannes filius d. Leoni, Petrus filius d. Iohannis et Petrus filius d. Basilii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 419). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 200.

(970) **187.** Die 30 m. ianuarii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 11, sed et Constantino m. i. fratre eius an. 8. Christina relicta q. Occi Ferrarii per absolutionem cuncte congregationis sacerdotum chartule sancti Petri situm at illos Ferrarios vendit et tradit Petro filio q. Iohannis, qui nominatur de Pantaleone, integras duas membras, qui sunt inferioras, una ante alia constitutas, una qui est cooperta cum ticulis et alia qui est cooperta cum scandolis, posita intus civitatem Neapolis in vico qui nominatur S. Georgii cum aeribus et aspectibus suis et cum introitu per porta et per anditum et per curte commune a memorato vico publico et coheret sibi ab uno latere a parte meridiana domu, que fuit d. Cesarii Ferrarii cui supranomen Gaudinum et in aliquantum domus et curte heredum Stephani Ferrarii, cui supranomen Papaleo, et a parte horientis est casa d. Gregorii filii d. Stephani, sicut inter se clusa tabulita exfinat, et a parte hoccidentis memorata domus Cesarii Ferrarii, et memorata curte commune et a parte septentrionis memoratum anditum et curte commune. Unde nihil *etc.* et a presenti die *etc.* et neque *etc.* Insuper et ab omni homine *etc.* propter quod accepit auri solidis 10 bythiant. in cantum. Insuper tradit eidem emptori unam chartulam membrana scriptam, quam fecit q. d. Eupraxia h. f. filia d. Athanasii episcopi, una cum voluntate d. Stephani militis viri sui, at nomen q. d. Stephani Ferrarii et Marie iugalium, ea ratione ut quando necessa fuerit eidem Christine et eius heredibus dicta chartula ad antestandum, tunc ipse emptor aut heredes sui ipsam ostendere et monstrare debeant; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus memorate Christine. Stephanus presbyter et primicerius subscripsit, *item* Petrus presbyter, Gregorius presbyter, et *alius* Petrus presbyter. Testes: Gregorius filius d. Iohannis, Iohannes filius d. Iohannis, et Sergius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1118). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 202.

(970) **188.** Die 26 m. februarii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 11, sed et Constantino m. i. fratre eius an. 8. Aligernus filius q. Boniti et Anna iugales, abitatores in Miana vendunt et tradunt Gregorio Ferrario filio q. Leonis Ferrarii, post-

modum vero monachi, petiam de terra, que ponitur in campo de Miana, et coheret sibi a parte orientis terra Marie relicte q. Andree Tallarico, et de parte occidentis terra d. Sergii Savignani, et de uno capite terra sancte Neap. ecclesie, et de alio capite terra monasterii S. Patricie. Unde nihil *etc.* set av hodierna die *etc.* et neque *etc.* Insuper omni tempore *etc.* propter quod accepit auri tari decem et septem, et pena in auri sol. 20 byth. Scriptum per manus Iohannis curialis. Signum manus Aligerni et Anne. (*Deest vero absolutio eiusdem curialis et subscribunt duo testes tantum vid.*) Petrus filius d. Iohannis et ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Ioannes filius d. Petri.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 968). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 204.

189. Die 12 m. martii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 11, sed et Constantino m. i. fratre eius an. 8. Iohannes filius Herasmi Putheolani promittit d. Iohanni igumeno monasterii Ss. Theodori et Sebastiani qui *etc.* bene et diligenter lavorare et excolere integrum campum iuris memorati monasterii, qui vocatur Sessana, positum in territorio putheolano, coherente sibi ab uno latere cum selice publici, et ex alio latere terra sancte Putheolane ecclesie, sicuti inter se egripus exfinat, de uno capite via publica et de alio capite caba; quem campum ipse igumenus dederat eidem Iohanni et eius heredibus ad laborandum et pastinandum. In eo enim tenore ut ipsum campum ad meliorem cultum perducere debeat *etc.* (V. *supra* n. 110), et quodcumque omni anno ibi Deus dederit in quolibet seminato et in arbusto illud ipse Iohannes super se tollere debeat ha nunc et donec in ipsis arboribus, quos ibi pastinaverit, fecerit vinum mustum mundum hornas decem, et dare debeat terraticum, preter de quod ibi seminaverit, medietatem de quantum triticum fuerit seminatum, tractum intus ipsum castrum putheolanum. Quando vero ipse Iohannes ex arboribus, quos ibi pastinaverit, fecerit memoratas hornas decem vini tunc dictum monasterium tollere debeat super sortem modium unum per passos a capite vel latere quale ipsi placuerit, mensuratum, sicut consuetudo est, ad passum ferreum sancte Neap. ecclesie; et reliquum exinde inter dictum monasterium et ipsum Iohannem dividatur per sexuncias ad habendum in propria potestate ipsius Iohannis et suorum heredum; et a tunc nemine ab ipso igumeno nec a posteris suis habeat exinde quacumque requisitionem, etiamsi ambe partes conciaverint pischina, que in eodem campo exfinat communalis. Tantummodo si ipse Iohannes vel heredes eius memoratas sexuncias dare habuerint per qualecumque modum, eas dare debeant dicto monasterio in pretium ut fuerit appretiatum a christianissimis viris, et si ipsas emere noluerit, tunc clara facta veritate, cui dare voluerit in sua sit potestate; etiam si ipse Iohannes et eius filii vel filie sine proprio herede de uxore et viro obierint, tunc ipse sexuncie revertantur et oblate sint in eodem monasterio. Verumtamen si ipse Iohannes aut heredes sui memoratum integrum campum bene non lavoraverint et pastinaverint, clara facta veritate, monasterium licentiam habeat ipsi Iohanni et posteris suis dictum campum tollere in integro; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Iohanni. Testes: Gregorius filius d. Iohannis, ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΝΔΡΕΕ i. e. *Ioannes* (971[1])

Basilio, Constantino et Iohanne impp. a. 971-972.

filius d. Andree, et Iohannes filius d. Marini prefecti et forteris civitatis Surrentine. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 357). Pergam. cit. t. III, n. 29; R. N. A. M. t. II, p. 206.

(971) **190.** Die 18 m. decembrii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 12; sed et Constantino m. i. frater eius an. 9. Gregorius, humilis presbiter, filius q. Iohannis Syrrentini, promittit d. Iohanni ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Baschi qui *etc.* propter sexuncias monasterio pertinentes de portione q. Iohannis presbiteri, qui vocabatur Pampasalbatum, de ecclesia vocabulo S. Iulianes sita in regione porte S. Ianuarii, una cum sexunciis eiusdem monasterii ex ipsa portione sua de omni substantia memorate ecclesie, ubi eum custodem posuerat, omnibus *diebus* vite sue ibidem residere, et omne officium sacerdotale in eadem ecclesia facere *etc.* et omni anno dare in memorato monasterio oblatas paria duo, unum in nativitate Domini, et alium in resurrectione; nullatenus vero ipse igumenus presummet ipsum Gregorium ex ipsa ecclesia iactare aut super eum *etc.* et post transitum eiusdem Gregorii memorate sex uncie revertantur ad monasterium una cum chartula ei facta in isto preterito aprilio mense; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Testes: Gregorius filius d. Marini, Iohannes medicus et Leo curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 903). Pergam. cit. t. III, n. 30; R. N. A. M. t. II, p. 209).

(972) **191.** Die 26 m. februarii, ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 12, sed et Constantino m. i. fratre eius an. 9, sed et Iohanne m. i. an. 2. (1) Marinus filius d. Sergii monachi commutat et tradit d. Iohanni, exadelfo germano suo, filio d. Marini thii sui, inclitum unum cubuculum suum, positum intus hanc civitatem Neapolis in platea nustriana, qui coheret cum alio cubuculo predicti d. Iohannis, cum curte monasterii S. Pantaleonis et cum horto dicti monasterii. Et in excambium predictus Marinus recipit a dicto d. Iohanne inclita una inferiora terranea, posita intus hanc civitatem Neapolis in predicta platea nustriana, constituta subtus alium cubuculum predicti Marini, que coherent cum dicta curte predicti monasterii S. Pantaleoni, et a parte occidentis est porticum publicum, et a parte septentrionis est porticum dicti monasterii; et pena contraventionis est in auri solidis 15. Actum per Sergium curialem et testes subscribuntur caractere greco. — *Notam. instrum. S. Gregorii*, n. 529.

(972) **192.** Die 9 m. aprilis ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 12, sed et Constantino m. i. an. 9, sed et Iohanne m. i. an. 2. Maria filia q. Stephani vendit et tradit Sillicto germano suo portionem sibi spectantem super domu, que fuit abiorum suorum, positam intus hanc civitatem in vico, qui descendit ab ecclesia S. Eupraxie, regione Furcillense, pro pretio auri sol. trium byzanz. et tar. duorum. Actum per Petrum curialem et testes subscribuntur in idiomate greco. — *Notam. instrum. S. Gregorii*, n. 195.

(1) Male in huius operis vol. I, p. 120 ego nomen Iohannis Tzemisce in docc. Neapp. anno eius tertio ind. I. apparere dixi. Id falsum esse satis patet ex hoc et ex instrumentis sequentibus, quae a me tunc minime animadversa fuerunt, et annum Iohannis secundum cum ind. XV praeseferunt.

Basilio, Constantino et Iohanne impp. a. 972-973.

193. Die 8 m. augusti ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 12, sed et Constantino m. i. frater eius an. 9. Horta est itaque intentio inter Stephanum filium q. Boni, cui supra nomen Testalepore, et d. Iohannem ven. igumenum monasterii Ss. Sergii et Baschi qui nunc *etc.* de questione, quam inter eos habuerant propter terris cultis et incultis seu olivetis et montis, positis in loco, qui vocatur Nonnaria, territorio plagiense; de quibus pars Stephani quesierat ipsum monasterium dicendo, quia infra his omnibus ipse portionem habebat, et infra 40 annos genitor suus ibidem tenuerat et dominaverat, etiam monasterium habebat chartulas communales utrisque, que fuerant de parentibus suis; et contra pars monasterii hoc negabat. In hoc iudicatum est inter eos, ut si pars Stephani hostensionem facere valeret de eo quod asseruerat, iusiuraret cum ipsis testibus monasterio, et monasterium ei poneret exinde securitatem; sin autem persona de duos monachos preberet sacramentum Stephano, ut infra omnibus memoratis ipse Stephanus aut genitor suus minime tenuisset et dominasset infra 40 annos et monasterium chartulas exinde non habuisset neque habebat, et inde pars Stephani poneret monasterio exinde securitatem. Et quia pars Stephani non valuit taliter illud hostendere, recepit memoratum sacramentum, et definivit questionem in omnibus per hanc chartulam securitatis; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Testes: Petrus curialis, Stephanus filius d. Iohannis et Iohannes filius idem d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 376). Pergam. cit. t. III, n. 31; R. N. A. M. t. II, p. 211. (972)

194. Die 19 m. augusti ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 12, sed et Constantino m. i. eius fratre an. 9 nec non et Iohanne m. i. an. 2. Drosu h. f. cui supra nomen Gemma, filia q. et Bono presbitero, hoc est genitrix et filius, vendunt et tradunt Gregorio Ferrario filio q. Leoni monachi, genero et cognato eorum, integram petiolam de terra, que ponitur et nominatur ad centum pictulum; coherente sibi de uno latere terra que fuit de ropulum et de alio latere terra S. Castrese, sicut sepis exfinat, et de uno capite coheret terra empta per ipsum Gregorium a Sergio, filio Stephani de Pantaleone, et de alio capite intersicum ex ipsa terra quem in propria reservant potestate, et obbenit memorate Gemme per chartulam comparationis quam apud se habet. Unde nihil *etc.* set av odierna die *etc.* et neque *etc.* Insuper *etc.* propter quod accepit auri solidos duos; pena vero in auri sol. 10 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Drosu et Bono. Testes: Sergius filius d. Gregorii, Stephanus filius d. Sparani et Sergius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 348). Pergam. cit. t. III, n. 32; R. Ñ. A. M. t. II, p. 213. (972)

195. Die 6 m. ianuarii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 13, sed et Constantino m. i. an. 10 nec non et Iohanne m. i. an. 3. Drosu et Maria seu Çicino et Mira, quamque Ruta seu Petro et Iohannes, germani filii q. Iohannis Ferrarii de memorato uno genitore et duas genitrices, et ipsi germani cum consensu Sasse genitricis eorum et per absolutionem d. Marini, imperiali anthipati, patricii adque consulem et ducem, qui eos absolvit pro eorum parvitate, et una secum habendo abocatorem d. Iohanne (973)

Basilio, Constantino et Iohanne impp. a. 973.

filio d. Leonis, quem ipsa gloriosa potestas eis abocatorem dedit pro ipsa eorum parvitate, et ipsa Drosu cum consensu Ursi viri sui, et memorata Maria cum consensu Cesarii viri sui, vendunt et tradunt Gregorio Ferrario filio q. Leoni monachi, dudum ferrarii, unam petiolam de terra, que nominatur ad anglone, positam in campo de Miana que obvenerat a memorato genitore eorum a Sellecta, que nominatur Spensa, relicta q. Iohannis per chartulam comparationis sue membranis scriptam, quam in presenti ei dant; coherente sibi ab uno latere et de uno capite terra ipsius Gregorii, et de alio latere terra monasterii Ss. Nicandri et Marciani puellarum Dei, et de alio capite terra memorati monasterii, et terra de illi Saviniani. Unde nihil *etc.* et ha presenti die *etc.* et neque *etc.* Insuper et ab omni homine *etc.* propter quod acceperant auri tarì sex pena vero in auri sol. 6 byth. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus memorate Drosu et Maria seu Cicino et Mira et Ruta seu Petro et Iohanne. Iohannes abbocator subscripsit. Testes: Iohannes filius d. Stephani, Petrus filius d. Iohannis et Sergius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 778). Pergam. cit. t. III, R. N. A. M. t. II, p. 215.

(973) **196.** Die 4 m. februarii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 13, sed et Constantino m. i. frater eius an. 10 et Iohannem m. i. sed et an. 3. Dispositum factum a Stephano, cui supra nomen Basapicculum; de omni sua substantia. Primum omnium disponit quod Petrus et Maria, servus et ancilla, post eius obitum permaneant liberi pro anima sua cum omnibus ipsorum peculiares et bestimentis seu stromaciolis (1), sed qui ex eis, si ancillam aut servum uxorem vel virum tulerit, aut se servo vel ancille tradiderit vel (*Maria*) succuba introierit, portionem eius apprehendat abbas monasterii Ss. Severini et Sosii, et igumenus monasterii Ss. Theodori et Sebastiani qui *etc.* et in omnibus liberum eum faciant. Insuper ad habitandum eis relinquit integram domum suam positam in vico, qui vocatur senarini, que post eorum obitum revertatur et sit offerta in memoratis monasteriis Ss. Severini et Sosii, et Ss. Theodori et Sebastiani per sexuncias. Disponit insuper quod reliqua omnis substantia sua de intus et foris seu pretium sit oblata et tradita monasterio Ss. Theodori et Sebastiani. Iungendi minuendi sive de totum vel ex parte *etc.* Habeat denique sancta Neapolitana ecclesia pro luminaria absque iniuria tremisse unum Neapolitanum; pena vero in auri libra 1 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Testes: Masaspi filius d. Masaspi, Sergius filius d. Aligerni prefecti Stephanus filius d. Stephani. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 305). Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 217.

(973) **197.** Die 8 m. martii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 13, sed et Constantino m. i. frater eius an. 10, sed et Iohanne m. i. an. 3. Kali h. f., filia d. Iohannis et d. Theodonande, cum consensu d. Sergii viri sui, et cum consensu d. Marie h. f. germane sue, et ipsa Maria cum voluntate d. Petri viri sui vendit et tradit Gregorio Ferrario, filio q. Leoni Ferrario postmodum vero monachi, unam petiolam de terra

(1) I. e. pecudibus, vestibus et stragulis. Stromaciolum est diminutivum a graeco : στρῶμα.

Basilio, Constantino et Iohanne impp. a. 973.

positam in campum de Miana, que coheret sivi ab uno latere terra heredum Gregorii Pappapulicinum, et de alio latere terra, quam ipse comparatam abet, da uno capite terra monasterii S. Patricie, et de alio capite terra d. Theodonanda S...... una cum arboribus *etc.* pertinente sibi per memorata genitrice sua, et huic obvenit per chartulam commutationis membranis scriptam ab Aligerno Sapunario filio Christofori et Drosu, iugales, et a memorato Aligerno et Drosu obvenit per chartulam comparationis membranis scriptam a Maria filia Petri primarii de loco Miana, consentiente Iohaquintho viro suo, et cum consensu Maru germana sua, et ipsa Maru cum consensu Ursi viri sui; quas ambas chartulas tradit eidem Gregorio. Unde nihil *etc.* et a presenti die *etc.* et neque *etc.* Insuper *etc.* pro eo quod accepit auri tarì tridecim; pena vero in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus memorata Kali. Subscribunt Sergius et Petrus. Testes: Iohannes medicus, Iohannes filius d. Ursi et Gregorius filius d. Cesarii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 957). Pergam. cit. t. III, n. 35; R. N. A. M. t. II, p. 219.

198. Die 26 m. martii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 13, sed et (973)
Constantino m. i. frater eius an. 10, et Iohanne m. i. sed et an. 3. Ursus et Iohanni Petrus, germani filii q. Petri, commanentes in loco, qui vocatur Pinum, territorio padulano, promittunt d. Marino ven. presbitero custodi ecclesie S. Euthimii, site in vico qui vocatur sol et luna, et ipse Marinus per absolutionem et subscriptionem d. Iohannis ven. ygumeni monasterii Ss. Theodori et Sebastiani qui *etc.* dominio memorate ecclesie, propter integram petiam de terra, que vocatur ad campum, pertinente de fundo iuris dicte ecclesie S. Euthimii, sito in eodem loco Pinum, et coherente sivi ab uno latere terra Sillicti et Petri, thii et nepotis de memorato loco, et ex alio latere terra Ursi de Marecunda de Faibanum, de uno capite terra quam detinet Gaudioso et Bonò de memorato loco Faibanum, et de alio capite terra d. Iohannis et Sergii, germanis filiis q. d. Petri; quam ipse Marinus per absolutionem memorati ygumeni, dominio memorate ecclesie, dederat eisdem germanis et eorum heredibus ad laborandum et pastinandum. Propterea iidem germani promittunt illam subtus et super bene et diligenter excolere *etc.* et vites plantare et quodcumque ibidem Deus dederit omni anno in seminato dividere illud in quartam partem, ita ut ipsi germani et heredes eorum percipiant partes tres, et Marinus et heredes eius partem unam, et ipsam atducere debeant gratis ante regiam domus dicte ecclesie. Cum vero ibidem fecerint vini musti mundi hornas quinque at hornas ex ipso loco, quantum vinum a tunc ibidem Deus dederit, mundum et saccapanna, dividant illum inter eos per medietatem, set ipsam medietatem suam memoratus Marinus omni annuo trahere debeat at omni suo expendio; preter ipsi germani illud conservare debeant in organeis suis per dies tres; operarios vero ad vindemiandum et vinum ad bibendum pro ipsis operariis per vindemiam de comuni pargiare et dare, excepto una persona de suis; et quando pro tempore ibidem ipse Marinus vel heredes eius venerint aut direxerint ad recolligendum, dicti germani unum hominem et caballum eius enutrire debeant, ut iustum fuerit. Verumtamen stetit quod si ipse Marinus aut heredes eius ibidem organeum habuerit pro

recipiendum ipsa medietatem suam ex ipso vino sive in Casaferrea sive in loco qui vocatur Tevoriolum, tunc ipsi germani et heredes eorum, si abuerint boves, illam portare debebunt usque at ipsum organeum; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum per Petrum curialem; et hoc memoratur quod operariis at vindemiandum pargiare debeant ipsi germani ex medietate eorum qui vinum super ipsos tollere debeant quousque ibidem fecerint vini hornas quatuor. Signum manus memorati Ursi et Iohanni Petri (*Desunt vero testes*, *nec instrumentum curialis complevit.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 751). Pergam. cit. t. III, n. 36; R. N. A. M. t. II, p. 221.

(973) **199.** Die 14 m. magii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 13, sed et Constantino m. i. an. 10 et Iohanne m. i. sed et an. 3. Cicinus, filius q. d. Cesarii, vendit et tradit Gregorio calciolario et Maru iugalibus, et Petro calciolario eorum filio, domucellam suam, cum integra curticella ante se quod est a parte occidentis, positam vero intus hanc civitatem in vico, qui nominatur ficariola, et sibi pertinentem a q. Lupo et q. Maria iugalibus per chartulam comparationis, qui fuid de tumbo scriptam, quam ipse Cicinus perditam habet, et ipsi Lupo et Marie per duas chartulas comparationis quod membrana scriptas; una quam ad eos fecit Leone germano et cognato eorum, et aliam, quam fecit q. d. Benedictus ven. igumenus monasterii S. Sebastiani, quas dictis emptoribus dedit. Et dicta domucella cum memorata curticella ab uno latere parte meridiana coheret cum ecclesia S. Agate iuris dicti monasterii, de alio latere a parte septentrionis cum hortu, qui fuit q. Basilio calciolario nunc vero monachi, et de uno capite a parte orientis est domu, que fuit memorati monasterii, et ex alio capite a parte occidentis est domu alia ipsorum Gregorii et Petri. De qua nihil *etc.* ita ut a nunc *etc.* et neque *etc.* Insuper omni tempore *etc.* pro eo quod accepit auri sol. 6 byth. Verumtamen stetit ut si memorata chartula, quam ipse Cicinus perditam avet, inventa dederit apud eum vel suos heredes, eidem Gregorio dare debeat, si vero apud aliam personam, nullam in se habeat firmitatem, pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium curialem. Signum manus memorato Cicino. Testes: Petrus filius d. Aligerni, Iohannes filius d. Cesarii et Iohannes filius d. Stephani. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1161). Pergam. cit. t. III, n. 37; R. N. A. M. t. II, p. 224.

(973) **200.** Die 14 m. septembris ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 14, sed et Constantino m. i. frater eius an. 11 et Iohannem m. i. sed et an. 4. Stephanus, filius q. Iohannis de Pumilianum foris arcora dudum aqueductus, habitator civitatis Neapolis, una cum Ugualperga coniuge sua, vendit et tradit Leoni et Stephano germanis filiis q. Sparani, habitatoribus in eodem loco Pumiliani, unam petiam de terra suam, que vocatur pratosa, positam in memorato loco, pertinentem vero sibi a genitore suo et coherentem ab uno latere parte horientis terra eorumdem germanorum, et ex alio latere parte hoccidentis terra Iohannis Sclavi, de uno capite parte septentrionis via publica, et de alio capite parte meridiana terra monasterii Ss. Theodori et Sebastiani qui *etc.* De qua nihil *etc.* ita ut *etc.* et neque *etc.* Insuper omni tempore *etc.* pro eo quod accepit

auri solidos 50 bythiant. in cantum et pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Stephani. Testes : Iohannes curialis, Iohannes filius idem d. Iohannis et Iohannes medicus. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 397). Pergam. cit. t. III, n. 38; R. N. A. M. t. II, p. 226.

201. Die 6 m. ianuarii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 14, sed et (974) Constantino m. i. frater eius an. 11, sed et Iohanne m. i. an. 4. Horta est itaque intentio inter Petrum Ferrarium, cui supra nomen Corbulo, filium q. Gregorii Cuparii et Ruta, hoc est iugales, et d. Pitru h. f. filiam q. d. Campuli coniugem q. d. Stephani pro terminis qui erant inter terram dictorum iugalium........ pictulu, que est a parte septentrionis, et inter terram dicte d. Pitru, qui est a parte meridiana, positas insimul in loco, qui vocatur Iannula, unde ipsi iugales asserebant dictos terminos versatos et mutatos fuisse ab ipsa d. Pitru cum viro suo Stephano et positos in terra eiusdem Petri, et e contra pars memorate d. Pitru respondebat sic fuisse finem inter memoratas terras per 40 annos, quomodo memorati termines ivi modo ficti sunt. Unde multum litigium habuerunt et tandem iudicatum fuit inter eos, ut si predicti iugales potuissent ostensionem facere qualiter memorata d. Pitru aut vir, vel genitor suus mutasset aut mutare fecisset memoratos terminos, tunc dicta d. Pitru faceret exinde ipsis iugalibus legem; sin vero pars ipsius Pitru eisdem iurare debuisset et dicere quia memoratos terminos nec ipsa nec vir suus nec genitor suus, ipso Petro sapiente, mutassent, set sic ipsi termines essent per 40 annos quomodo ibi modo ficti sunt, tunc ipsi iugales ponerent exinde securitatem. Et quia ipsi iugales non potuerunt illud taliter ostendere et hecce in presenti recipiunt a parte d. Pitru memoratum sacramentum, et definiunt questionem in omnibus; pena vero in auri sol. 12 byth. Scriptum per Leonem curialem. Signum manus memorati Petri cui supernomen Corbi. Testes : Petrus curialis Gregorius filius d. Stephani et Iohannes filius d. Iohannis. (*Deest vero absolutio curialis*). — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 402). Pergam. cit. t. III, n. 39; R. N. A. M. t. II, p. 228.

202. Die 14 m. martii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 14, sed et (974) Constantino m. i. frater eius an. 11 et Iohannes m. i. sed et an. 4. Petrus filius q. Iohannis, qui nominatur Ficari, una cum consensu presentis Marie, posterioris coniugis sue, commutat et tradit d. Stephano ven. abbati et cuncte congregationi monachorum monasterii Ss. Seberini et Sossi, ubi eorum *etc.* integram terram suam positam foris flubeum in loco, qui vocatur Terrentianum, territorio plagiense, que sibi obvenerat per dispositum q. Sillitte anterioris coniugis sue una cum arboribus *etc.* et coherent a duobus lateribus parte horientis et hoccidentis terre congregationis sacerdotum chartulas ecclesie S. Iohanni in corte, sicuti pro unoquoque latere ana 4 termines exfinat; da uno capite parte septentrionis est terra memorati monasterii, et de alio capite parte meridiana est resina (1). De qua nihil *etc.* ita ut *etc.* et neque *etc.* Insuper *etc.* pro eo quod et in vicem commutationis accepit integram unam terram iuris memorati monasterii, que nominatur ad cyrasa,

(1) Forte torrens. (Cf. DUCANGE in v. *Risina*). Inde verisimiliter pagi, in orientali crateris ora positi, nomen.

Basilio, Constantino et Iohanne impp. a. 974.

positam vero in loco, qui vocatur Ciranum, que obvenit dicto monasterio per dispositum q. Leonis filii q. Iohannis et Marie iugalium, habente fines ab uno latere parte horientis terra ecclesie S. Fortunate, ubi habet de longitudine passus 74 minus tertia de passu, de alio latere parte hoccidentis terra Gregorii filii d. Cesarii Rofani, ubi habet passus 75 minus tertia de passu, de uno capite parte meridiana terra monasterii Ss. Festi et Desiderii puellarum Domini et habet ibi de latitudine passus 21, et ex alio capite parte septentrionis terra Sergii et Theodori, germanis Campesariis, ubi habet passus 17; omnes passus mensurati ad passum sancte Neap. ecclesie; sicuti et quomodo continet chartula commutationis, quam ipse abbas in presenti ei fecerat; pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum per Petrum curialem. Signum manus memorati Petri. Testes: ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΜΟΝ i. e. *Ioannes filius d. Leoni monachi*, ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΚΕϹΑΡΙΙ i. e. *Ioannes filius d. Cesarii. (Tertius testis non subscripsit instrum. neque curialis absolvit)* — Pergam. cit. t. III; n. 40; R. N. A. M. t. II, p. 230.

(974) **203.** Die 7 m. iunii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 14, sed et Constantino m. i. frater eius an. 11 et Iohanne m. i. sed et an. 4. Gregorius calciolarius filius q. et Maru iugales, eo quod licentiam habuerant a d. Iohanne ven. igumeno monasterii Ss. Theodorii et Sebastiani qui *etc.* et a cuncta congregatione monachorum fabrire super parietem iuris dicti monasterii, qui est inter domum eorum parte horientis et in eodem pariete ponere, unde iam ex parte sternitum et cohopertum habebant et ex parte exinde . . . . mus sternere et cohoperire . . . . tenientia cum ipso quem cohopertum habebant et hortum memorati monasterii parte hoccidentis, hoc est in altitudine pedes duos ad manum virilem, et ibidem sternimentum hostracumdare et grunda tectui facere, ut habeat a foris eiusdem parietis medium pedem at manum virilem, et ea versare in eodem hortu, ideo promittunt sic illum parietem totum fabrire usque ad tectum cum pretis et calce seu putheolanum, ut nullatenus ipsi aut heredes eorum in eadem domu a parte occidentis et septentrionis fenestras aut doxicia (1), vel quodlibet foramen habeant per nullum modum, nec in altum ultra memoratam mensuram extollere, vel tectum a foris plus dicti medii pedis excotere possint. Pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Gregorii et Maru iugalium. Et hoc memorati sunt ut si monasterium in dicto hortu domum vel casam facere voluerit licentiam habeat in dicto pariete ponere, sicut voluerit, et a parte septentrionis similiter in pariete dictorum iugalium. Testes: Iohannes filius d. Aligerni presbiteri. Aligernus filius d. Leoni, et ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ϹΕΡΓΙΙ i. e. *Ioannes filius d. Sergii.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 360). Pergam. cit. n. 41; R. N. A. M. t. II, p. 233.

(974) **204.** Die 13 m. decembris ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 15, sed et Constantino m. i. an. 12 et Iohanne m. i. an. 5. Petrus, filius q. d. Sergii monachi vendit et tradit Iohanni et Marino, uterinis germanis suis, portionem suam de casale, qui

(1) *Dossitia est fenestra satis arcta, ita quod non sit nisi pro lumine.* NAPODANUS in *Consuet. Neap.* XXI, c. q. p. 395.

Basilio, Constantino et Iohanne impp. a. 975.

nominatur maternum qui at lamma dicitur, positam in monte Pausilippense, que sibi pertinet per q. d. Sergium genitorem eorum, et indivisa reiacet cum reliquis portionibus ipsorum germanorum et heredes q. d. Theodonande item germane eorum, quam ipsi comparatam habebant, nec non portionem suam, idest petiolam de terra, que pergit super aqua de duliolum una cum arboribus *etc.*; sibi pertinentem per q. d. Maru genitricem eorum, et abet fines a parte orientis terra heredum q. Sergii thii eorum et terra d. Gregorii similiter thii eorum, et ha parte septentrionis alia terra eorum, et a parte occidentis similiter terra ipsorum et in aliquantum est via que descendit a via publica, et a parte meridiana terra portionis heredum q. Theodonande thie eorum. Unde nihil *etc.* et a presenti die *etc.* et neque *etc.* pro eo quod accepit auri tari dece; pena vero in auri sol. 6 byth. Scriptum per Petrum curialem. Signum manus memorati Petri. Testes: Iohannes filius d. Stephani, Sergius filius d. Iohannis et Sergius filius d. Gregorii. (*Deest absolutio curialis*). — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 415). Pergam. cit. t. III, n. 94; R. N. A. M. t. II, p. 235.

205. Die 1 m. ianuarii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 15, sed et Constantino m. i. frater eius an. 12 et Iohanne m. i. an. 5. Theodonanda, humilis abbatissa monasterii Domini et Salvatoris nostri Iesu Xpi et Pantaleoni puellarum Dei promittit Petro filio Gregorii, commanenti in loco, qui vocatur Cisanum, propter petiam terre iuris dicti monasterii, que vocatur ceparanum, positam in dicto loco; que coheret cum terra dicti Petri, cum terra de illi Ciriari, et cum alia terra dicti monasterii; quam dictus Petrus conduxit ad laborandum pro se et heredibus. Propterea promittit dividere fructus cum dicto monasterio per medietatem, et sic etiam vinum, et promittit etiam nutrire duas personas, quas dictum monasterium miserit ad vindemiam. Actum per Petrum curialem et testes caractere greco. — *Notam. instrum. S. Gregorii*, n. 489. (975)

206. Die 18 m. iulii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 15, sed et Constantino m. i. fratre eius an. 12 et Iohanne m. i. an. 5. Petrus filius Stefani, commanens autem in loco, qui vocatur Arcora dudum aqueductus, promittit d. Marie filie d. Leonis, relicte d. Gregorii, et d. Drose filie d. Marini, relicte d. Basilii, hoc est socra et nurus, tam pro eis quam pro parte Gregorii et Marie germanorum, nepotum et filiorum eorumdem, propter corrigiam terre, positam foris ipsa arcora, que coheret cum terra dicti d. Marini genitoris predicte d. Drose, cum terra d. Gregorii filii d. Petri monachi et cum via publica, que pergit ad Liciniana, quam terram ei dederunt ad pensionem; propterea promittit eis medietatem fructuum et vini, et tempore vindemie promittit nutrire duos homines, quos miserint ad videndum dictam vindemiam, et durante vindemia dare caballo ordeum quartas duas. Actum per Petrum curialem et inter testes legitur: Ego Iohannes pref. et fortioris civitatis Surrentine subscripsi. — *Notam. instrum. S. Gregorii*, n. 406. (975)

207. Die 3 m. augusti ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 15, sed et Constantino m. i. frater eius an. 12 et Iohannes m. i. sed et an. 5. Iohannes, filius q. d. Gregorii, cui supra nomen Cinnamo et Marie h. f. iugalium, promittit d. Iohanni ven. igu- (975)

Basilio, Constantino et Iohanne impp. a. 975-976.

meno monasterii Ss. Theodori et Sebastiani qui *etc.* eo quod ipsum in dicto monasterio recipere et havere spoponderat et eum ibidem monachum facere et nutrire, vestire, et calciare, sicut ceteri monachi cenobiati eiusdem monasterii, ibidem esse in servitio et obedientia, sicut regula b. Basilii docet; ita ut si sine iussione de eodem monasterio exierit; tunc liceat dicto igumeno et posteris eius illum reducere et corripere. Insuper offert et tradit in eodem monasterio terram suam, que vocatur pummicaria, positam in loco, qui vocatur Massa, una cum arvoribus *etc.* sicut et quomodo eum tetigit a germanis suis per notitiam, quam aput dictum igumenum remittit. Et coheret ab uno latere terra Adelgisi quam eidem dederat ille pastinator, sicuti inter se termines exfinat, ab alio latere terra Iohannis Cannabarii, ut finit inter se via, de duobus capitibus terre q. Anne et Eupraxie, germanarum suarum, sicuti duo termines utrasque exfinant. De qua nihil *etc.* et ha nunc *etc.* Verumtamen si quovis tempore exurserit heres de memoratis parentibus suis et monasterium exinde quesierit, tunc dictum monasterium habeat licentiam apprehendere pretium quantum pro anima sua ire debeat per dispositum dictorum genitorum suorum, et facere exinde quod voluerit; pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Iohanni. Testes: ΑΝΑCΤΑCΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ i. e. *Anastasius filius d. Ioannis*, Gregorius filius d. Marini et Gregorius filius d. Sergii monachi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 324). Pergam. cit. t. III, n. 95; R. N. A. M. t. II, p. 237.

(975) **208**. Die 20 m. nobembris ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 15, sed et Constantino m. i. frater eius an. 13. Marinus in Dei nomine eminentissimus consul et dux *etc.* concedit et tradit d. Petro ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii ubi *etc.* ospites et *etc.* R. N. A. M. t. II, p. 209. (V. *infra in* Diplom. Ducum.)

(976) **209**. Die 20 m. martii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 16, sed et Constantino m. i. fratre suo an. 13, et Iohanne m. i. an. 6. Theodonanda h. f. filia q. Theodori Carazzuli, relicta q. d. Petri monachi, olim oblationem fecerat de infrascriptis bonis et chartulam ipsius oblationis facte monasterio Ss. Sergii et Bacchi, ac Theodori et Sebastiani ipsum monasterium perdidit. Nunc autem ipsa d. Theodonanda ad petitionem ipsius igumeni ipsius monasterii iterum fecit dictam oblationem, et obtulit infrascripta, vid. integras sex uncias super integra portione sua, que fuit suprascripti genitoris sui, de campo qui nominatur monticello, et nominatur di li Carazzuli, et de curtaneum territorii plagiensis, et de aliis campis et sylvis, et montibus, et collibus, et planis, cultis et incultis, et de fundis et curtaneis et terris, et de piscinis et duleis, et serolis (1) et de oliveto insimul de quantis et qualibus fuerunt et pertinuerunt suprascripto genitori suo in eodem loco Vrinianum, omniaque una cum arboribus *etc.* unde alie sex uncie fuerunt q. Marie h. f. germane sue, quam partem habet ecclesia sancti Laurentii iuris illorum Carazzulorum et est signatum tali signo XXVIIII. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 69.

(1) I. e. seriolis. *Seriola* enim, diminutivum a *seria*, heic, et etiam apud Romanos, inter vasa fictilia, ut plurimum, sive vinaria sive olearia adnumeratur. In alio instrumento, a 1020 infra occurret *serulella pictula hab aqua sanctificata.*

Basilio et Constantino impp. a. 976-977.

210. Die 3 m. augusti ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 16, sed et Constantino m. i. an. 13. Maria, Sergius et Leo, uterini germani filii q. d. Stephani Modiosoldi, definiunt questionem cum Gregorio filio q. d. Stephani, de altercatione, quam inter eos habuerant, dicendo pars eiusdem Gregorii, ut ipse et parentes sui viam habuissent ad casalem suum de moletiana, hoc est da fine de via publica et abinde per capite de ribum, qui dicitur montenara, ex ipso capite ex ipsum ribum qui est a parte meridiana et est coniunctum cum memorata via publica, et quomodo ascendit et badit per scapula et ab ipsa scapula quomodo badit per cabuschella et inde badit directum per terram dictorum germanorum, quam comparatam havent da d. Petro Ipato, et abinde quomodo badit inter fine de terra eiusdem Gregorii, que est clusuria, et inter terram memorati genitoris eorum et abinde usque ad ipsum casalem cum omni eiusdem utilitate. Pars autem dictorum germanorum asserebat, ut non esset veritas, sed ipse Gregorius biam habuisset ad suum casalem per viam que venit da mare. Et dum multum inter eos intentiones oriretur, iudicatum est inter eos, ut si ipsi germani potuerint ostensionem facere quomodo ipse Gregorius per ipsam viam infra 40 annos non handasset, set andaret per ipsam viam que venit da mare, iusiurandum poneret cum testibus; sin autem ipse Gregorius iuraret, et diceret quia ipse et parentes sui per 40 annos viam habuissent cum omni eorum utilitate ad dictum casalem per rivum, scapulam, cabuschellam et terram dictorum germanorum, ut superius dictum est. Et quia pars ipsorum germanorum non valuit taliter illud ostendere, ideoque in presenti recipiunt a parte dicti Gregorii memoratum sacramentum et definiunt intentionem in omnibus. Insuper ipsi germani promittunt ut si quavis persona surrexerit et ipsum Gregorium et heredes eius quesierit per memoratam chartulam comparationis, illos desupere tollere et tacitos facere deveant; pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium curialem. Signum manus de memoratis germanis. Et hoc memorati sunt ut tota dicta via essere devead de latitudine quantum est memorata....... Testes : Sergius filius d. Petri, Cesarius filius d. Sergii et Gregorius filius d. Iohannis.— (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 412). Pergam. cit. t. III, n. 98; R. N. A. M. t. II, p. 242. (976)

211. Die 2 m. februarii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 17, sed et Constantino frater eius m. i. an. 14. Petrus filius q. Iuliani, cui supra nomen Corbi, qui fuit habitator supra clibum ad S. Petrum ad paternum, cum consensu Eufimie genitricis sue et Anne coniugis sue, vendit et tradit d. Stephano militi, filio q. d. Leonis militis, et d. Pitru h. f. iugalibus, integras sexuncias suas de fundo posito in dicto loco ad S. Petrum at paternum, qui coheret sibi ab uno latere fundo de illi Bobuli, sicuti inter se termines exfinat, et ab alio latere alias sexuncias dicti fundi quas dictus Stephanus comparatas habebat a congregatione chartule S. Petri at illi Ferrarii distributoribus anime dicti q. Iuliani, et ab uno capite coheret via, que vadit inter ipsum fundum et fundum de illi Medici, et ab alio capite est terra heredum d. Bitaliani Pellari, sicut inter se sepis exfinat. De qua *etc.* et a presenti *etc.* et neque *etc.* Insuper et ab omni homine *etc.* propter quod accepit auri tari 14. Actamen stetit ut ipse venditor, quando at an- (977)

testandum provocatus fuerit ab emptore, iste ostendere debeat chartulam comparationis, quam ipse genitor ipsius venditoris apprehensit a Marino aurifice, filio q. Iohannis aurifici, et aliam chartulam securitatis, quam memoratus Iulianus apprehensit da Cesario presbitero et cymiliarca sancte Neapol. ecclesie, et a cuncta congregatione chartule ecclesie Stephanie et a congregatione chartule S. Pauli; pena vero in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Iohannem tabularium. Signum manus memorati Petri. Testes: Gregorius filius d. Stephani, Theodorus filius d. Ursi et Sergius filius d. Iohannis monachi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 638); Pergam. cit. t. III; R. N. A. M. t. II, p. 246.

(977) **212**. Die 3 m. magii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 17, sed et Constantino frater eius m. i. an. 14. Hanna h. f. filia d.... ani cum consensu d. Stephani viri sui dat.... Palumbo, seu Stephano et Millitum, nec non et Marino, uterinis germanis filiis q. Iohannis monachi de loco Maranum et eorum heredibus ad laborandum integras tres petias de terra sua positas in loco, qui nominatur Faragnanum una vero coheret sivi ab uno latere via publica, et ab alio latere coheret terra et de uno capite terra de illi Buccatorii et de alio capite terra heredum q. Cesarii Farricelli; secunda vero coheret sivi ab uno latere terra heredum de illi Brancatii, ab alio latere terra de illi Buccatorii, et de uno capite terra de heredes d. Stephani ducis, et ab alio capite terra de memorati Buccatorii; et tertia petia coheret iterum ab uno latere cum terra de illi Brancatii, et de alio latere coheret terra de illi Buccatorii, et de uno capite terra heredum d. Stephani ducis et de alio capite terra et terminis de illa comunalia; in eo enim tenore ut illas bene et diligenter lavorare et arbustare et vitare, et caucuminas et vites plantare debeant, et a modo usque in tres annos, dum memorate terre non obumbraverint de memorato pastino, in omni anno dare debeant ipse Anne modia octo de quod ibi seminaverint et unum parium de pulli, et usque quo salierit ipse arbustus ad hornas 10 de vino mundo, illum frugiabunt, et quantum compleverint tres anni da inde in supra, ubi obumbraverit memoratas terras ipse pastinus, dare debeant terraticum eximplice. Quando autem ipsi germani fecerint in dictis terris hornas decem vini mundi in supra tunc dividere promittunt illum per medietatem, et ubi ipse arbustus bene refectus fuerit, ut dicant boni homines quod siat bonus arbustatus, tunc ipsi germani tollent de una de memoratis terris ante sortem modia duo per passus ubi voluerint, et reliquum totum alium divident inter ipsos, et dictam Annam vel eorum heredes. Et postquam diviserint, ipsam sortem, que ipsam Annam tetigerit, ipsi germani lavorare debeant in parte, ut facit totus ipse locus, excepto si paruerit quod lavorare non potuerint. Insuper stetit ut si ipsa Anna vel memorati germani, aut illius vel istorum heredes propriam partem advendere abuerint, illam inter se vicissim dare debeant in pretio quod fuerit appretiatum a christianissimis viris; et qui ex ipsis vel eorum heredibus inter eos emere voluerit, cuique dare voluerit, licentiam habeat; pena vero in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorate Hanne. Stephanus subscripsit. Testes: Sergius filius d. Cesarii prefecti, Marinus filius d. Sergii et ΠΕΤΡΟΥϹ

Basilio et Constantino impp. a. 977-978.

ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ϹΕΡΓΙΙ i. e. *Petrus filius d. Sergii.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 788). Pergam. cit. t. III, n. 101; R. N. A. M. t. II, p. 250.

213. Die . . . . . iunii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 17, sed et (977) Constantino m. i. fratre eius an. 14. Theodonanda abbatissa monasterii S. Marcellini petit a d. Leone ven. presbitero eccl. S. . . . . . Neap. ecclesie, dispensatore monasterii b. Archangeli, qui nominatur ad Circum, ut procedat ad locationem fundi dicti monasterii qui nominatur Catulli cum campis, silvis, pascuis, montibus, collis *etc.* ad colendum, meliorandum et lavorandum pro annis 29. — *Notam. instrum. S. Marcellini*, p. 204.

214. Die 9 m. nobembrii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 18, sed (977) et Constantino m. i. frater eius an. 15. Iohannes, filius q. d. Petri, cui super nomen Picտuli, cum voluntate presentis Drosu h. f. coniugis sue, pro Domini ammore et redemptione anime sue, offert et tradit d. Iohanni ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Baschi qui *etc.* et in eodem sancto monasterio integram portionem suam de fundoris, seu de terris et silvis positis in loco qui vocatur Arinianum una cum arvoribus *etc.* De qua nihil *etc.* ita ut *etc.* et neque *etc.* eo quod scribere dignatus fuerat in sacro dypticos monasterii nomen suum et coniugis sue; pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memoratu Drosu. Iohannes subscripsit. Testes: Theodorus filius d. Ursi, Iohannes tabularius, et Iohannes filius d. Stephani. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 869). Pergam. cit. t. IV; R. N. A. M. t. II, p. 252.

215. Die 17 m. magii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 18, sed et (978) Constantino m. i. frater eius an. 15. Petrus et Stephanus, filii de Trasari, cui supra nomen Rico, commanentes in loco, qui vocatur Casaurea raviosa, promittunt d. Iohanni ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* cuius hospites et servi sunt a partibus militie et a partibus Langobardorum, eo quod chartulam habuerant a dicto igumeno et cuncta congregatione monachorum quatenus amodo et semper ipsi et heredes eorum licentiam haberent a libero maritare et uxorare, ideo promittunt ut amodo et semper ipsi et heredes eorum masculi fundati et servi monasterii esse debeant in tertia eiusdem de fundo ex ipso loco Casaurea, et dare et persolvere dicto monasterio omne serbitium et censum seu consuetudinem per ratiocineas, sicut fecerunt ipsi et parentes eorum, salvo quod a libero maritare licentiam habeant, et, si ex ipsis masculi non remanserint, una ex feminis et heredes eius fundata esse debeat in dicta tertia eiusdem monasterii; pena vero in auri libra 1 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Stephani et Petri. Testes: Theofilactus filius d. Stefani, Cesarius filius d. Sergii monachi et Theophilactus filius d. Gregorii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1073). Pergam. cit. t. IV; R. N. A. M. t. II, p. 254.

216. Die 10 m. iunii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 18, sed et (978) Constantino m. i. an. 15. Theodonanda, humilis abbatissa monasterii S. Marcellini una cum cuncta congregatione monacharum eiusdem monasterii cum Domini ausilio convenit cum Marino filio q. d. Iohannis et dividunt inter se in secundam partem integras duas

terras, que vocantur ad atranum, positas ad subfretarii, territorio putheolano. Unde medietas pertinebat in dicto monasterio per dispositum q. d. Marini thii eiusdem Marini, et alia medietas ipsi Marino per q. d. Mariam h. f. genitricem eius; de qua tetigit eum exinde in memorata portione prima; idest portio in trabersum divisa de una ex ipsis terris a parte meridiana et iuxta viam, in qua est palmentum et gripte, et tetigit ipsum monasterium reliquum ex ipsa a parte septemtrionis iuxta terram monasterii S. Dimitrii, et memoratum palmentum et gripte remanserunt communiter inter duas portiones, via vero, ubi necessa fuerit, uni alterius inter eos posterisque eorum dare debeant; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium curialem. Signum manus memorate Theodonande abbatisse, Anne monache, Drosu monache, et *alterius* Anne monache ipsius congregationis. Testes: ϹΤΕΦΑΝΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ $\overline{\Delta N}$ $\overline{I\Omega}$ i. e. *Stefanus filius d. Ioannis*, Iohannes filius d. Sergii, et Iohannnes filius d. Gregorii. — Pergam. cit. t. IV, n. 105; R. N. A. M. t. II, p. 256.

(978) **217**. Die 30 m. augusti ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 18, sed et Constantino m. i. frater eius an. 15. Horta intentione inter Annam h. f. filiam q. d. Aligerni monachi, cui supra nomen Pictuli, relictam q. d. Gregorii, et d. Iohannem ven. igumenum monasterii Ss. Theodori et Sebastiani qui appellatur *etc.* propter terram que vocatur Karictura, positam in loco qui vocatur Pumilianum, quod est foris arcoras dudum aqueductus; coherentem sibi ab uno latere terra heredum q. d. Iohannis prefecti, cui supranomen Alfani, et ex alio latere terra heredum q. d. Aligerni Bulcani, de uno capite terra heredum q. d. Aligerni prefecti Morfissa, de alio capite via publica; de qua terra pars ipsius Anne quesiverat ipsum igumenum dicendo, quia memorata terra sua esset et genitor suus eam tenuit et dominavit per 40 annos, et ipse igumenus asserebat, ut ipsa, qualiter per memoratas coherentias exegregaverat, propria esset memorati monasterii et ipse et antecessores sui tenuissent et dominassent illam per 40 annos et minime genitor eiusdem Anne eam dominasset infra 40 annos. In hoc iudicatum est inter eos, et exinde ipsa Anna suscepit a parte monasterii sacramentum qualiter superius ipse igumenus asseruerat, et definivit questionem in omnibus; et neque *etc.* Insuper omni tempore ipsa et heredes sui omnes consortes viri et consobrini sui et heredes eorum desuper tollere debeat; pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorate Anne. Testes: Marinus filius d. Cesarii monachi, Stephanus filius d. Ursi, et Iohannes filius d. Gregorii.— (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 476). Pergam. cit. t. IV; R. N. A. M. t. II, p. 258.

(978) **218**. Die 15 m. septembris ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 19, sed et Constantino m. i. frater eius an. 16. Gemma h. f. filia q. Stephani monachi, qui nominatur Pampadeum, relicta autem Stephani, qui nominatur Cannabarii, vendit et tradit Drosu filie Maladri monachi de loco, qui vocatur Pomecaria, coniugi Iohannis de Tertium et Marie filie Petri de Leone audemundum de memorato loco, coniugi presentis Stephani de caccutum de decivile de Tertium, seu Theodonande, filie Iohannis de Masteleone, coniugi presentis Petri, filio memorati Caccuti de Tertium, integram unam corrigiam suam de

Basilio et Constantino impp. a. 978-979.

terra, que nominatur in campo de lucia, positam in memorato loco Tertium, et coherentem sivi hab uno latere terra Iohannis calciolarii, qui nominatur Malangoni, et de alio latere terra Iohannis monachi, filio q. Cesarii, seu et terra heredum q. Petri monachi, qui nominatur Butiaspe, de uno capite terra q. Christophori comitis; ad vero alio capite est fundum eiusdem Gemme, sicut sepis exfinat. De qua nihil *etc.* ita ut a nunc *etc.* et neque ab ipsa *etc.* Insuper omni tempore antestare *etc.* pro eo quod accepit auri tari 35, et pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Petrum curialem. Testes: ΘΕΟΔΟΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ..... i. e. *Theodorus filius d.....* Stephanus filius d..... et Iohannes filius d. Petri monachi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 436). Pergam. cit. t. IV, n. 106; R. N. A. M. t. II, p. 260.

219. Die 19 m. nobembrii ind. VII. Putheoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 19, (978) sed et Constantino m. i. frater eius an. 16. Merissi divisionis facta a Sergio et Heupraxia, germanis filiis q. Iohannis devoti monachi, et Saviniano filio q. Iohannis Farricelli una cum voluntate memorati Iohannis genitoris et consogrunii eorum, etiam memorata Eupraxia cum voluntate Iohannis viri sui, et memorati germani pro vice et portionibus etiam Iohannis germani eorum, qui infra etate esse videtur, et ipse Saviniano pro vice Maru nurus sue, que infra etate esse videtur, de campo qui vocatur serana, posito in territorio putheolano, quem memoratus genitor et consogrunius ad pastinandum apprehensit per chartulam a d. Iohanne ven. igumeno monasterii Ss. Theodori et Sebastiani, qui *etc.*; quem dividere visi sunt in duas partes inter ipsos et memoratum d. Iohannem igumenum. Unde tetigit in prima portione dicti igumeni pro sex unciis et pro uno modio, quem per passus super partem ipse tollere debebat, portionem dicti campi, hoc est a parte septentrionis secus viam publici una cum palmento fabrito qui ibi esse videtur; et in portione secunda tetigit reliquum ex ipso campo a parte meridiana iuxta caba, quod est in trabersum divisum, qualiter tres termini exfinant, primus vid. qui est fictus in egripum parte horientis et quomodo vadit rectum in secundo et tertio, qui est fictus in cilio de scapula parte occidentis; et prima portio una cum arboribus *etc.*, gripte vero et pischine, que sunt in secunda portione cum introitas suas remanserunt communales perenniter, et in secunda portione palmentum fabritum ambe partes facere debent ad commune expendium, et donec factum fuerit licentiam habeat secunda portio calcare et vindemiare in palmento prime portionis; omnes autem legationes, quas continent chartule pastinationis, sint firme. De scapulis denique dicti campi ambe partes stabunt ad legem, eo quod non sunt pastinate, et quantum ex eis sunt in secunda portione, fiant ad legem, si per legem potuerit; et si per legem non potuerit illas habere, fiant memorati igumeni; pena vero in auri libra 1 byth. Scripta per Iohannem curialem. Signum manus memorati Sergii et Eupraxie. Signum manus Saviniani. (*Deest vero subscriptio testium et absolutio curialis*). — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 363). Pergam. cit.; R. N. A. M. t. II, p. 262.

220. Die 1 m. ianuarii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 19, sed (979) et Constantino m. i. frater eius an. 16. Marinus filius q. d. . . . . . dudum prefecti et for-

tiori civitate Syrrentine, postmodum vero monachi, commutat et tradit] d. Iohanni ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui *etc.* integras duas terras suas in loco, qui vocatur Malitum, pertinentes sibi de fundo suo de carpinianum una cum arvoribus *etc.* ex quibus una petia, que dicitur de illi de carpinianum, coheret sibi hab uno latere parte septemtrionis terra Stephani Katitilla, et ex alio latere parte meridiana terra Stephani filii Leonis, de uno capite parte horientis terra Leonis presbiteri, serbi sui, filio Carpiniani item serbi sui, de alio capite parte hoccidentis terra Niceta filio d. Sergii, et havet de longitudine pro unoquoque latere passos 84, et de latitudine pro unoquoque capite passos 8; secunda petia, que vocatur castanietum, coheret hab uno latere parte septemtrionis terra memorati Leonis presbiteri servi eiusdem Marini, de alio latere parte meridiana terra memorati Stephani filio memorati Leoni, de uno capite parte horientis terra Stephani herarii, de alio capite via publica, et havet de longitudine pro unoquoque latere passos 34 et de latitudine pro unoquoque capite passos 15 ad passum ferreum sancte Neap. ecclesie, et insimul commutat et tradit portionem suam de monte de Casapauli et de monte a pretis de mole. De qua nihil *etc.* ita *etc.* Insuper promittit eos a partibus militie et a parte bardorum antestare et defensare; propter quod ad vicem commutationis accepit integras duas terras positas in ipso loco Casapauli, que obvenerunt dicto monasterio a q. d. Anna monacha parente eiusdem Marini per chartulam offertionis, quam apud se ipse igumenus habebat; ex quibus una petia, que vocatur pratum, coheret ab uno latere parte horientis terra heredum d. Gregorii monachi Vobuli et havet ibidem longitudine passos 37, et ex alio latere parte hoccidentis terra heredum d. Gregorii monachi Bulcani soceri sui et havet ibidem longitudine passus 41, de uno capite parte septemtrionis terra heredum Leonis, filio Stephani Kata domini Amatiaspi et havet ibidem latitudine passos 21, de alio capite parte meridiana via et havet ibidem latitudine passos 20; alia vero terra, que vocatur ad quaranta hordine, coheret de uno latere parte horientis terra heredum memorati soceri sui et havet ibidem longitudine passos 42, de alio latere parte hoccidentis terra heredum Iohannis Kata Pantaleonem comitem et havet ibidem longitudine passos 49, de uno capite parte septemtrionis terra heredum memorati Leonis filii memorati d. Stephani et havet ibidem latitudine passos 33, de alio capite parte meridiana est ribum et havet ibidem latitudine passos 39, et insuper portionem ex integra terra dicti monasterii, que vocatur Casavituli una cum arboribus et holibis *etc.* et pertinet dicto monasterio per dispositum q. Iohannis buccafargula. Unde nihil *etc.*, sicuti et quomodo continet alia chartula commutationis, quam ipse igumenus cum sua congregatione monachorum eidem fecit; pena in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Marinus subscripsit. Testes: Gregorius filius d. Marini, CΤΕΦΑΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ i. e. *Stefanus filius d. Ioannis* et ΜΑΡΙΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ i. e. *Marinus filius d. Ioannis.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 973). Pergam. cit. t. IV, n. 108; R. N. A. M. t. II, p. 264.

(979) **221.** Die 7 m. februarii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 19, sed et Constantino m. i. an. 16. Bona filia q...... Drosu iugalium cum consensu Petri viri sui

Basilio et Constantino impp. a. 979.

et abitatores in loco qui vocatur..... vendit et tradit Iohanni et Pitru iugalibus et abitatoribus in Octaianum istius territorii integram unam terram suam, que vocatur cisminiana at S. Sossium at Pischinule una cum arboribus *etc*, que coheret sibi a duobus capitibus terra d. Stephanaci hum. presbiteri, et *de uno* latere terra que fuit Romani, et de alio latere terra Marie Surrentine; que sibi obvenit a q. Petro Primicerio et Maria, iugales, per morgingabtum suum quod sibi dare debuerunt ipsi iugales per chartulam; unde nihil *etc*. et a presenti die *etc*. et neque *etc*. Insuper et ab omni homine *etc*. propter quod accepit exinde auri tari 20; pena vero in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus memorata Bona. Testes: Leo filius d. Gregorii, Sergius filius d. Theodori et Anastasius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 484). Pergam. cit. t. IV, n. 109; R. N. A. M. t. II, p. 267.

222. Die 1 m. aprilis ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 19, sed et (979)
Constantino m. i. frater eius a. 16. Iohannes filius q. idem d. Iohanni promittit Maru h. f. et Stefano huterinis germanis suis et supradicta Marum h. f. conius autem Petri cognati sui propter septem chartulas communis merissis, quas ipse . . . conserbandas . . . et sunt ipse chartule; in primis chartula membrana scripta, quod . . . atis, quam fecit Petrus et Anna iugales d. Iohanni genitori eiusdem Iohannis de illa via.... secunda item membrana, quam fecit q. Stephano filium q. d. Iohanni . . . de alia via; tertia chartula promissionis iterum membrana scripta, quam fecit q. Iohannes filius q. Anastasii habitatore da Malitu iterum ad memorato d. Iohanni genitori ipsius Iohannis de illa terra ad illum campum qui dicitur.... nia; quarta chartula de tummo scripta, quam fecit Iohannes miles filius q. d. Petri militis ad q. d. Theodoro miles; quinta chartula merissi divisionis de tummo scripta, facta a q. d. Maru h. f. filia q. d. Iohannis dudum tribuni et q. d. Leontum iugalium personarum cum consensu q. d. Stephani viri sui, quam fecit ad q. d. Maria h. f. germana sua, conius q. d. Theodori comite; sesta chartula servitutis iterum de tummo scripta, quam fecit q. Leone et Iohanne, germani filii q. d. Gregorii..... dudum tribuno et Gregorio clerico germanis filiis q. d. Sergii monachi de una sepultura; septima chartula comparationis de tummo scripta, quam fecit q. d. Iohanne filium q. d. Gregorii et q. d. Maria h. f. iugalium personarum at eidem d. Iohanne dudum tribuno filium q. idem d. Gregorii dudum tribuno. Ideo promittit nominatas 7 chartulas, quas apud se habere confitetur ad conserbandum, ut omni tempore ipse et heredes sui salbas habeant pro sua et germanorum suorum salbatione, et nullo modo presummet ipsas chartulas abscondere aut subcelare, et quando ipsis germanis ex ipse chartule necessum fuerit ad causandum pro vice et portionibus de omnia quantum ipsos germanos impartita tetigit per merissim divisionis, quam fecerunt et aduc facere habent, statim eas monstrare debeat ad relegendum sine omnis astinentia et tarditatem; et postquam exinde finem fecerint, statim eas sibi vel heredibus suis rebocare debeant; pena auri sol. 15 byt. Scriptum et actum per Iohannem notarium. Signum manus memorati Iohannis. Testes: Petrus filius d. Stefani, ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΕΡΓΙΙ, i. e. *Ioannes filius d. Sergii*, et Leo filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Gregorii* n. 341); Minieri, *O. c.* n. 4.

Basilio et Constantino impp. a. 979.

(979) **223**. Die 8 m. magii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 19, sed et Constantino m. i. frater eius an. 16. Merissi divisionis facta ab Urso filio q. Iohannis, abitante de loco, qui nominatur Nepetianum super clibum de galloro, de una petia de terra, posita in memorato loco, quam divisit in tertiam partem inter ipsum et Leonem filium q. Tauri thium suum, et Gregoriam filiam q. Lupi, coniugem dicti Leonis thii sui. De qua tetigit in ista portione tertia memoratam Gregoriam, idest portio ex ipsa terra, que est a parte horientis iuxta fundum, quem communiter diviserunt; unde alia portio ex ea a parte hoccidentis, que est in medio et est intrabersum divisa, tetigit in portione secunda memorati Leonis, vie vero, ubi necesse fuerit, dare debent vicissim, et pars, qui se retornare presumpserit, componat auri sol. 12 byth. Scriptum per Leonem curialem, (*omittitur vero absolutio eiusdem*). Signum manus Ursi, Leoni et Gregorii. Testes: Iohannes filius d. Gregorii, Gregorius filius d. Ursi, et Sergius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 404). Pergam. cit. t. IV, n. 110; R. N. A. M. t. II, p. 269.

(979) **223***. *Alia charta eiusdem divisionis pro portione secunda Leonis filii q. Tauri eodem die et pari tenore facta, et iisdem notis chronologicis signata, nec non a testibus iisdem subscripta et item non absoluta a curiali.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 417). Pergam. cit. t. IV, n. 417; R. N. A. M. t. II, p. 270.

(979) **224**. Die 10 m. magii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 19, sed et Constantino m. i. frater eius an. 16. Leo filius q. Tauri et Gregoria filia q. Lupi, iugales, et Ursus filius q. Iohannis cum consensu Maru coniugis sue, thius et nepos, habitatores de loco, qui nominatur Nepetianum super clibu de galloro, vendunt et tradunt d. Stephano ven. presbitero filio q. d. Leonis, custodi ecclesie S. Seberi, integram petiam de terra eorum, positam in memorato loco una cum arboribus *etc.*, et portiones de fundiciolo, qui est coniunctum in uno capite cum dicta petia de terra, et dicta terra coheret ab uno latere parte septemtrionis terra de memorata ecclesia S. Severi, et ab alio latere a parte meridiana terra d. Petri Palamenestra, ab uno capite a parte hoccidentis terra de illi Basadamnasa, sicut sepis et fossatus exfinat, et ab alio capite a parte horientis memoratum fundiciolum commune, et ipse fundiciolus coheret a parte septemtrionis cum fundo memorate ecclesie S. Severi, a parte meridiana cum fundo memorati d. Petri, a parte horientis cum fundo de illi dentici et a parte occidentis cum memorata petia de terra, quam superius vendiderunt; unde nihil *etc.* set a presenti *etc.* et neque *etc.* insuper et ab omni *etc.*, propter quod accepit auri tari 17; et pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Leonem curialem. Testes: Sergius filius d. Iohannis monachi, Iohannes filius d. Gregorii, et Theodorus filius d. Ursi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 802). Pergam. cit. t. IV, n. 112; R. N. A. M. t. II, p. 271.

(979) **225**. Die 12 m. magii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 19 sed et Constantino m. i. frater eius a. 16. Stephanus monachus, cui supra nomen Iconianum, filius q. Iohannis de loco, qui vocatur Pumilianum, quod est foris arcoras dudum acqueductus, pro Domini ammore et redemptione anime sue offert et tradit d. Iohanni ven.

igumeno monasterii Ss. Theodori et Sebastiani qui *etc.* et per eum in eodem monasterio integrum fundum suum et integras omnes terras suas positas in eodem loco, utrasque una cum arboribus *etc.* De qua nihil *etc.* excepto uno modio de terra, que vocatur sianellum pictulum, quem donavit ad q. Iohannem privignum suum a quale latere vel capite ei ipse igumenus dare voluerit per passos, sicut consuetudo est mensurare, ad passum ferreum sancte Neap. ecclesie ; unde nihil *etc.* et neque *etc.* , eo quod in dicto monasterio receptus fuerat , ubi eum ipse igumenus et posteri eius nutrire , vestire et calciare debeant , sicuti ceteri monachi cenobiati. Ita et ipse Stephanus in obedientia et servitio esse promittit, ut regula b. Basilii docet; et numquam presummet ex ipso monasterio exire *etc.* pena vero in auri libra 1. byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Stephani. Et hoc memoratus est quia et offert et tradit memorato monasterio et omnes licerem et pertinentias suas de silvis et padulis ex ipso loco. Testes : Iohannes filius d. Cesarii monachi, Sergius filius d. Aligerni prefecti et Cesarius filius d. Petri. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 443). Pergam. cit. t. IV, n. 113; R. N. A. M. t. II, p. 273.

226. Die 16 m. martii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 20, sed (980) et Constantino m. i. frater eius an. 17. Iohannes et Stephanus, germani filii q. d. Stauracii, et ipse Iohannes cum consensu Maru h. f. filie sue vendunt et tradunt d. Iohanni ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Baschi qui nunc *etc.* integras quatuor uncias suas ex integro fundo et de integra corrigia de terra in uno coniunctas, que fuerunt q. Marie h. f. thie eorum, que fuit uxor d. Iohanni q. monachi eiusdem monasterii, positas in loco S. Petri ad paternum, que indivise reiacent cum aliis duabus unciis q. Marie h. f. germane dictorum Iohannis et Stephani, quas venditas havet, et cum aliis sex unciis ecclesie S. Marie, que dicitur de domino reclauso; memoratus vero fundus cum ipsa corrigia hab uno latere parte septemtrionis coheret cum fundo memorati monasterii, et via communali , set inter hoc et memoratum fundum termines finiuntur , et ex alio latere parte meridiana cum fundo et terra q. Ursi Pilari , et fundo de illi Saviniani ; de uno capite parte horientis terra dicti monasterii et monasterii Ss. Severini et Sossi, ubi *etc.* ; de alio capite parte hoccidentis memorata via communalis. De qua nihil *etc.* ita ut ha nunc *etc.* et neque *etc.* Insuper omni tempore *etc.* pro eo quod acceperunt auri tari 20, et pro aliis tari 8 acceperunt quartam partem monasterio pertinentem ex integra una terra, que fuit memorate thie eorum, posita ad pedem de monte qui est in Quarto maiore, et que indivisa reiacet cum alia una quarta eorum et memorate germane eorum, cum alia una quarta memorate ecclesie S. Marie, et cum alia una quarta memorati monasterii Ss. Seberini et Sossii. Tantummodo stetit ut si memorata quarta pars ipsius terre plus fuerit de uno modio per passi , tunc per ratiocineas de dictis tari ipsi germani rendere ipsi igumeno debeant ; pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Memorata vero terra unde superius ipsi germani habuerunt quartam partem insimul coniungitur ab uno latere terra eorum. Signum manus memorati Iohanni et Ste-

phani. Testes: Gregorius curialis, Sergius filius d. Theodori et Stefanus filius d. Ursi. (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 633). Pergam. cit. t. IV, n. 115; R. N. A. M. t. II, p. 277.

(980) **227.** Die 15 m. aprilis ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 20, sed et Constantino m. i. frater eius an. 17. Romanus et Maria h. f., filius et filia q. d. Basilii et Anne h. f. iugalium, quamque Sergius filius d. Iohannis et q. Drosu h. f. iugalium, hoc est thios et nepotem, et memorata Maria cum voluntate presentis d. Stephani viri sui pro Domini ammore et redemptione anime eorum offerunt et tradunt d. Iohanni ven. igumeno monasteri Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* et per eum in eodem monasterio, portiones eorum de casali constituto in loco, qui vocatur Quarto pittulo, quod est foris flubeum, et ipse Romanus integram portionem suam et portiones q. Marini et monastrie germanis, thio et thia suis, et ipsa memorata Maria integram portionem suam et ipse Sergio integram portionem memorate genitricis sue, que indivise reiacent cum aliis portionibus de ceteris consortibus eorum, unde ab eis iam offertam ipsum monasterium habet, et portio ipsius Marini ad ipsum Romanum pertinet per et portio memorate monastrie ad eum pertinet per chartulam concessionis a publica potestate, quam promittunt ostendere et monstrare ad relegendum, ubi necesse fuerit. De qua nihil *etc.* et ha nunc et deinceps *etc.* et neque *etc.*, eo quod ipse igumenus nomina eorum scribere dignatus fuerat in sacro dypticos monasterii; pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum per Iohannem curialem, (*sed deest absolutio eiusdem*). Testes: Gregorius filius d. Iohannis, Cesarius filius d. Petri et Theofilactus filius d. Gregorii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 208). Pergam. cit. t. IV, n. 117; R. N. A. M. t. II, p. 280.

(980) **228.** Die 23 . . . . . ind. VIII. Neapoli Imperante d. n. Basilio m. i. an. . . . . . sed et Constanrino m. i. frater eius an. 17. Sergius et Leo, humiles presbyteri custodes ecclesie vocabulo b. et gloriose Dei genitricis semperque virginis Marie d. n. qui dicitur de domino reclausum, site in vico, qui vocatur Danielis, cum voluntate presentibus d. Gregorii et Sergii germanis filiis q. d. Iohannis, et Maru h. f. filia q. d. Iohannis, consensiente ad ea d. Theodoro viro suo, et Maria h. f. filia q. d. Iohanni Quinthi vicedomini, relicta q. Iohannis vicedomini, hoc est exadelphi dominii dicte ecclesie, vendunt et tradunt d. Iohanni ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui *etc.* integras sexuncias eorum iuris memorate ecclesie ex integro fundo et de integra corrigia de terra, posita vero ad S. Petrum ad paternum, que sexuncie fuerunt q. d. Marie h. f., que fuit uxor d. Iohannis q. monachi in dicto monasterio et indivise reiacent cum aliis 4 unciis, quas monasterium emptas habebat a q. Iohanne et Stephano filiis q. d. Stauracii per chartulam comparationis, et cum aliis duabus unciis Marie h. f. filie memorati Stauracii, et memoratus fundus cum memorata corrigia insimul coheret hab uno latere parte septemtrionis cum fundo memorati monasterii et via communali, et ex alio latere parte meridiana cum fundo et terra q. Ursi Pilari, et cum fundo de illi Saviniani, de uno capite parte horientis cum terra eiusdem monasterii et cum terra monasterii Ss. Severini et Sossi, de alio capite parte hoccidentis cum via communali. De qua nihil *etc.* ita ut ha

nunc etc. et neque *etc.* pro eo quod acceperunt auri tarì 30; pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Gregorii et Sergii, et Maru et Marie, hoc est exadelphis. Sergius presbyter et Leo presbiter subscribunt. Testes: Gregorius filius d. Cesarii, Iohannes filius idem d. Iohanni tabularii et Gregorius filius d. Leoni. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 639). Pergam. cit. t. IV; R. N. A. M. t. II, p. 282.

229. Die 11 m. martii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 21 sed et Constantino m. i. an. 18. Stephanus et Aligernus, uterini germani filii q. d. Iohannis cum consensu d. Marie h. f. genitricis eorum dant ad responsaticum Angelo, filio q. d. Odi, habitatori in loco, qui nominatur Casa aurea raviosa, duas partes de terra eorum, que nominatur cesumeruli, posita at padule, que indivisa reiacet cum una tertia de terra dicti Angeli, quam comparatam habet per chartulam comparationis una cum arboribus *etc.* et coheret insimul ab uno latere terra que nominatur cabalione, quomodo fossatus exfinat, et de alio latere terra Landelfrida iudicis, et de uno capite terra Papari Langobardi, et de alio capite terra de hominibus de Pastoranum, quomodo fossatus exfinat; in eo vero tenore, ut sit in potestate tenendi et dominandi eiusdem Angeli et suorum heredum; et tantum dare debeat omni anno in S. Marie de augusto mense triticum bonu siccum modia dua, tractum paratum ante regiam domus dictorum germanorum at modium iustum de comedendum, et da post vindemias usque in nativitatem Domini sive tres palumbos aut viginti merulas et curdos et non abeant licentiam ipsi germani illas partes de terra tollere eidem Angelo, danti et adimplenti memoratum responsaticum et memoratum asenium. Insuper stetit, ut si ipse Angelus memoratum responsaticum non atduxerit post festivitatem S. Marie dies octo, et dicti germani venerint illunc ad pignorandum, tunc ipsis germanis et at caballis eorum manducare et bivere dare debeat, ut iustum fuerit. Insuper ipsi germani promittunt antestare et defensare illum et suos heredes a partibus militie Neapolitanorum et a partibus Langubardorum; et quando ipse et heredes eius illos abrenuntiare voluerint licentiam abeant; pena in auri sol. 12 byt. Scriptum per manus Iohannis scriptoris discipuli d. Sergii tabularii. Actum per Sergium tabularium. Signum manus Aligerno. CΤΕΦΑΝΟΥC COΥΒ i. e. *Stefanus subscripsit.* Testes: Iohannes filius d. Marini prefecti et fortioris civitatis Surrentine, Aligernus filius d. Cesarii et Marinus filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Seb.* n. 777). Pergam. cit. t. IV; R. N. A. M. t. III; p. 1. (981)

230. Die 5 m. magii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. a. 21 sed et Constantino m. i. a. 18. Per suum dispositum q. Martino Calciolario natu q. d. Iohannis disponere visus fuit ut Anna posteriora coniux sua una cum q. Leone filio suo previgno daret ad eius obitum pro anima ipsius Martini de propria causa illorum auri tari 40, distribuendos per Stephanum abbatem presbiterum monasterii S. Pellegrini et Marinum filium q. d. Gregorii et Anastasium filium q. d. Iohannis, et memorata Anna genitrix et Leo filius haveret integram petiam de terra sua, positam ad illum arvore iuxta Miana cum arvoribus *etc.*, et si ipsa Anna et Leo memoratos 40 tarì dare noluerint, ipsi distributores licentiam haberent adprehendere et vendere memoratam terram, et pretium eius (981)

distribuere sicut memoratum dispositum continet. Et quia q. memorata Anna defuncta est, nunc ipsi distributores vendunt et tradunt Iohanni et dicto Leoni, germanis prevignis dicti q. Martini, memoratam petiam de terra, que coheret de uno latere et de uno capite cum terra heredum q. Iohannis Pirisini, et de alio capite cum terra S. Agathe de calcaria, et ex alio latere cum via pubblica, idest dicto Iohanni partem unam et dicto Leoni partes tres. De qua nihil *etc.* ita ut a nunc *etc.* pro eo quod acceperunt memoratos auri tari 40, vid. a memorato Iohanne tarì 10, et a memorato Leone tarì 30; quos per presens ipsi distributores dederunt pro anima ipsius Martini, sicut dispositum ipsum continet: pena statuta in auri sol. 24 byt. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Stephanus presbyter et abbas subscripsit. μαρινὲς διστορ σουβ i. e. *Marinus distributor subscripsit.* Anastasius distributor subscripsit. Testes: Iohannes filius d. Cesarii, ΘΕΟΔΟΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙ i. e. *Theodorus filius d. Gregorii*, et Petrus filius d. Stephani. — R. N. A. M. t. III, p. 3.

(981) **231**. Die 9 m. magii ind. IX. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 21 sed et Constantino m. i. frater eius an. 18. Visus itaque est Iohannes humilis igumenus monasterii Ss. Sergi et Bachi *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii et ecce a preteritis quinque annis commutavit Stephano et Iohanne, germanis filiis q. Palumbi et q. Eufimie iugalium personarum, havitatoribus in loco, qui vocatur Pumilianum . . . . . . dudum aqueductus de terra monasterii, que vocatur cesina, posita in eodem loco, et in vicem commutationis accepit integram unam petiam de terra dictorum fratrum, que vocatur campum maiore, posita in eodem loco, *sed* de die in diem secundum humanam neglegentiam minime inter partes exinde fecerunt chartulam commutationis. *Nunc vero* per hanc chartulam ipse igumenus confirmat et tradit memorato Stephano et Iohanni ipsum de memorata terra, que vocatur cesina, hoc est a parte hoccidentis una cum arvoribus *etc.* coherente sivi a parte horientis reliquum ex ipsa terra, quod in sua reservavit potestate . . . *passos* 78, et ex alio latere parte hoccidentis fundum de illi de Fermonsa, et habet ibidem de longitudine passos 80 . . . parte septentrionis terra heredum d. Gregorii de Cantellum habente ibi de latitudine passos 23, ad vero alio capite . . . habente de latitudine passos 20; mensuratos ad passum *etc.* De qua nihil *etc.* et neque *etc.* Insuper omni tempore *etc.* propter quod in commutationem accepit integra petia de terra, que vocatur campum maiore *coherente* a parte horientis terra d. Sergii filio d. Iohanni, et ex alio latere parte hoccidentis terra que fuit de illu Stroniolu, quem nunc detinet et . . . pro unoquoque latere passos 75; de uno capite parte septentrionis terra eiusdem monasterii et . . . . de latitudine passos 26, ad vero alio capite parte meridiana alia terra monasterii . . . . 27, mensuratos *etc.* Unde nihil *etc.*; pena statuta in auri sol. 36 byth. Scriptum per Petrum curialem. (*Desunt vero absolutio eiusdem et subscriptio testium*). — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 488). Pergam. cit. t. IV; R. N. A. M. t. III. p. 6.

(982) **232**. Die 18 m. ianuarii ind. (X) Neapoli. Imperante d. n. Alexio, (*l.* Basilio) m. i. a. 22, sed et Constantino fratre eius m. i. an. 19. Divisio bonorum inter d. Basilium,

et Bonam, fratrem et sororem, et inter Sergium filium q. d. Sergii ex una parte, et Mariam Merendam et Iohannem scriptorem ac Gregorium et Annam honestam puellam, uterinos germanos, filios q. d. Leonis curialis; qui fuit uterinus germanus prefati Sergii ex altera. Que quidem bona divisa sunt ea, que inferius, per loca et fines declarantur. In primis due domus corrigiola una de terra posita in Apolline una cum duobus intersicis suis; uno vid. in capite ipsius terre, qui est a parte meridiana de parte de Tregafica, et cum alio intersico suo, qui est in alio capite seu parte septentrionis, et alia corrigiola de terra posita in Ianula, que ad ipsas partes pertinet per q. d. Sergium, et q. d. Annam iugales genitores Sergii ipsius, et avii aliorum supra nominatorum cum eo. Una vero ex ipsis domibus posita in platea augustali, sita in mercato, et alia posita in vico S. Iuliane, regionis porte S. Ianuarii, una cum horticello et integra portione eorum de pischina; unde tetigit in ista portione secunda supra dictorum germanorum totos quatuor pro portione eorum exinde, que eis pertinet de d. Leone curiali genitore eorum, uterino germano ipsius Sergii; id est integram domum positam in supradicto vico S. Iuliane, regionis porte S. Ianuarii, una cum integro horto, iuxta ipsam domum, et cum integra portione de suprascripta piscina, que fuit supradictorum iugalium. Que quidem domus supradicta in vico S. Iuliane hos habet fines: ab uno latere est domus Sergii de Porta, de alio latere est coniuncta cum domo Rotunde de Adelfis, de uno capite est vicus publicus, et de alio capite est domus Iohannis. Et supradictus integer hortus hos habet fines: ab uno latere est hortus supradicti Iohannis de Adelfis, sicut inter se tres termini exfinant, de alio latere est hortus supradicte Rotunde, sicut inter se clusa exfinat, de uno capite est anditus comunis ipsarum partium et aliorum consortium ipsarum, de alio capite est viculis publicus, seu tetigit hic in ista portione secunda supradictis germanis. Et integra supradicta corrigia de terra posita in Apolline una cum supradictis duobus intersicis suis hos habet fines: ab uno latere est terra d. Oranie abbatisse, et terra S. Sergii et de alio latere est terra d. Accico, et de uno capite est terra............ et de alio capite est via publica, seu tetigit hic, et integra supradicta corrigiola sita in Ianula, que hos habet fines: ab uno latere est terra S. Marie, et de alio latere dicti Ioannis exadelfis, de uno capite est via publica, et de alio capite terra S? Rotunde; haec vero supradicta integra domus de porta cum suo integro horto et cum portione de supradicta piscina seu cum supradicta integra corrigia de supradicta terra de Apolline, una cum predictis duobus intersicis suis et cum supradicta integra corrigiola de Ianula, una cum aeribus et aspectibus et cum arboribus et fructibus suis et cum introitu suo et omnibus sibi pertinentibus. Unde ad vicem tetigit supradictum Sergium et integra seu supradicta domus posita in mercato una cum inferioribus et superioribus, et omnibus membris et cum portico et loca ante se, atque ad plateam publicam hos habet fines: iuxta domum heredum d. Leoni et de domino Maraspante, de alia parte est domus heredum d. Gregorii Surrentini, de uno capite est paries, qui dicitur Templi, de alio capite est supradicta platea publica. Hec vero integra supradicta domus de mercato tetigit una cum aeribus et aspectibus Sergio supradi-

Basilio et Constantino impp. a. 982.

cto etc. faciendo mentionem de legationibus et cartulis seu cautelis genitorum et consanguineorum ipsarum partium que sunt inter eas. Et est signatum tali signo CCCCLXXXXVIIII.— *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 216.

(982) **233**. Die 30 m. ianuarii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 22, sed et Constantino frater eius m. i. an. 19. Iohannes filius Petri de Gaiusu et habitator de loco, qui nominatur Tertium, *promittit* d. Gregorio ven. abbati monasterii S. Gregorii, quem de regionaria. . . clusuria de terra ipsius monasterii, que nominatur cesina, posita in memorato loco Tertium cum omnibus sivi pertinentibus et coheret de uno latere terra que fuit q. d. Mauri...... de memorato loco et ipsa clusuria ex omni parte sepis..... cum omnibus *etc.* quam ipse abbas sibi dederat ad lavorandum et pastenandum in eo tenore ut ipse et heredes sui illam bene et diligenter lavorare debeat suptus et supra et caucuminas et vites ponere et plantare, quantas necessum fuerit, et omnia quod ibidem dominus Deus dederit, inferius et superius super se illud tollere debeat, et quando ipse arbustus venerit at faciendum vinum hornas decem, preter terraticum, dare et atducere debeat usque ante regias monasterii de triticum quod ibi fecerit de quatuor partes eidem abbati suisque posteris unam; linum vero in sextam partem dividere debeat, unde ipse et heredes sui tollet partes quinque et abbas et posteri sui partem unam; mileum vero et fasioli et folia et cepullas et senas et stivalium et cucurbitas, que ibi fecerit, in quintam partem, unde ipse et heredes sui tollat quatuor partes et abbas et posteri sui partem unam. Quando vero memoratus arbustus fecerit memoratas vini hornas decem a tunc dare et atducere debeat de quod ibi seminaverit quantum ibi seminaturia de triticum introierit, preter de linum, item de sexta parte unam et item de mileum et de fasioli, de folia et de cepullas et de senas et de stivalium et de cucurbitas de quinta partem unam, et vinum ipse et abbas divident inter se per sex uncias; operarios vero at vendemiandum communiter pargiare debeant vinum at vivendum at ipsis operariis et hubas pro condituria communiter dabunt et quando per illuc ipse abbas at vendemiandum direxerit duas personas suas, eas nutrire debeat ut iustum fuerit. Saccapanna vero super se ipse Iohannes tollere debeat, et quantum fuerit medietate de vinum quod super ipsa aqua miserit, tantum abbati suisque posteris superiungere debeat de propria portione sua de vinum mundum. Portione autem abbatis ex ipsum vinum ipse Iohannes posterique sui trahere debeant gratis usque ante regias domui ipsius monasterii; portiones vero de memorata folia et de cepullas et de senas et de stivalium et de cucurbitas ipse abbas exinde trahere faciat, et numquam presumet ipsum Iohannem et heredes suos bene lavorantes et atimplentes omnia memorata in ipsa terra tollere nec ipse et heredes sui, usquequo ipsa terra tota fuerit plantata de caucuminas et vites, licentiam habeat illam abrenunciare, et a quo tota ipsa terra fuerit plantata a tunc quando ipse Iohannes et heredes sui illam abrenunciare voluerint, licentiam habeant; pena cui contra venerit statuta in auri sol. 20 biz. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorati Iohannis; et hoc memoratus est ut dum memorata clusuriam tenuerit quando per estate abbas et posteri sui illuc at

Basilio et Constantino impp. a. 982.

recolligendum direxerit unam personam suam item nutrire debeat. Testes: Petrus filius d. Stephani monachi, Iohannes filius d. Petri monachi, et Iohannes filius d. Gregorii. — (Ex arch. Cav. Arca III, n. 82). *Cod. dipl. Cavensis* t. II, p. 162.

234. Die 16 m. februarii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 22, sed et (982) Constantino m. i. frater eius an. 19. Merissi dibisionis facta a Sergio filio q. idem d. Sergii et d. Anne h. f. iugalium de fundoris et terris, que abent in Ianula, et Carpinianum per sex uncias cum Maria que clamatur Marenda et Iohanne scriptore seu Gregorio, quamque Anna h. f., uterinis germanis, filiis q. d. Leonis curialis, qui fuit uterinus germanus eiusdem Sergii, et ipsa Maria cum consensu Sergii viri sui. Unde tetigit in ista portione prima dicti Sergii idest sexuncias de fundo, posito in memorato loco Ianula, hoc est a parte horientis iuxta fundum Theodonande uxoris sue una cum duleo, quod est in memorato fundo; hunde reliqua portio ex ipso fundo, hoc est a parte occidentis iuxta fundum heredum d. Marini una cum palmento fabrito et suscetorio suo tetigit in portione secunda, et est memoratum fundum per trabersum dibisum et omni tempore ambe portiones exere debeant de longitudine et latitudine ad equale mensura; seu tetigit hic in ista portione et integra terra, que est illa curte de casale in memorato loco Carpinianum et est iuxta terram heredum d. Sillicti curialis, et de alio latere est coniuncta cum terra d. Iohannis filio q. d. Sergii; quamque tetigit hic in memorata portione et sexuncias de terra, que nominatur terra longa, posita in memorato loco Carpinianum, hoc est a parte meridiana iuxta terram heredum d. Cesarii Sarracini, unde reliqua portio ex ipsa terra, hoc est a parte septentrionis iuxta via publica, que pergit a Ligurie, tetigit in portione secunda, et memorata terra item est per traversum divisa ad equale mensura; seu tetigit in ista portione prima et integra terra, que nominatur ad cuniolum in dicto loco Ianula, un cum scapule sue et omnibus *etc.* tantummodo portio secunda de terra, que nominatur terra longa, debet dare viam ad ista portione prima per estate et per vindemias cum carro et per bernoticum cum bobus iunctis, et iterum portio secunda de fundo, qui est a parte occidentis, viam dare debeat ad portione prima cum omni sua utilitate; arbor vero et fructoras in cuius portione pedes tenuerit, si..... frugiare debeat cumque ei necesse fuerit. Legatio de dispositum de memoratis genitoribus et abiis eorum et alia legatio de chartula, quam fecit ipse d. Sergius, sint firme in perpetuum; pena in auri sol. 56 byth. Scriptum per Petrum scriptorem discipulum d. Gregorii curialis et scriniarii (*sine absolutione eiusdem*). Signum manus memorati Sergii. Signum manus memorate Marie et Gregorii et Anne. Et hoc recordati sunt quia tetigit in portione prima et portione de palmento cum subscetorio suo, que communiter abent cum Rotunda et Iohanne exadelphis germanis eiusdem Sergii. Iohannes scriptor subscripsit. Testes : Petrus filius d. Iohannis, ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Ioannes filius d. Petri* et Iohannes scriptor. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 285.) Pergam. IV, 123; R. N. A. M. t. III, p. 15.

235. Die... m. februarii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 22, sed (982) et Constantino m. i. frater eius an. 19. *Stephanus Ferrarius* filius q. Andree Ferrario

Basilio et Constantino impp. a. 982.

vendit et tradit d. Stephano monacho filio q..... h. f. hoc est iugalibus petiam de terra.. u pictulu posita in loco Iannula, et coherentem sivi ab uno latere terra eorum, et ab alio latere terra Sergii Ferrarii nepotis sui, ab uno capite exfinat egripus, et subtus ipsum egripum est alia terra eiusdem Stephani, quam in sua reservavit potestate, et ab alio capite terra quam detinet Leone Ferrarius. Unde nihil *etc.* set a presenti *etc.* Insuper omni *etc.* propter quod accepit auri tari septem. Insuper placuit eidem Stephano ut si coniux sua aut ipsius heredes ipsum emptorem quesierit et vincerit, clarafacta veritate, tunc ipse emptor aut eius heredes quantum perdiderint tantum atprehendere et restaurare possint in omni substantia de intus et foris eiusdem venditoris, et quod si persona in ipsa terra quavis habere semmitam quesierit, tunc emptor venditorem non provocet at chausandum aut at antestandum; pena in auri sol. 6 byth. Scriptum et actum per Leonem curialem. Signum manus memorati Stephani. Testes: Gregorius filius d. Ursi, Sergius filius d. Iohannis monachi et Iohannes filius d. Gregorii.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* p. 367). Pergam. cit. t. IV, n. 124; R. N. A. M. t. III, p. 17.

(982) **236**. (Christe fave). Die 15 m. magii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 22, sed et Constantino m. i. an. 19. Cum per preteritos annos Sergius, filio q. d. Gregorii monachi et q. d. Eufimie h. f. iugalium, et q. d. Stephanus monachus genitor Eufimie et Petri diaconi S. Neap. eccl., hoc est thio et nepotes, et ipsa Eufimia cum voluntate presentis Stephani viri sui, dividere visi fuissent, una cum d. Cesario germano et thio eorum, ospites de loco qui vocatur pariete ad illi graniarii, idest Iohannem ospitem eorum, filium q. Stephani similiter ospitis eorum, et Cicinum ospitem eorum, filium q. Benedicti similiter ospitis eorum de memorato loco una cum uxoribus filiis filiabus nuruis atque nepotibus ipsorum et cum illorum fundoris et terris et cespitibus et censum et regulis et salutes et cum omne illorum paratum et conquesitum et cum omnibus eis pertinentibus, et at vicem tetigit memorato Sergio Turbulum ospitem filium q. Landulfi ospitis, quamque et Fasanum et Iohannem exadelfos ospites filios q. Petri ospitis seu et Vonellam germanam memorati Turbi cum omnibus *etc.*; tetigit vero memorato Stephano Monacho Ro et Sillictulo quamque et Mictiulo germanos hospites filios memorati q. Stephani de dicto loco cum omnibus *etc.*, et eo quod a tunc de die in diem per negligentiam minime exinde inter eos septionem fecerant; nunc autem ipse Cesarius constrinxit ipsos germanos ut memoratam septionem et chartulam confirmationis facerent. Idcirco ipse Sergius et memorata Eufimia cum voluntate d. Iohannis viri sui, et iam dictus Petrus diaconus confirmant memorato d. Cesario anc chartulam, ita ut dicti Iohannes et Cicinus ospites cum omnibus *etc.* sint in sua et heredum suorum potestate in perpetuum, et reliqui supra memorati homines pertineant ad dictos thium et nepotes in perpetuum et ad singulos, quomodo super legitur; dispositum vero per memoratos iugales genitores et abios ipsorum, ut continet, sit firmum, et pena in auri sol. 40 byth. Signum manus memorate Eufimie. Petrus diaconus sancte Neap. eccl. subscripsit. Scriptum et actum per Sergium curialem. Sergius subscripsit. Et hoc memorati sunt sub manibus

ipsorum Petri diaconi et Sergii scriptum quia tetigit memorato Sergio idest Quinthello hospite filio memorati Petri ospiti eorum, germano dictorum Fasani et Iohannis. Testes: Iohannes filius d. Gregorii, Petrus filius d. Stephani monachi et Marinus filius d. Iohannis. — Pergam. cit. t. IV, n. 125; R. N. A. M. t. III, p. 19.

237. Die 24 m. magii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 22, sed et (982)
Constantino m. i. frater eius an. 19. Horta intentione inter Iohannem filium q. d. Aligerni et d. *Iohannem ven. abbatem monasterii* b. et glor. Dei genitricis semperque virginis Marie domine nostre siti ad illa turre ad illu torem super hercica quod est iuxta.... propter ecclesiam vocabulo b. Martini Christi confessoris, quam dictus abbas a nobiter fecerat.... domui sue coniunta vero a parte septentrionis et occidentis cum hortu dicti Iohannis, de qua ipse Iohannes quesiverat ipsum abbatem dicendo quia.... rationem ibi illam fecerat, quia domus ibi non fuit sic in altum edificata, etiam ab ipsa parte occidentali non habuit regias et fenestras; abbas vero asserebat, ut, quando ipsa domus edificata fuit, plus fuit, quam modo est, non minus, et sic in duas pinnas (1), sicut modo est, et in ipsa occidentali parte regias et fenestras habuit. In hoc iudicatum est inter eos, ut si baluerit pars ipsius abbatis ostensionem facere quomodo asserueerat cum ipsis testibus iusiurare *deberet* et ipse Iohannes poneret exinde securitatem; sin autem pars Iohannis sacramentum preberet de eo quod ipse asserebat, et haberet exinde chartulam securitatis. Et quia pars abbatis non baluit taliter, ut supra dictum est, ostendere, ita et nec pars Iohannis fuit exinde iusiurare; nunc autem iste accepit in presenti sacramentum a parte abbatis dicendo ut quando ibi domum abere fuit, si plus fuit quam modo est, non minus et sic fuit in duas pinnas sicut modo est in ipsa occidentali parte regias et fenestras habuit et definivit questionem in omnibus. Insuper de uno arvore quia ibi de eadem ecclesia est a parte propter una ficulnea, que ibi est a parte septentrionis, iudicatum est inter eos ut si ipse Iohannes baleret prebere sacramentum ut per 40 annos ibi fuissent, tunc haberet ibi illos; sin autem pars abbatis iuraret ut infra 40 annos ibi illos positos fuissent et Iohannes abscideret illos. Et quia non hoportuit ambos taliter exinde iurare, ideoque per hanc chartulam ipse Iohannes promittit quatenus omni tempore ex ipsa arbore abscidere debeat ramora directum, sicut monstrat pedem ex ipsa usque ad cimam eius, et ex ipsa ficulnea omni anno debeat tiappare (2) et abscidere radicatas et ramora a parte ipsius ecclesie, ut in ea nullam lesionem faciant. Denique stetit ut inter predictum hortum Iohannis et curtem, que ibi est a parte meridiana, parietem facere debeant ad omne comune expendium a fine ipsius ecclesie et in parte occidentis usque ad plateam publici et ipse paries veniat in altum pedes...; pena vero in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Gregorium curialem. Signum manus memorati Iohannis. Testes: Iohannes filius d. Dometri, Petrus filius d. Sergii et Marinus filius d. Gregorii. — Pergam. cit. t. IV, n. 126; R. N. A. M. t. III, p. 22.

(1) Cf. *Consuet. Neap.* c. 4 tit. *De aperturis non faciendis*, ubi memoratur *penna tecti vel astrici*, *per quam stillicidia in curtim vel hortum decurrunt vel defluunt.*

(2) I. e. radices ligone fodere, aliis frequentius: *zappare.*

Basilio et Constantino impp. a. 982.

(982) 238. Die 18 m. octobris ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 23, sed et Constantino m. i. an. 20. Stephanus, humilis presbyter et abbas monasterii S. *Severini* una cum cuncta congregatione monachorum dicti monasterii, et cum cuncta congregatione sacerdotum salutifera chartula secretarii ecclesie S. Marie Katolice maioris una cum voluntate d. Iohannis diaconi sancte Neap. ecclesie et dispensatoris memorate ecclesie S. Marie Katholice maioris vendit et tradit Iohanni et Stephano Calciolariis filisi q. Anastasii Calciolarii quantum in portionem eorum obvenit de domu et hortu q. Martini Calciolarii intus hanc civitatem Neapolis in vico, qui benit da foras regione marmorata, idest unam portionem de transenda, et de casa communi, et de gradis marmoreis et de ballatorio communi cum aheribus et aspectibus, quamque et tres portiones nostras de pischina communi et de atrio suo simulque et portionem de hortu, cum introitu suo a memorato vico publico per transendam et per anditum et cancellum communes omnibusque sivi pertinentibus, quod est quantum ei exinde pertinebat per dispositum ipsius Martini, idest in primis cubiculum unum, quod est supra cellareum et per ipsam chartulam dimisit ad Iohannem libertinum suum et coheret a parte orientis domus Stephani de Furinianu pictulu, sicut paries exfinat, et una regiola, que ibi est, ambe partes fabricare debeant, et a parte septentrionis domus ipsorum germanorum, sicuti paries exfinat, et a parte occidentis domus Leonis, qui fuit filiastro Martini, qui ipse Martino ad eum dimisit per suum dispositum, sicut *clusa* de tabule exfinat, et a parte meridiana coheret pariete de ipso cubuculo, ubi abet fenestras et regia sua, quamque ballatorium commune de illo et anditum subter et super ipsum cubuculum est cohopertum cum ticulis; nec non portionem de triclineo ipsius domus, coherente sivi a parte meridiana domu eorum germanorum et a parte occidentis pariete commune, qui exfinat inter ipsum triclinium et domu heredum Iohannis Cuparii, et a parte septentrionis domu dicti Leonis, sicut inter se clusa exfinat et regia sua que est in ipsa clusa, et a parte orientis coheret parietem, qui exfinat ipsum triclineum et inter ipse grade communes et inter ipsum ballatorium comune, simul et regia communis que exiet in ipso ballatorio, et ipse Leo per ipsa regia commune abet exinde una regia sua a parte septentrionis et alia una regia a parte meridiana est ipsorum germanorum, sicuti ambe ipse regie in ibso fruntale signata exfinat, et ipsi germani abere debent anditum ad ipsum triclinium et ad ipsa gamma eorum et at memorata pischina; simulque vendit et ipsa gamma sua intus ipsam domum, coherentem a parte orientis cum domu memorati Leonis, et a parte occidentis cum pariete vetere et a parte septentrionis cum modico de ipsa gamma, qui est de memorato Leone et ipse Leo habet regiola sua unde per trabersum anditum abet da ibsa pischina et a parte meridiana coheret ad ipsa gamma triclinium eorum; quamque vendit et una inferiora cellarei sui, qui ipsum in portione tetigit et est constitutum subtus iam dicto triclineo vendito; coherente ei a parte meridiana cellareo eorum, et a parte occidentis memorato pariete commune betere, qui exfinat inter ipsa inferiora et inter domum heredum Iohannis Cuparii et ibi in parte septentrionis est terra propria monasterii de ipsa gamma, et

ipso capite de ipsa gamma dictorum germanorum badit in parte septentrionis usque at parietem communem, qui exfinat inter se et domum locapecoraria, et a parte septentrionis coheret cellareo de memorato Leone et ipse Leo abet regia per regia commune da fore et quantum intrat per ipsa regia commune da fore inter se camprare se debeat ad ipsa regia sua que intrat in ibso cellario suo a parte septentrionis et da ipsum stante de cantone de regia sua que ibi est a parte occidentis abinde in intro est proprium . . . . . a parte orientis coheret ipso pariete germanorum. Insuper vendit portionem suam de ipso ortu memorati Martini quantum eum tetigit, coherente ei ab una parte hortu heredum d. Leoni, et a parte septentrionis hortu d. Iohannis de domino Eustratio et a parte occidentis exfinant termines et a parte meridiana pariete domus ipsorum germanorum . . . . . cancello commune. Unde nihil *etc.* et neque *etc.* propter quod accepit auri tari 64. Verumtamen Abbas et posteri eius ipsum dispositum, ubicumque necessum abuerit, ostendere debeant at legendum; pena vero in auri sol. 25 byth. Scriptum et actum per Gregorium curialem et scriniarium. Stephanus umilis presbyter et abbas subscripsit. Stephanus presbiter et monachus, Iohannes diaconus S. N. E. et dispensator monasterii, Cesarius presbyter et Iohannes presbyter subscripserunt. Testes: Iohannes filius d. Stephani, Iohannes scriptor et Iohannes filius d. Elia. — Pergam. cit. t. IV, n. 129; R. N. A. M. t. III, p. 28.

239. Die 16 m. ianuarii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 23, sed (983)
et Constantino m. i. an. 20. Stephanus filius q. Ursi presbyteri, qui fuit abitator in Maranum, offert et tradit d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* et per eum in memorato monasterio integrum fundum suum positum in memorato loco Maranum iuxta illut puteum una cum tres peties de terra ibidem positas, quarum una in graniani, alia in campo maiore et nominatur corrigiola, et tertia at rovoreta; seu offert et tradit integram domum suam positam in regione Neapoli in vico, qui nominatur tiappafilitra, intus curte maiore de Petro Bano, seu et omnem suam substantiam, quidquid modo abet vel in antea parare et conquidere potuerit una cum arvoribus *etc.* ut ab odierna die *etc.* et neque *etc.* Verumtamen stetit ut omnibus diebus vite sue in omnibus memoratis siat domnus et dominus; pena in auri sol. 100 byth. Scriptum per manus Iohannis scriptoris discipuli d. Sergii tabularii. Actum per Iohannem dudum scriptorem nunc curialem in ind. XV. Signum manus memorato Stephano. Testes: Petrus filius d. Iohannis, Iohannes filius d. Gregorii et Sergius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 323). R. N. A. M. t. III, p. 37.

240. Die 11 m. martii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 23, sed et (983)
Constantino frater eius m. i. an. 20. Merissi divisionis facta ab Aligerno filio q. d. Stephani et Drosu h. f. filia q. d. Leonis de Puteoli et q. Gemme h. f. iugalium personarum, hoc est vitrico et previgna, et ipse Aligernus pro vice Muscu filie sue et memorate Gemme coniugis sue, que infra etate esse videtur, et dicta Drosu cum voluntate Iohannis Aurifici viri sui, de terris positis in loco, qui vocatur Auderanu, quas diviserunt in tertiam partem inter illos et d. Mariam et Maru h. f. uterinas germanas, cognatas et thias eorum,

filias q. d. Ursi, soceri et habii eorum, et ipse germane cum voluntate d. Stephani et Iohannis Herariis viris earum. Unde tetigit in portione prima iam nominate Maru portio de corrigia de terra in longum divisa, hoc est a parte meridiana iusta terram ecclesie S. Cipriani at tertium, et iuxta terram Basilii filii Petri monachi, et in capite a parte orientis coheret cum terra, que antea ipsam tetigit per anteriora merissi divisionis, et in aliquantum terre que fuit Iohannis filii Helie: Unde reliqua portio a parte septentrionis iusta terram heredum q. Petri Appisicci, et iusta terram Iohannis Romani et iusta terram heredum Leonis de Auderanu tetigit in portione secunda, sicut inter ambas portiones sex termines exfinant; primo qui est fictus in parte hoccidentis iusta viam companiariam, et quomodo monstrat in parte horientis in secundo, tertio, quarto, quinto et sexto termine, qui est fictus iuxta terram que fuit memorati Iohannis filii Helie. Item tetigit in ista portione sexuncias de terra, que vocatur fundum, in longum divisum, hoc est a parte meridiana iusta terra que fuit memorati Iohanni filio Helie; unde relique sexuncie a parte septentrionis iusta alia terra, que fuit memorati Iohanni tetigit in portione secunda; et in capite parte horientis at ambe portionis de ista terra que vocatur fundum coheret cum memorata via, et sint ad equale mensura; et legationis dispositum memorati d. Ursi sit firmum. Interea promittit ipse Aligernus pro vice de memorato Muscu puerula, quod, si ipsa observare noluerit, adimplere faciat et pars, qui se retornari presumpserit, componat auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Aligerni, Drosu, Marie et Maru. Testes: Aligernus filius d. Leoni monachi, Iohannes filius d. Petri monachi et Ursus filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 535). R. N. A. M. t. III, p. 39.

(983) **241**. Die 11 m. martii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 23, sed et Constantino m. i. frater eius an. 20. Drosu humilis abbatissa monasterii Ss. Marcellini et Petri puellarum Dei cum cuncta congregatione monacharum memorati monasterii concedit d. Iohanni filio q. d. Petri monachi et d. Anne gloriose femine, hoc est iugales, et eorum heredibus integrum hortum iuris dicti monasterii, ubi antea fuit ecclesia S. Renati intus hanc civitatem Neapolis sub ipso monasterio in loco qui vocatur patricciana, regionis Porta nobense, una cum quantum ibidem pertinet de curte communi et de transenda, ubi fuit porta communis et de alia transenda que est foris ipsa porta, qui benit a platea publici, et simul cum introitu suo per ipsam transendam et curtem die noctuque; coherentem dictum hortum cum hortu Gregorii, qui nominatur de altanum, sicut inter se maceria exfinat, et a parte septentrionis est memoratum monasterium, ab occidentali autem parte gripte, quas in sua reservavit potestate et terra bacua que est ante ipsas et memorata curte communi dicto monasterio reservatas et curtem communem et cum horto heredum Boni naupigii, sicut inter se exfinant signata et termini, ad faciendum ibi balneum. In eo tenore ut ipsi et heredes eorum in eodem hortu sive et in gripta, quam ibidem subtus terram invenerant, ubi eis placuerit, ad omne eorum expendium facere et habere debeant balneum et puteum, expoliatorium et lenarium, nec non et quantum me-

ruerit de ipso hortu pro havitationes seu stationes suas et ante fornacem ipsius balnei et omne quodcunque exinde tollere habere et potuerint in eius suorumque heredum sit potestate ; tantummodo tota ipsa congregatio monacharum et postere eorum licentiam habeant per omnes menses descendere et benire per ipso monasterio ad ipsum balneum pro lavandum, et ipsi iugales facere ad eas faciant balneum bonum et aquam dare, quantum iustum fuerit gratis, et, si voluerint ibidem simul venire adunate ad lavandum, licerem habeant de quindecim in quindecim dies et ibidem benire media ipsa congregatio, et que ex eis servitrices habuerit licerem habeat secum sivi illas portare ad lavandum gratis, et quando benerint, nullum alium hominem nec mulierem ibidem recipere ipsi coniuges minime presument. Insuper in hebdomada de festo Ss. Marcellini et Petri dare et dirigere debeant eidem congregationi obas centum. Verumtamen stetit quod si ipsi iugales aut eorum heredes totis obierint sine proprio herede sexuncie ex ipso balneo revertantur in monasterii potestatem gratis, et de aliis sexunciis ipsa congregatio dabit pretium, ut fuerit appretiatum a christianissimis viris, cui vel ubi ipsi iugales aut eorum heredes disposuerint; actamen ipsa congregatio et homines, qui habitaverint in griptis eiusdem, licentiam, eant per ipsum introitum et porta commune ingredere et egredere ; pena in auri libra 1 byth. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus Drosu abbatisse , et monacarum vid. Maru Cacapice, Theoctisti qui super nomen Seroniola, Marie que et bolumbula, Theodoru et Anne, et Marie de illo episcopus, Marie capreana et Anne sirrentine. Et hoc memorati sunt ut a modo ad duos annos completos ipsi iugales debeant facere gradas favritas in eodem hortum ut capite ex ipsas gradas veniat in solarium, unde ipse monache habeant ascensum et descensum ad balneum et at reliquum hortum. Testes : ΘΕΟΔΟΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ i. e. *Theodorus filius d. Gregorii* , ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ ΜΟΝ i. e. *Ioannes filius d. Gregorii monachi* et Gregorius filius d. Sergi. — Pergam. cit. t. IV, n. 133; R. N. A. M. t. III, p. 41.

242. Die 18 m. aprilis ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 23 , sed et Constantino frater eius m. i. an. 20. Paulus filius q. Iohannis de Pacificum vendit et tradit d. Petro filio Boniti et Theodonande iugalibus unam petiam de terra posita ad marsicanum ad S. Sossum, et coherentem sive ab una parte cum terra ipsius Petri et germani sui et heredum q. Cinnami, et de uno capite item terra ipsius Petri, et de alio latere terra Stephani presbiteri nepotis eiusdem Pauli, sicut fossatus et sepis exfinat, et de alia parte item terra ipsius Petri et modicum de S. Maria ad paradisum. Unde nihil *etc.* set av hodierna *etc.* et neque *etc.* Insuper omni tempore *etc.* propter quod accepit auri tari 20; pena vero in auri sol. 12. byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorato Paulo. Testes: Iohannes filius d. Stephani Sergius filius d. Iohannis monachi et Gregorius filius d. Stephani.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 537).— Pergam. cit. t. IV, n. 134; R. N. A. M. t. III, p. 45. (1) (983)

(1) In quadam membrana anni 1283, cuius notitiam habui a cl. viro Iosepho del Giudice, insertum extat sequens instrumentum, scriptum, uti ibi dicitur, per Leonem presbyterum et ecclesie Nolane notarium et per q. Iohannem episcopum , et

Basilio et Constantino impp. a. 984-985.

(984) **243**. Die 15 m. februarii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 24, sed et Constantino m. i. fratre eius an. 21. Iohannes filius q. d. Petri Munduli promittit Bono Naupigio et Eupraxie seu Stephano, Sergio seu Petro Naupigiis germanis filiis q. Leonis Naupigii ex uno genitore et de singulis genitrice vid. Bonus et Eupraxia nati ex dicto Iohanne et una genitrice, et dicti Stephanus, Sergius et Petrus de alia genitrice et ipsa Eupraxia relicta q. Domoli qui cognominabatur de Anurisculo, ex eo quod dicti Germani dederunt et tradiderunt dicto Iohanni certam terram, que est coniuncta cum balneo dicti Iohannis prope monasterium Ss. Marcellini et Petri, que habet pro termino signum crucis signate in pariete domus de q. Gregorio, qui supranominatur de Altana et iuxta sinagogam Hebreorum; propterea promittit eis facultatem intrandi et egrediendi in eorum domum *etc.* Actum per manus Iohannis notarii et testes subscripti sunt caractere greco. — *Notam. instrum. S. Marcellini*, p. 200.

(985) **244**. Die 22 m. martii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 25, sed et Constantino m. i. an. 22. Iohaquintus presbyter filius q. Lupi presbyteri et Petrus filius Adi et Sasso filius q. Iohannis, qui pro vice sua et pro vice de germanis suis, et Alfanus filius q. Maurini, et Ioannipertus filius q. Uguisonis et Petrus seu Uguiso germani filii Mari, abitatores in mila territorio cymitirense promittunt d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* propter integram portionem de fundoris et terris cultis et non cultis, longinquis et propincis montibus et collibus, rivis et scapulis *etc.* una cum arvoribus *etc.* positis in memorato loco territorio cymiterense, que at memorato monasterio obvenit per chartulam offertionis quam fecit ille Brincule; quas di-

Stephanum archidiaconum, Iohannem archipresbiterum et Sergium presbiteros canonicos ? roboratum; quod sic se habet:

In nomine Domini Iesu Christi. Imperantibus d. (n.) Basilio. m. i. an. vicesimotercio seu (sed et) Constantino (magno) imp. an. vicesimosecundo (vicesimo, secunda die?) mense iulio XI ind. Ideoque ego Iohannes gratia Dei episcopus sancte sedis Nolane ecclesie dum congruum mihi fuit bona enim mea voluntate per hanc cartulam repromictimus tibi Drogisio filio Robberti filii Drogisii de Lauro de ecclesia vocabulo S. Andree de Quindecim, que tu a fundamentis construxisti, et in propria terra tua fundasti, que est prope de alia terra tua et prope via publica, ut neque nos Iohannes gratia Dei episcopus neque posteri nostris episcopis Insuper de dicta ecclesia aliquis dacio vel censum aut regulam imponamus per nullum modum et ingenium, preter tantum omni anno dare et persolvere debeatis in sinodo et quarta tarenos amalphitane monete tres in nostro episcopio sine omni amaricatione et nos dare debeamus vobis crisma et olio sancto et confirmata sit ipsa ecclesia per nos et posteros nostros episcopos Amodo ad illum clericum, qui per vos et heredes vestros presentatum fuerit coram nobis per vestram representationem et si quocumque tempus Dei gratia Iohannes dei gratia (sic) episcopus et posteros meos episcopos contra ad istam repromissionem et confirmationem venerimus ita dicitur si peccatis ammentibus ipsam ecclesiam sive de facto sive de aliqua generali contemnacione fuerit contemnata nos et posteros nostros cum expensis vestris hedificare debeamns. Quod vero te Leo presbiter et ecclesie Nolane notarius scribere rogavimus. — *Pergam. dei monast. soppressi.* t. XXI, n. 2734. Ita in membrana. At, praeterquam quod singulare mihi videtur Nolam tunc temporis imperatoribus Byzantinis paruisse, cum Laurum, proximum eidem urbi oppidum ac in eius ditione positum, ad principatum Salernitanum pertinuerit, ut ex duobus instrum. a. 982 patet (R. N. A. M. t. III, p. 24 et 26), alia quidem sunt, quae mihi dubium faciunt; nomina scilicet Drogisii et Roberti, quae originem et indolem Northmannicam indubie praeferunt, et cognomen de Lauro, ad Sanseverinorum familiam, ex omnium pene consensu e Northmannia ad nos derivatam, postea deductum. Insolens enim est, quin etiam contra historiae fidem homines Northmannicos ante annum ae. v. millesimum, et quidem a. 987 vel antea in Campania incolatum habuisse. Quamobrem instrumentum vel suspectum vel saltem interpolatum ego e *Regestis Neapolitanis* expunxi atque heic, ut de eiusdem αὐθεντία vel integritate apud doctos viros iudicium sit, in notis ablegavi.

Basilio et Constantino impp. a. 985.

ctus igumenus eis et heredibus eorum dederat at responsaticum. In eo vero tenore ut in eorum heredumque ipsorum sit potestate tenendi et dominandi, et super eos recolligendi subtus et super; tantummodo dare et atducere omni anno dicto monasterio debeant per totum augusti mensem responsaticum, hoc est fasioli rubi modia decem et auri tari dui boni, et in nativitate Domini parium unum de perne porcine bone et unum parium de pulli boni et duas quartas de olibe, et duas quartas de nuce, insimul tractum paratum intus portas memorati monasterii, et mensuratum ad modium iustum de commedendum, et at quarta iusta, unde Iohaquinthus presbiter dare debeat de supradictis medietatem et Alfanus et Iohannipertus aliam medietatem, et ipse igumenus et posteri eius non habeant licentiam illos et heredes eorum dantes memoratum responsaticum tollere vel iactare per nullum modum. Insuper stetit quod si ipsi aut heredes eorum memoratum responsaticum per totum augusto mense non adduxerint, et ipse igumenus et posteri eius illuc ad pignorandum venerint, tunc ipsi coloni ad manducandum et bibere eidem igumeno et posteris eius et caballis eorum dare debeant ut iustum fuerit. Insuper ipse igumenus et posteri eius vel memoratum monasterium dictum Iohaquinthum et consortes eius in omnibus antestare et defensare debeant a partibus militie Neapolitanorum; pena vero in auri 12 byth. Scriptum per manus Iohannis scriptoris discipuli d. Sergii curialis. Actum per eumdem Iohannem dudum scriptorem, nunc vero curialem in ind. XV. Signum manus memorato Ioaquintho seu Petro quamque Sasso, et Alfano et Iohanniperto et Petro et Uguiso. Testes: Manso filius d. Simeoni, ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Ioannes filius d. Petri* et Petrus filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1088) R. N. A. M. t. III, p. 47.

245. Die 30 m. aprilis ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 25, sed et Constantino frater eius m. i. an. 22. Iohannes humilis presbyter, filius q. Baronci, promittit d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* propter integram ecclesiam dicti monasterii vocabulo S. Eufimmie, que sita esse videtur in regione ficariola iuxta murum, ubi eum ipse igumenus custodem ordinaverat, in eo tenore ut in ipsa hecclesia de dies ante horas vel post horas hofficium sacerdotale facere debeat, et luminariorum concignationes exivere cunctis diebus vite sue et pro alimoniis suis recipit integrum hortum, qui est ante ipsam hecclesiam cum cella, que est inter ipsum hortum seu pischinam et una cum quantum pertinet ad ipsam hecclesiam, et omne quod ibi hoblatum fuerit sit in sua potestate, sed si fuerit immobilem vel mobilem maiorem siat hoffertum in ipsa hecclesia; tantummodo per omni anno dirigere debeat in ipso monasterio duo paria de hoblate, unum in nativitate Domini et alium in sanctum pasce, et ad suum transitum ipsa hecclesia revertatur in eiusdem monasterii potestate. Insuper ipse Iohannes dimictere in ipsa hecclesia debeat idest unam planetam lineam cum horarium seu corporalem suum, et mobilia atsignata, idest de ipsa hecclesia in primis unum pannum, qui est utseccium (1) (985)

(1) Minus recte *utreccium* legunt et pannum apud *Utrecht*, (*Ultrajectum*) Flandriae sive Belgii civitatem, confectum intelligunt Neapolitani archivi monumentorum Editores (t. IV. in notis). Infra enim (doc. 270) item *pannum quod est ossecium bonum* legitur. Similitudo notarum, quae caractere curialisco litteras *r* et *s* significant, facile doctos viros fefellit. Vox vero mihi ab *obsequio* sive officio ecclesiastico corrupta videtur. Cf. DUCANGE in v.

18

bonum cum una sindone de altare et unum faciestergium stellatum plumatum et mappula cum tres cruces in medium de antiscum (1) plummate et alie quinque mappulelle pictule et turabulum de ramme unum cum duas cruces, una exinde ferrea et alia una herea cum una coronella de ramme, quaterni dui de festivitate S. Eufimmie, unum quaternum de S. Cerbasum sericum, gesta sua, liver commite plenarium unum franciscum scriptum, kalice sanctum de stagnum desuper inargentatum cum patina sua de stagnum, serolella pictula una ab aqua santificata; pena vero in auri sol. 36. byth. Scriptum et actum per Petrum curialem. Et hoc memoratus est ut quantum in ipsa hecclesia at conciandum abuerit ipse Iohannes conciare debeat. Ioannes presbyter subscripsit. Testes : Gregorius scriptor, Petrus filius d. Sergii et Stephanus filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 745). Pergam. cit. t. IV, n. 136 ; R. N. A. M. t. III, p. 50.

(985) **246**. (Christe fave) Die 26 m. iulii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 25, sed et Constantino m. i. an. 22. Maru h. f. filia q. d. Stephani et q. d. Anne monache, cui supranomen Musa, iugalium cum consensu presenti d. Gregorii viri sui, promittit d. Petro ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii ubi *etc.* et d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Baschi qui nunc *etc.*, ut si, quod absit, ipsa at suum transitum heredem proprium non reliquerit, vel si reliquerit et ipse heres suus sine proprio herede obierit, a tunc integra portione sua, que sibi pertinet vel pertinentes fuerit a memoratis genitoribus suis de omni eorum hereditate seu substantia, de intus vel foris, simul et de omnem illorum ospitatum fundatum et exfundatum omnibusque atiacentibus et pertinentibus in ipsorum monasteriorum sit potestate dividendi illud inter ipsas congregationes monachorum per medietatem; tantummodo dare debeant in bultus sancte Dei genitricis, quam ipsa pingere fecit in illa porta de S. Maria ad albini, solidos auri duos, ut fiant ibidem omni tempore salbi; pena vero in auri sol. 40. byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus memorate Maru. Et hoc memorata est quia similiter dare debeant in ecclesia S. Leutii alios duos solidos. Testes: ΘΕΟΔΟΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ. i. e. *Theodorus filius d. Leoni*, λεο φιλιουσ δν σεργι προτοσπαθαριο i. e. *Leo filius d. Sergii Protospatharii*, et ΑΛΙΓΕΡΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΠΑΡΑΝΙ i. e. *Aligernus filius d. Sparani.* — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1078) ; Pergam. cit. n. 127 ; R. N. A. M. t. III, p. 52.

(985) **247**. Die 8 m. septembrii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 25, sed et Constantino frater eius m. i. an. 23. Combenit denique cum Domini amore et bono fraternitatis hordine inter Basilio subdiacono et Iohanne, quamque Gemma h. f. relicta q. d. Gregorii et *Euphimia h. f.* uterinis germanis, filiis et filios q. d. Ursi et q. d. Maru h. f. iugalium, atque d. Petro et Theodoro set vero Anna h. f. et Gregorio uterinis germanis earum, et ipsa Anna cum consensu d. Petri viri sui et diviserunt inter eos omnem hereditatem eis pertinentem per memoratos genitores eorum in duas partes. Unde tetigit

(1) Cum vox *antiscum* a verbo graeco ἀνθίζω i. e. *floreo* non inepte derivari possit, eorumdem Editorum sententiam, qui *mappulam* acu phrygia floribus intertextam heic intelligunt, libenter sequor.

Basilio et Constantino impp. a. 985.

in ista portione prima memoratis Petro, Theodoro, quamque Anne et Gregorii, totis quatuor, idest omnes terras in Apolline foris flubeum cum fundoras et olibetum et curtaneas, hoc est cultum vel incultum *etc.* et omnes terras quantas et quales abebant in Mascarella foris arcora, simulque in Caucilione, et in Decatitianum, et in Balusanum, et in Quarto maiore una cum monte et scapulis suis et cum gripta que vocatur ad illum furnillum, et cum piscinis suis omnibusque *etc.*; simulque tetigit hic et fundoras et terras in loco qui vocatur Murtilianum at S. Petrum at paum, una cum dulea, palmento et omnibus *etc.*; quamque tetigit hic et terras quantas ibidem memoratus genitor eorum datas abuit ad pastenandum cum d. Basilio thio eorum; simulque tetigit hic et terras in Casapagana foris gripta seu et integrum campum, qui nominatur de spatharum, iusta S. Vitalem cum integra sorte eorum de puteo aque bibe, cum curtanea, et cum portione de palmentum, set vero et omnes terras quales abebant in foris gripta, insuper tetigit hic et integra clusuria de terra in loco qui vocatur Cyranum posito super clibum benbum, et fundo et terras in Bacilianum super clibum de galloro cum apendicibusque suis, et omnibus eis pertinentibns. Unde et bicem tetigit in portione secunda memoratis Basilio subdiacono, et Iohanne et Gemma at Eufimia totis quatuor idest omnes terras quantas et quales abebant in Maranum cum fundoras et cum scapulis et ribis, silbis et cum curtaneas, et cum piscinis et appendicibus suis, et cum omnibus eis pertinentibus per memoratam Maru genitricem eorum, vid. prima terra que nominatur casanoba et tricina, quantum ivi abebant et alias terras, que vocantur teboras et granianum pictulum, et quantum ibi abebant, quot ipse genitor dedit ad pastinandum ad Anastasio, et fundum et silbis in Tomatitianum, et quantum abebant in Centum et Maranu cum omnibus *etc.* Legati vero de dispositum quod fecerunt memorati genitores sit firmum et stabile; pena vero in auri 2. libras byth. Scripta per Iohannem scriptorem discipulum Gregorii curialis et scriniarii, (*absque huius absolutione*). Signum manus memorate Gemme et Eufimmie. Basilius ypodiaconus, Subscripsit *item* Theodorus, Gregorius et Iohannes. Testes: Iohannes filius d. Gregorii, Petrus curialis, et Theodorus filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 449). R. N. A. M. t. III, p. 54.

248. Die 13 m. novembris ind. XIIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 26, (985)
sed et Constantino fratre eius..... Lovisius filius q. d. Lovisii, et d. Theodore pro amore Dei omnipotentis, et pro mercede et salvatione anime sue offeruit et in presenti tradidit d. Petro abbati monasterii domini et Salvatoris nostri Iesu Cristi de Insula maris et toto conventu ipsius monasterii idest integrum omnem licerem et possessiones seu pertinentias, que mihi (l. sibi) pertinent vel pertinentes fuerint per quovis modum in integrum campum positum vero ad S. Nicandrum, quod est intus Laneum, una cum padulis et aquis seu sylvis *etc.* et omnibus *etc.* et est coniunctu ex parte occidentis ad campu supra dicti sancti et ven. monasterii, sicut inter se terminis exfinat, et quomodo in dicta parte orientis super illi termini maioris, qui in predictis terminis de aliis hominibus que ad fines sunt. Et est signatum hoc signo CXXVIIII. — *Catast. S. Petri ad Castellum* fol. 32.

Basilio et Constantino impp. a. 987.

(987) **249**. Die 16 m. februarii ind. XV. Neapoli. Imperante domino Basilio m. i. a. 27, sed et Constantino m. i. a. 24. Leo presbiter et custos ecclesie S. Euthimii (1) locavit et concessit Iohanni filio q. Iohannis Gralba habitatori in loco, qui nominatur S. Marcellino, territorii liguriani, pro se et suis heredibus integras tres petias de terra iuris suprascripte ecclesie, due vero ex eis sunt clausurie, tertia autem non est clausuria, una cum arboribus et introitu suo cum omnibus sibi pertinentibus. — Prima vero ipsarum duarum clausuriarum hos habet fines: ab uno latere est terra Anne filie q. d. Gregorii de domino Iuliano et de alio latere illorum Langobardorum, de uno capite terra S. Archangeli de suprascripto loco vel aliorum, qui ibi sunt affines et de alio capite est via publica. — Secunda petia de terra hos habet fines: ab uno latere at uno capite est via publica, et ab alio latere est terra monasterii S. Sebastiani de Neapoli et ab alio capite terra d. Iohannis Barboccia. — Tertia vero terra, que non est clausura, hos habet fines: ab uno latere est terra d. Gregorii Maccula et de alio latere terra illorum Langobardorum, et de uno capite etiam illorum Langobardorum et de alio capite est terra prefati Iohannis locatarii. Quas tres terras Iohannes promisit bene et diligenter cultivare *etc.* et dare et respondere de omnibus fructibus inferioribus et superioribus eidem locatori presbitero et custodi ecclesie S. Euthimii et eius successoribus et ipsi ecclesie omni anno integram medietatem et reliqua integra medietas sit ipsius Iohannis et eius heredus. Et est signatum tali signo CCCXXVI. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 159.

(987) **250**. Die 15 m. martii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 27, sed et Constantino m. i. frater eius an. 24. Merissi divisionis facta a Theodonanda h. f. filia q. Iohannis et Maria h. f. filia q. Petri, thies et nepote de integris petiis duabus de terra positis n loco Maranum et nominantur ad anianum, quas dividere vise sunt in quintam partem inter eos et Annam, Sillictam, et Gregorium, uterinis germanis seu thiis eorum. De quibus tetigit in portione prima Anne, Sillicte et Gregorii una petia de ipsa terra, que est de uno latere iusta terram Stephani calciolarii de abalsamum, sicuti inter se termines exfinand, et ex alio latere est terra Iohanni Calciolarii filio q. Venedicti sicut levata exfinad, de uno capite est clusuria heredum q. Simeoni monachi, sicuti inter se sepis exfinad, ad vero alio capite est via publica. Et ad vicem tetigit in portione secunda Theodonande et Marie integra alia petia de terra posita ibi ipsum in Maranum et nominatur similiter ad anianum, que est de uno latere justa terra heredum q. d. Gregorii de Sicule, sicuti inter se lavinarii exfinad, et ex alio latere et de uno capite est via publica, ad vero alio capite terra heredum q. d. Ursi de Gurgite, sicuti inter se fossatus exfinad. Hec vero portio prima cum arvoribus omnibusque ei pertinentibus, legatione dispositi de genitoribus et aliis eorum sit firma in perpetuum; pena vera in auri solidis 29 byth. Scriptum per

(1) In cod. Ms. legitur *S. Eufimie*, sed certe illius vitio, qui documentum summavit, aut librarii, qui antiquiorem cod. transcripsit. Nam, ut doc. modo relatum n. 245, et aliud mox referendum n. 267 nos docent, Iohannes eo tempore erat custos ecclesiae S. Euphemiae, cum contra Leo in ecclesia S. Euthimii constitutus videtur. Quapropter, cum utraeque ecclesiae ad monasterium S. Sebastiani pertinuerint, ego obvium ex nominis similitudine errorem haud dubie emendavi.

manus Petri scriptori discipulo d. Iohanni curiali. Actum per Iohannem curialem. Signum manus memorate Theodonande et Marie. Testes: Marinus filius d. Iohannis, Gregorius filius d. Iohannis, et Iohannes filius d. Gregorii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 334); Pergam. cit. n. 144; R. N. A. M. t. III, p. 68.

251. In nomine *etc.* Imperante d. n. Basilio m. i. an. vicesimo septimo, sed et Constantino fratre eius m. i. an. vicesimo quarto: die quinta decima mensis iulii indictione quintadecima. Neapoli. Certum est me Vonum humilem presbiterum filium q. d. Stephani qui nominatur . . . ntileone, et q. d. Gemma h. f. iugalium personarum cumis? vero ecclesie...... A presenti die promtissima volumtate venumdedi et tradidi tivi Leoni Ferrario, filio q. d. Gregorii Ferrarii: et Sillicta, hoc est germana et cognato meis, idest integra portione et pertinentia mea de omnes hereditate seu domos, quantas et quales fuerunt et pertinuerunt memoratis iugalibus genitoribus meis abiis tuis memorato leone; memorata vero domum posita intus ac civitate Neapolis in vico S. Georgii in diaconia et memorate rebus positis in loco, qui nominatur Maranum, seu et inmobiliorum loc.... una cum aeribus et aspectibus et cum arboribus fructiferis et infructiferis et cum introitas suas et omnibus sivi generaliter et in integro pertinentibus seu et cum portione mea de omnes fundoras et de pischinis communalis de memorato loco Maranum et inmobiliorum locis, et est ipsa portio mea de memorata domum et de memoratis rebus seu et de memoratas fundoras et de memoratis pischinis sex uncias quod est medietate, unde alia sex uncias quod est medietate tivi pertinet per memorata Sillicta genitrice... germana mea et coheret sivi ad ipsa portio mea de memorata domum ab uno latere.... um qui fuit Cicino Ferrario, cui supra nomen muca, qui et? atabos? Iohanne presbitero qui nominatur incendiara, sicut inter se parietis communis exfinat et de alio latere et de uno capite coheret curte communalie, et de alio capite coheret ipsa portio memorate genitrice tua. Unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbabi nec in aliena cuiusque persona, quod apsit, comisi aut iam comito potestatem, set a presenti die et deinceps prenominata memorata integra portione et pertinentia mea de memorata hereditate et cum portione mea de memorata domum seu et cum portione mea de memoratas fundoras et de memoratis piscinis una cum aeribus et aspectibus suis et cum arboribus fructiferis et infructiferis et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus et cum portione mea de memoratis piscinis comunis, ut super legitur et sicuti tivi illos per memoratas coherentias insinuabi in integro, sicut superius legitur, a me tibi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis av odierna die semper liberam abeatis potestatem: et neque a me memorato Vono humilem presbitero, neque a meis heredibus, nec a nobis personis sumissis nullo tempore numquam tu memorato Leo Ferrario aut heredes tuis, quod apsit, abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per sumissas personas nunc et in perpetuis temporibus: propter quod accepi a te exinde in presentis in omnem decisionem seu deliberationem, id est auri solidos viginti octo de tarì una quadtuor tari per solidum, sicut inter nobis combenit: si autem ego aut heredes quovis tempore contra ac chartula venditionis, ut super legitur, benire presumserimus et in aliquit hoffensi..... fuerimus per quovis modum aut sumissam personam, tunc compono ego et heredes meis tivi tuisque heredibus auri solidos cinquaginta byzanteos et hec chartula venditionis, ut super legitur, sit firma scripta per manu Leoni suptti discipulo d. Petri curialis per memorata quintadecima indictione. — Ego Bonus presbiter subscripsi. — ΕΓΟ CΕΡΓΙΟΥC (987)

Basilio et Constantino impp. a. 987-988.

ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ϹΕΡΓΙΙ ΜΟΝ ΡΟΓΑΤΟΥϹ ΑϹϹΤΟ ΒΟΝΟ ΠΡΒ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ ΕΘ ϹϹΤΟϹ ϹΟΛΙΔΟϹ ΔΕ ΤΑΡΙ ΤΡΑ ΒΙΔΙ : (*Ego Sergius filius Sergii monachi rogatus a suptto Bono presbitero testi subscripsi et supttos solidos de tari traditos bidi.*) — ΕΓΟ ΑΝΑϹΤΑϹΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΠΕΤΡΙ *etc.* (*Ego Anastasius filius d. Petri etc. uti supra*). — ΕΓΟ ΘΕΟΔΟΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ (*Ego Theodorus filius d. Ioannis etc. item uti supra*). — Ego Leo curialis dudum scriptor post subscriptione testium complevi et absolvi per ista in qua sumus quinta decima inditione. — *Ex membrana originali olim in archivo monasterii S. Sebastiani n. 1117, nunc in bibliotheca Societatis historicae Neapolitanae adservata.*

(987) **252.** Die 30 m. septembrii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 28, sed et Constantino m. i. an. 25. Petrus Fiolarius, filius q. Iohannis, qui nominatur de Adelgarda, offert et tradit d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* et cuncte congregationi monachorum dicti monasterii, et d. Petro ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii ubi *etc.* et at cunctas congregatione monachorum dicti monasterii integrum casale suum constitutum in loco, qui vocatur Marinianum, insimul quod est ipsum casale nominatum, imprimis fundum unum et unam petiam de terra, que nominatur pinum, cum intersico suo et aliam petiam de terra, que nominatur et ponitur in Marilianum, una cum arvoribus *etc.*; item et mobilia id est conca una et recentarium (1) unum et caldara unam et sartagine una et camputripide (2) unum et riscum sconplitum unum et una guala da lectum at tornum (3) quantum sibi dimisit q. Gemma coniux sua, naturalis q. d. Iohannis monachi filii q. d. Theofilacti per suum dispositum, quod promittit mostrare, ubicumque necessum fuerit at fine faciendum. In eo enim tenore ut si ipse Petrus mortuus fuerit sine proprio herede de vera uxore, omnia sint oblata et tradita in dictis monasteriis, et nec ipse nec heredes eius licentiam habeant illut dare aut vendere per quobis modum. Insuper promittit ut omni tempore ipse vel heredes sui desuper tollere debeant quamdam Divitiam soceram eius; pena vero in auri sol. 70 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Petri Fiolario. Testes: Iohannes filius d. Stefanii, Stefanus filius d. Sergii et Petrus filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 479). Pergam. IV, n. 146; R. N. A. M. t. III, p. 73.

(988) **253.** Die 25 m. februarii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 28, sed et Constantino frater eius m. i. an. 25. Stephanus filius q. d. Iohannis monachi et q. d. Sillicte h. f. iugalium, una cum consensu Leonis et Iohannis uterinis germanis suis vendunt et tradunt Stephano Ferrario cui supranomen Latitio filio q. Stephani Ferrarii integram unam corrigiam suam de terra que nominatur at pratu rotundum ad erenario posita in Maranum, pertinentem sibi per parentorum suorum et eum in sorte tetigit.... et a ger-

(1) *Recentare* et *arrecentare* vox est apud Neapolitanos, quae lintearíam rem, lixivia iam purgatam, aqua recenti denuo eluere significat. Ab veteri Latinorum *recentare* i. e. *renovare* deducta est. Vas igitur, in quo id agebatur, a nostratibus medio aevo *recentarium* appellatum fuit.

(2) An corruptum a χυτροποδιον i. e. foculus, cui imponitur olla?

(3) *Sconplitum, guala, at tornum* vulgarem linguam, ni fallor, sapiunt, et vestigia antiqui sermonis *rustici* sive plebeji praeseferre mihi videntur.

manas suas; coherentem sibi ab uno latere terra Andree presbiteri, de *Maranu* de alio latere clausuria de illi Spicarelli, et habet de longitudine passi 88 de uno quoque latere et de uno capite coheret via et abet ibi de latitudine passi...... usque ad finem de fossato de ipsa clusuria de illi Spicarelli et ab alio capite coheret terra de illi Codaflammoli, et abet ibi de latitudine passi 13; unde nihil *etc.* et a presenti die *etc.* et neque *etc.* Insuper et ab omni homine *etc.* propter quod accepit auri tari 50; pena vero in auri sol. 26 byth. Scriptum et actum per Gregorium curialem et scriniarium. Signum manus memorati Iohannis. Et hoc recordati sunt quia memorata terra Andree presbitero pertinet de ecclesia S. Castrensis de Marano, ubi custos esse videtur. Stefanus subscripsit Leo subscripsit. Testes: Mastalus curialis, Stefanus filius d. Sparani (1) et Petrus filius d. Basilii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 505). R. N. A. M. t. III, p. 75.

254. In nomine *etc.* Imperante d. n. Basilio m. i. a. 28, sed et Constantino m. i. a. 25. (988) die 29 m. aprilis ind. I. Neapoli. Orta est itaque intentio inter nos Petrum humilem iuniorem abbatem monasterii Domini Salvatoris nostri Ihu Xpi Insule maris una cum cuncta nostra congregatione monachorum ipsius dicti sancti et ven. nostri monasterii, et vos vid. d. Petro ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii, ubi eorum venerabilia quiescunt corpora, propter integrum campum, qui marmorata, qui et assecianum dicitur, positum vero in locum qui ad santa Anastasia, quod est campese et cultum vel incultum, unde per traversum vadit via, que dicitur mediana, una cum introitas suas omnibusque eis pertinentibus; habente fines de uno latere parte orientis campum de illi bactezzacanum, sic uti inter se terminis exfinant, id est ad ipsa via mediana, et de ipsa via in parte septentrionis, sicut finis de ipsi terminis discernit, de alio latere parte occidentis terra de illis de d. Barbaria et terra de aliis hominibus qui ibi ad fines sunt, sicut exfiniunt terminis: de uno capite parte meridiei campumuso (2) unde iam nos vobis securitatem factam habemus.... alio capite parte septentrionis est carraria publica, que pergit ad arcora, de qua vos exinde quesivimus dicendo pars nostra; quia supradictum campum de supradicto nostro monasterio est, eo quod nobis illud optulerunt q. Aligerno et Sergio germanis filiis q. d. Iohannis cognomento Pischicello. Insuper et una chartula comparationis membrani scripta, quam fecerunt Maria devota monacha, filia q. Voniti, cognomento Cinnami, ad nomine suprascripti germanis et ad Maria germana eorum; simul et una merissi divisione, quam fecerunt..... filia q. d. Petri.... domini Theodori de silva, quam sencianum et delcisina que silva de David (3), quomodo diviserunt in quintam partem inter se et d. Pitrum heredem.... q. d. Nicola tribuni et d. Constantina eius coniuge d. Basilii tribuni, germana suas et Theodonanda eius coniuge d. Dometi tribuni seu Petro militi germanis in vice q. Marini tribuni genitore eorum germanas eius, quam in presentis vobis in iudicio hostensimus. Pars autem vestra dicebat, ut ita veritas non est, neque iure supradicti vestri monasterii illud habeatis, sicuti continet chartula offertionis vestra, quam exinde fecerunt q. d. Iohannes, filius q. d. Basilii ad nomine q. d. Cesarii ven. abbati predecessori vestro; etiam et in eodem iudicio hostensimus chartule pastinationis, simul et adduximus portionalibus, qui ipsum campum da parte supradicti vestri monasterii illud lavoraverunt. Unde iudicatum est exinde inter nobis, ut si valeret pars nostra vobis exinde hostensionem

(1) Hic contra morem subscribit caractere curialisco.

(2) Ita in cod. Ms. Forte legendum est *campum vestrum.*

(3) Librarius male heic, uti et supra, membranam originalem transcripsit.

facere quomodo in ipsum campum supradictis germanis vel supradicta Maria devota monacha et heredes de ipsi, quam ipsa merissi continet, dominationem habuissemus infra quadraginta annum iurare pars nostra cum ipsis testibus vobis exinde et de quantum vobis hostenserimus, daretis nobis illud; sin autem iurare nobis exinde pars supradicti vestri monasterii et dicere ut supradictum campum per vos qui antecessoribus vestris illud dominastis per supradicta chartula vestra offertionis habere per quatraginta annos nos, autem poneremus vobis exinde securitate, et quia minime valuimus vobis taliter illud ostendere et hecce in presentis recepimus a parte supradicti vestri monasterii ipsum sacramentum dicente nobis ut superius exinde asseruimus et definivimus exinde vobiscum in omnibus, et ab hodierna die neque a me supradicto Petro humilem iuniorem abbatem una cum supradicta cuncta nostra congregatione monachorum suprascripti sancti et venerabilis nostri monasterii, neque a posteris nostris vel a suprascripto sancto et venerabili nostro monasterio nullo tempore nunquam vos suprascripto d. Petro ven. abbate aut posteris vestris vel suprascripto sancto et venerabili vestro monasterio, quod absit, habeatis exinde aliquando quamcumque requisitionem aut molestiam per nullum modum nec per submissam personam imperpetuum. Insuper et omnes personas, qui pro supradictis germanis, aut pro suprascripta Maria devota monacha, vel pro ipsis quam per supradictam merissi continet aut pro eorum heredibus vel per supradicto nostro monasterio vos aut posteris vestris exinde quesierit nos et posteris nostris et suprascripto nostro monasterio vobis posterisque vestris eos exinde desuper tollère debeamus absque omni vestra posterisque vestris qualibet damnietate nulla exinde dantes.... quia ita intèr nobis exinde iudicatum est. Si autem nobis aut posteris nostris vel supradicto sancto et venerabili nostro monasterio quovis tempore contra hanc chartulam securitatis deffinicionis, ut supra legitur, venire presumpserimus et in aliquod offensi fuerimus per quovis modum aut summissam personam tunc componimus vobis, posterisque vestris et a supradicto sancto et venerabili vestro monasterio auri libra una bizancii et chartula ut superius legitur sit firma scripta per manus Sergii tabularii scribere rogatus per indictione supradicta prima. † Petrus iunior abbas subscripsi. † Deodatus sacerdos et monachus subscripsi. † Maraldus presbiter et monachus subscripsi. † Martinus presbiter subscripsi. † Ego Leo filius domini Boniti rogatus subscripsi. (*Cetera desunt vel omittuntur*). — *Protoc. del monast. di S. Severino* (*olim* Arca II, n. 2) f. 40.

(988) **255.** Die 31 m. magii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 28, sed et Constantino m. i. an. 25. Petrus humilis presbiter promittit d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* et at cunctas congregatione monachorum memorati monasterii, et d. Eupraxie h. f. et Gregorio uterinis germanis filiis q. d. Iohannis, et ipsa Eupraxia cum voluntate d. Gregorii viri sui, hoc est consortes, propter portiones eorum de ecclesia vocabulo S. Iohannis evangeliste sita in vico carrario regione Porta S. Ianuarii, ubi ipsum Petrum, Deo volente, custodem posuerant, ut amodo et omnibus diebus vite sue in sua sit potestate tenendi et dominandi et super ibidem abitandi et residendi et ipsas res laborandi et fruiendi, et de ipsa refugia faciendi que voluerit, et omne officium sacerdotale die noctuque facere. Item promittit dare omni anno paria quatuor de oblate, duo in nativitate domini, et duo in pascha, duo dicto igumeno, et duo dictis germanis et quodcumque introierit in ipsa portione de memorata ecclesia si fuerit in mobile in sua siat potestate, si autem non fuerit immobile sit in potestate

Basilio et Constantino impp. a. 988.

eiusdem ecclesie; et non habeant licentiam *etc.* pena vero in auri sol. 24 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Petro presbytero. Testes: Iohannes curialis, Marinus filius d. Gregorii et Stefanus filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 889). R. N. A. M. t. III, p. 81.

256. (Christe fave). Die 10 m. augusti ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. (988) an. 28, sed et Constantino m. i. an. 25. Iohannes filio q. d. Stephani cum voluntate d. Maru h. f. genetrice sua et Iohannes filio q. d. Marini, hoc est exadelfi germani, definiunt cum d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* et cunta congregatione monachorum eiusdem monasterii pro vice q. Petro et Stephano uterinis germanis filiis q. Trasarii, servi memorati monasterii, abitatores in vico qui vocatur Casa aurea raviosa, territorio liguriano, propter duo modia de bictum, unum est tricticum et alium de ordeum, quod eisdem germanis et genitori eorum omni anno pedaticum dare deberent et volebant; pars autem monasterii dicebat atversus eos quia veritas non esset, quia memorati Petro et Stephano servi eiusdem monasterii memoratis exadelfis germanis et genitori eorum memoratum tricticum et ordeum omni annue non dederunt, set ipsi et genitores eorum quaque lege at eis non tullerunt. Unde multas altercationes inter eos abuerunt et iudicatum est exinde inter eos ut iuraret unus de memoratis servis et diceret quia memoratum tricticum et ordeum omni annue non dederunt pedaticum per lege nec non tullerunt et ipsi germani ponerent eidem igumeno et at servis memoratis securitatem; quod et factum est. Et ecce in presentis recipiunt a parte memorati servi memoratum sacramentum dicente ut superius et definiunt *questionem* in omnibus; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorato Iohanne et alio Iohanne. Testes: Iohannes filius d. Stefani, Petrus filius d. Basilii et Gregorius filius d. Sergii. — Pergam. cit. t. IV, n. 150; R. N. A. M. t. III, p. 84.

257. Die 16 m. augusti ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 28, sed (988) et Constantino m. i. an. 25. Sergius humilis archipresbiter et dispensator ecclesie S. Petri Christi apostoli, que ponitur at media una cum voluntate de dominiis memorate ecclesie, quanti inferius subscripturi vel signum crucis facturi sunt, commutant et tradunt d. Petro ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii ubi *etc.* integram unam terram eiusdem ecclesie, que vocatur et ponitur in loco casapagana in Foris gripta, una eum arvoribus *etc.* que obvenit in memorata ecclesia a Cesario filio q. d. Iohannis Katalonti et Iohanne, genitore et filio, per chartulam offertionis, quam venditores apud se habent pro reliquo quod continet, et monstrare promittunt ad relegendum, et finem faciendum ubi necesse fuerit, et coheret sivi de uno latere terra memorati monasterii, de alio latere terra heredum Sergii filii d. Andree, sicut unus terminus, qui est super silice publica, rectum finiendo demonstrat usque at verticem montis, de uno capite est memorata silice publica, ex alio capite verticem montis. De quibus nihil *etc.* et a nunc *etc.* et neque *etc.* pro eo quod in presenti et ad vicem commutationis accipiunt a cuncta congregatione memorati monasterii integram petiam de terra iuris infirmarii dicti monasterii, que vocatur at Pinum,

Basilio et Constantino impp. a. 989.

positam in loco qui vocatur Panequoculi una cum arboribus *etc.*, et coherentem sibi de uno latere terra que fuit Iohannis qui cognominabatur Pappascorpona, ex alio latere terra monasterii S. Marie que vocatur at media puellarum Dei, sicut sepis exfinat, a duobus vero capitibus vie publice; de quibus nihil *etc.*, et insuper et in presenti superiunxerunt auri solidos decem et septem habitos de illa victura de vino de Sirrento vendita; pena in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Subscribunt CΕΡΓΙΟΥC ΑΡΧΙΠΒΡ i. e. *Sergius archipresbyter.* ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Iohannes filius d. Petri.* ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ i. e. *Petrus filius d. Gregorii* ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Gregorius filius d. Petri.* Testes: ΚΕCΑΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΝΑCΤΑCΙΙ i. e. *Cesarius filius d. Anastasii*, Cesarius filius d. Iohannis et ΑΝΑCΤΑCΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ i. e. *Anastasius filius d. Ioannis.* — Pergam. cit. t. IV, n. 151; R. N. A. M. t. III, p. 86.

(989) **258.** Die 11 m. Februarii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 29 sed et Constantino fratre eius m. i. an. 26. Aloara h. f. filia d. Iohannis et q. Drosa iugalium cum voluntate d. Aligerni Morfirra (Morfissa?) viri sui vendit et tradit d. Petro ven. abati monasteri Ss. Severini et Sossi ubi *etc.* et per eum *etc.* integras sex uncias suas ex petia de terra, que vadit ad illum puteum positum in loco qui vocatur casapagana in Foris gripta, que est in modum vela, qui se insimul iungitur et adhuc indivisa reiacent cum aliis sexunciis q. Maria h. f. insimul cum omnibus *etc.* coherente sibi de uno latere et de uno capite terra ipsius monasterii, de alio latere terra.... sicuti egripus exfinat, a vero alio capite habit appictia (*sic*) ipsa terra coheret via pubblica, de qua nihil *etc.* et a nunc *etc.* et neque *etc.* Insuper omni tempore *etc.* pro eo quod accepit auri sol. 8 de tari ana 4 per solidum et pena in sol. 20 byth. Scriptum et actum per manus Sergii tabularii. Signum manus Aloare. Testes: Leo curialis (*Reliqui duo, loco vacuo relicto, quia graeco charactere subscripti erant, in cod. omittuntur*) — *Protoc. del monast. di S. Severino* f. 45, *olim.* Arca 6, n. 6.

(989) **259.** Die 26 m. agusti ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 29, sed et Constantino frater eius m. i. an. 26. Orta intentione inter Theotisti h. f. filiam q. d. Lunissi monachi, seu Sergium filium q. d. Iohannis monachi, quamque Mariam que Marenda clamatur seu Annam h. f. uterinas germanas, filias q. d. Iohannis, cui supernomen Cacapice et q. d. Elisabet monache, dudum iugalium personarum.......... germanis seu vitrica et brebigno, et ipsa Theotisti pro vice et portione Iohannis et....... filiis suis, quos abet de memorato d. Iohanne monacho, dudum viro suo, et ipse Sergius pro vi...... que sibi pertinet per memoratum d. Iohannem monachum genitorem et memorate Anna et Maria pro portione dicte Elisabet genitricis eorum et uterine germane memorati d. Iohannis monachi thii eorum, iterum ipsa Anna cum consensu Cesarii viri sui, nec non inter d. Gregorium et Iohannem filios q. d. Miliani, qui fuit exadelfus germanus dicti Iohannis monachi et dicte Elisabet, pro vice etiam Stephani, qui infra etatem esse videtur; ex eo quod pars Theotisti et consortium eius dicebat quod, quando memoratus d. Iohanne

monacho et memorata d. Elisabet monacha diviserunt bona eorum cum memorato q. d. Stephano genitore dictorum fratrum Gregorii et Iohannis, de hospitibus illorum de loco, qui nominatur Casalem, dedit memoratus genitor in partita eorum Alpertum hospitem, qui fuit abitator in dicto loco et tunc exfundatus erat, cum omnibus fundoris et terris quantum memoratus Alpertus tenuit et dominavit; pars vero dictorum Gregorii et Iohannis dicebat: absit ud sit ita nec Deus faciat ut memorato Alperto exfundato homine eorum dedissent cum suis fundoris et terris, set sola persona memorati Alperti exfundati hospitis ad eos inpartita dedissent. De qua multaltercatione exinde habuerunt; modo vero iudicatum est in publicum inter eos ut pars dictorum fratrum iurasset super eo quod ipsi asserebant, et ipsa Theotisti et consortes eius ponerent exinde anc securitatem. Et quia in presenti receperunt memoratum sacramentum, et definiverunt exinde cum memoratis germanis et heredibus eorum in omnibus. Insuper ipsa Theotisti memoratos filios suos exinde tollere debeat; pena vero in auri lib. 1 byt. Scriptum per Gregorium scriptorem discipulum d. Mastali Curialis. Actum per Mastalum curialem. Signum manus Theotisti, Sergii, Marie seu Anne. Cesarius subscripsit. Testes : Petrus filius d. Iohannis, IΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ϹΕΡΓΙ i. e. *Ioannes filius d. Sergii* et Stefanus filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1052). R. N. A. M. t. III, p. 91.

260. (Christe fave). Die 25 m. ianuarii ind. III. Puteoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 30 set et Constantino m. i. an. 27. Dum q. Sergius filius q. Iohannis de Erasmu, habitator intus castro Puteolano venit ad suum obitum disposuit Iohanni ven. presbitero, qui nominatur Turrillo, et Stephano filio q. d. Iohannis de bonitum de memorato castro, ut si heredes sui mortui fuerint sine proprio herede et non reliquerint filios de vera uxore et viro, tunc omnis sua hereditate seu substantia de intus et foris siat offerta pro sua et illorum anima in congregatione monachorum monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* idest integra portione de terra que vocatur Serrana posita in territorio puteolano una cum arvoribus *etc.* que indivisa reiacet cum terra dicti monasterii at abendum illut in sempiternum, pena in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Stephano distributor. Iohannes presbyter et distributor subscripsit. Testes : Caro, Paulus et Iohannes subdiaconi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 353). Pergam. cit. t. V, n. 154. R. N. A. M. t. III, p. 94. (990)

261. (Christe fave). Die 25 m. ianuarii ind. III. Puteoli Imperante d. n. Basilio m. i. a. 30 sed et Constantino m. i. a. 27. Dum q. Eupraxia filia q. Iohannis de Erasmu de castro Putheolano venit ad suum obitum cum voluntate Iohannis viri sui disposuit Iohanni presbitero, qui nominatur Turrillo et Gregorio filio q. Benedicti primicerii de memorato castro ut heredibus suis absque proprio herede mortuis omnis sua hereditate seu substantia de intus et foris et illa portione de terra sua, que vocatur Serrana, posita foris ipso castro memorato territorio puteolano siat offertum pro anima sua et illorum in monasterio Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* at abendum *etc.* pena vero in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem Signum manus Gregorio distri- (990)

butor. Iohannes presbyter et distributor subscripsit. Testes: Iohannes presbyter, Paululset Iohannes subdiaconi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 377). R. N. A. M. t. III, p. 95.

(990) **262.** Die 12 m. februarii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. a. 30 sed et Constantino m. i. an. 27. Maria et Anna monacha seu Drosu h. f. et Gemma seu Gregoria, honeste puelle, filie q. d. Marini monachi et q. d. Maru h. f. iugalium a presenti die pro Dei amore et salvatione anime offerunt et tradunt d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* et at cunctas congregationes monachorum dicti monasterii integram unam petiam de terra positam in Pumilianum foris arcora una cum introitum suum *etc.* que coheret sivi ab uno latere fundum memorati monasterii et ab alio latere via publica; de uno capite est puteum et de alio capite terra memorati monasterii; ut ab odierna die *etc.* et neque *etc.* pena vero in auri sol. 30 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus Marie, Anne, Drosu, Gemme seu Gregorie. Aligernus subscripsit. Testes: Ursus filius d. Iohannis, Gregorius filius d. Iohannis et Iohannes filius d. Marini. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* 482). R. N. A. M. t. III, p. 96.

(990) **263.** Die 28 m. februari ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio n. i. an. 30 sed et Constantino m. i. fratre eius an. 27. Stephanus et Aligernus filii.... vendunt d. Iohanni filio q. d. Pitauli et Theodonande coniugis sue nunc monialis filie q. Gregorii q. terram positam ad titolari et coheret dicta terra cum terra ecclesie S. Marie de dicto loco, cum terra de illi Atalarici, cum quadam padula, pro pretio auri tari 20 et pena constituta est in auri sol. 12 biz. Actum per Iohannem curialem et testes subscripti sunt caractere graeco. — *Notam. instrum. S. Gregorii*, n. 100.

(990) **264.** Die 9 m. martii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 30 sed et Constantino m. i. fratre eius an. 27. Stephanus filius q. Leonis et Gregorius, hoc est genitore et filius, cum consensu Eufimmie nurua et cognata eorum, que fuit coniux q. Martini filio et germano eorum, abitatores de loco qui nominatur Galloro, vendunt et tradunt d. Sergio ven. presbytero filio q. petiam de terra, que nominatur nepotianum posita in memorato loco seu et portionem de fundo commune eis et de aliis hominibus posito in dicto loco cum arboribus *etc.* que coheret ab una parte terra ecclesie S. Severi, ab alia parte terra de illi palamenestra, ab alia parte terra de illu Pantaleone sicut sepis et fossatus exfinat; et ab alia parte terra memorate ecclesie S. Severi. Unde nihil *etc.* set a presenti *etc.* et neque *etc.* insuper *etc.* propter quod acceperant auri tari 13; pena vero in auri sol. 10 byth. Scriptum et actum per Leonem curialem. Signum manus Stephani et Gregorii. Testes: Sergius filius d. Iohannis monachi, Theodorus filius d. Ursi, et Iohannes filius d. Gregorii monachi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 199). R. N. A. M. t. III, p. 98.

(990) **265.** Die 24 m. martii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. a. 30 sed et Constantino m. i. fratre eius an. 27. Leo ferrarius filius q. Leonis Ferrarii, cui supranomen Rusco, vendit et tradit Palumbo vicedomino filio q. Voni et Marie iugalium una inferiora cellarei sui, qui est subtus superiora domui q. Leonis ferrarii filii q. Gregorii et subtus

superiora domui sue, posita in vico qui nominatur S. Georgii in diaconia, regionis Summa platea una cum aspectibus *etc.* , et coheret sivi a parte septentrionis cellarum dicti Palumbi, sicuti inter se per trabersum duas signatas crucis exfinat, et ha parte meridiana coheret introitum, in quo est posticum et regias suas, que exiet in memoratum introitum, et a parte horientis coheret cellareum dicti Leoni, et a parte occidentis memorato vico publico et memorate regie due. Unde nihil *etc.* set a presenti *etc.* et neque *etc.* insuper *etc.* propter quod accepit exinde auri tari 20 et pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Leonem Curialem. Signum manus memorati Leonis. Testes: Theodorus filius d. Ursi, Leo filius d. Iohannis et Iohannes filius d. Gregorii monachi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1116). R. N. A. M. t. III, p. 100.

266. Die 28 m. martii ind. III. Neapoli Imperante d. n. Basilio m. i. an. 30 sed et (990) Constantino m. i. frater eius an. 27, Iohannes Chaballo filius q. Cesarii cum consensu Anne coniugis sue, abitatores de loco qui nominatur Umbrianum, famuli S. Neapolit. ecclesie vendunt et tradunt d. Stephano ven. presbytero custodi ecclesie S. Severi at gurgite regionis summa platea, et per eum in memorata ecclesia petiam de terra suam, que nominatur mauganum una cum arboribus *etc.* positam in memorato loco, et coheret ab uno latere terra quam modo detinet d. Petro filius q. d. Aligisi, abet ividem de longitudine passi 94, et ab alio latere terra abet ividem de longitudine passi 96, ab uno capite terra Leonis nepotis sui, abet ividem de latitudine passi 12, et ab alio capite coheret via publica, abet ividem de latitudine passi 23; mensuratam vero ad passum ferreum S. Neapolit. ecclesie; unde nihil *etc.* set a presenti *etc.* et neque *etc.* insuper *etc.* propter quod accepit auri tari 46, pena vero in auri sol. 26 byt. Scriptum et actum per Leonem curialem. Signum manus memorati Iohanni. Sergius Archiepiscopus subscripsit. Testes: Iohannes filius d. Gregorii monachi, Aligernus filius d. Sergii et Sergius filius d. Iohannis monachi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1215). Pergam. cit. t. V, n. 159; R. N. A. M. t. III, p. 102. (1)

267. Die 30 m. martii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 30 sed et (990) Constantino m. i. an. 27. Atitio filius q. Petri Leoni de Leoperga, avitator in loco qui vocatur Casaferrea, territorio padulano, promittit d. Leoni ven. presbitero custodi ecclesie S. Euthimii propter integrum fundum iuris dicte ecclesie positum in dicto loco Casaferria et propter petiam de terra posita ibi ipsum, que vocatur at campu, insimul cum arboribus *etc.* et coheret dictus fundus a duobus lateribus cum fundo heredum Veneri et de uno capite cum fundo de illi Malaci, et ex alio cum via publica, et ad ipsa terra coheret de uno latere terra de illi armaguadium, de alio latere et de uno capite terra Stephani Neapolitani et ex alio capite via publica, quas dictus custos dederat eidem Atitio et heredibus suis ad responsaticum. In eo tenore quatenus *etc.* et responsaticum dare debeat memorate ecclesie omni anno per festivitatem S. Marie de augusto mense idest

(1) Instrumentum hoc iam indicavit CHIOCCARELLI, *O. c.* p. 118.

Basilio et Constantino impp. a. 990.

fasioli rubei modium unum et quartas quinque tractum *etc.* et mensuratum ad modium iustum de commedendum et quartam iustam. Et si ipse Atitius in memoratum tempus responsaticum non atduxerit, at tres personas et caballos dicti custodis, quos ibidem at recolligendum direxerit manducare et bibere dare debeat et insuper quando dictum fundum et terram abrenuntiare voluerit licentiam habeat exinde exire cum omni substantia sua, excepto sepe et fructibus quos exinde excotere vel versare non debeat; pena vero in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Testes: ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ i. e. *Ioannes filius d. Gregorii*, ϹΤΕΦΑΝΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ i. e. *Stefanus filius d. Ioannis* et Gregorius filius d. Ursi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 567). R. N. A. M. t. III, p. 104.

(990) **268.** Die 7 m. aprilis ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 30 sed et Constantino m. i. frater eius an. 27. Filippus igumenus monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* cum voluntate cuncte congregationis monachorum dicti monasterii dat Urso molinatori filio q. Petri, cui supranomem Russo, de loco qui nominatur Tertium, integrum molinum dicti monasterii cum clusuria de terra, ubi ipsum est positum in memorato loco, cum ferroras et mole sue et omnibus sibi pertinentibus ad annos sex expletos in eo tinore ut in sua sit potestate abitandi *etc.* et nullam sortem exinde ipse igumenus tollat. Tantummodo per omni annuo dare et adducere debeat modia tritici 70 boni sicci tracti usque intus portam dicti monasterii in festivitate S. Marie de mense augusto, et dua modia de pane bono mundo in festivitate S. Sebastiani, et modium unum similiter per Iobidie sanctum, data facultate, si defecerit, pignorandi. Insuper dat eidem Urso in beneficium et integrum modium unum de terra iuxta molinum ad frugiandum, de quo nihil reddat, sed de reliqua clusuria faciat de subtus et super quomodo fecerit totus ipse locus cum partionariis suis; si vero ipse Urso ipsas molas reliberaberit, tunc ipse ponere debet unam et monasterium aliam. Insuper licentiam habeat ipse igumenus in ipso molino et clusuria hominem proprium ponere da memoratis sex annis in supra et si ipsis sex annis expletis memoratus Urso exinde exire voluerit, licentiam habeat exire cum omni sua utilitate, et de ipso anno nullam pensionem persolvere debeat; ipsum vero molinum revertatur cum omni conciaturia et paraturia sua in monasterii potestate. Pena vero in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Leonem curialem. Et oc memorati sunt ut si ipse Urso et heredes eius memoratum triticum et pane in constitutum tempus non dederit, igumenus licentiam abeat illum pignorare in omnem suam hereditatem, de intus et foris ubi voluerit, usque at sua perveniat iustitia. Φιλιππος ἁμαρτολὸσ καὶ ἀναξίος ἡγοῦμενοσ ἰδιόχεῖρος ἔγραψα i. e. *Filippus peccator et indignus hegumenus propria manu subscripsi. Subscribunt etiam* ΛΕΟ ΜΟΝ ΕΘ ΠΡϹΒ i. e. *Leo monachus et presbyter*, νὲιλοσ ἁμαρτωλὸς καὶ αναξιοσ πρεσυίτερος ιδιόχειροσ i. e. *Nilus peccator et indignus presbyter propria manu*, ΙΩ ΔΗΆΚΟΝΟϹ ΕΘ ΜΟΚΟϹ i. e. *Ioannes diaconus et monachus.* Testes: Marinus filius d. Gregorii, Iohannes filius d. Stephani et Iohannes curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 824). Pergam. cit. t. V, n. 161. R. N. A. M. t. III, p. 106.

Basilio et Constantino impp. a. 990-991.

269. Die 1 m. . . . ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 30, sed et Constantino eius fratre m. i. an. 27. Maria filia q. Marini vendidit, et tradidit d. Sergio integram petiam unam terre que nominatur. . . . . . positam inter Carpinianum, et casale Maliti pizzuli, una cum arboribus et introitu suo et omnibus sibi pertinentibus et hos habet fines: ab uno latere parte orientis terra Iohannis Casticiolla de eodem loco Carpiniani et habet inde de longitudine passus 51 et ex alio latere parte occidentis terra ecclesie S. Stephani sita ad arco roticorum, sicut inter se termini exfiniunt, et habet ibidem de longitudine similiter passus 51 , ab uno capite parte septentrionis clausuria de terra d. Sergii, sicuti inter se sepis exfinat, et habet inde de latitudine passus 20, et de alio capite parte meridiana terra Mauri Buccalupum de supradicto loco Carpiniana, sicuti inter se levata exfinat, et habet ibidem de latitudine passus 18. Et est signatum tali signo CXXI. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 99. (990)

270. Die 3. m. martii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 31 sed et Constantino m. i. a. 28. Filippus umilis ygumenus monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* una cum cuncta congregatione *etc.* promittit Sergio ven. presbitero filio q. Iohannis Calciolarii, propter integram ecclesiam S. Eufimie Christi martira, que sita exe videtur in regione ficariola iuxta murum publicum, ubi eum costodem posuit; in ea vid. ratione ut omne officium sacerdotale in ea faciat cunctis diebus vite sue, et pro alimoniis habet hortum qui est ante memoratam ecclesiam cum cella et piscina et omnibus sib pertinentibus; cum pacto quod omne quod in dicta ecclesia oblatum fuerit *etc.* Insuper ipse Sergius dimittere debeat post obitum suum in memorata ecclesia unam planetam lineam cum orario et corporale , et per totum mensem magio prossimo atbeniente conciare dictam ecclesiam, et in unum annum expletum cellam at omni suo expendio. Insuper ipse igumenus adsignat eidem Sergio movilia (1) de memorata ecclesia, idest unum pannum, quod est ossecium bonum cum una sindone insimul ambos desuper altare, unum facietergium stellatum plumatum, ampulam maiore cum tres cruces de antiscu et alium exseccu pictulu et quactuor manupule cum cruce de lintiscu et turabulu de ramme cum duas cruces una ferrea et alia enea, et una coronella de ramme: quaterni dui de festivitate S. Eufimie et unum quaternu pictulu de S. Cerbasi, liber commite plenarium franciscu scriptum, calicem sanctum de stagno super inargentatum cum patina sua de stagnum , serolella pictula ab aqua sanctificata. Pro ipso calice sancto, quod ipse Sergius ibidem spoponderat in memorata ecclesia, dimictere debeat aliam causam atbaliente tare unum et denique debeat dare in omni anno duo paria de oblata unum in nativitate Domini, alium in sanctum pasca, pena vero in auri sol. 24 byth. Scriptum et actum per Sergium curialem. (*Subscribunt graece* (991)

(1) In charta paricla , quam inferius memoro , quaedam varietates in horum mobilium indicatione habentur , quas heic subiungere lubet, ut unus vel alter error in hanc membranam ob curialis negligentiam irreptus apte corrigatur. In ea vero legitur " hunum pannum quod est osseccum bonum cum una sindone, abbos desuper altare *etc.* mappula maiore cum tres cruces *etc.* et quatuor mappule cum cruce de antiscu *etc.* unum turabulum de ramme et duas cruces de lintiscu *etc.* et unum quaternum pictulum de festibitate S. Cerbasi et unum liber comitem plenarium manu francisca scripta *etc.* "

Basilio et Constantino impp. a. 991.

iidem, qui in doc. supra proximo n. 268 i. e. *Philippus ygumenus, Leo presbyter et monachus, Nilus monachus et presbyter, et Iohannes monachus*). Testes: Cesarius filius d. Petri, Iohannes filius d. Elia et Sergius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 748). Pergam. cit. t. V, n. 162. R. N. A. M. t. III, p. 111 (1).

(991) **270.*** *Alia charta appar iisdem notis chronologicis signata, qua memoratus Sergius presbyter promittit dicto ygumeno omnia, quae in charta superiori statuta sunt, et subscribit. Actum itidem per eundem Curialem, sed duo testes sunt alii ac illi in superiore documento subscripti*, vid. Cesarius filius d. Sergii monachi et Petrus filius d. Petri. (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 748). Pergam. cit. n. 163. R. N. A. M. t. III, p. 111.

(991) **271.** Die 30 m. martii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. anno 31 sed et Constantino m. i. a. 28. Gregorius naturalis filius q. d. Iohannis commutavit et tradidit d. Philippo igumeno monasterii Ss. Sergii, et Bachi, ac Theodori et Sebastiani integrum fundum suum cum integra petia terre sue in unum coniuncta, posita in loco qui vocatur Foris gripta, una cum arboribus et introitu suo et omnibus sibi pertinentibus. Et hos habet fines: ab uno latere est terra supradicti monasterii parte orientis, et a parte occidentis, et de uno capite parte septentrionis terra monasterii S. Gaudiosi puellarum Dei, et de alio capite parte meridiei est terra monasterii S. Antonii situm in scapula montis Posilipense, sicut inter se sepis exfinat. Pro quo quidem fundo cum terra eidem igumeno in commutatione datis, ut supra, prefatus igumenus in recompensationem ipsius commutavit et dedit supradicto Gregorio petiam unam terre iuris ipsius monasterii sitam in supradicto loco Foris gripta, que vocatur Mosacinta, una cum arboribus et introitu suo et omnibus sibi pertinentibus. Et hos habet fines, ab uno latere parte occidentis est terra Leonis filii q. Stephani, de alio latere parte orientis est terra heredum q. d. Leonis de Sparano de Albini, ab uno capite parte septentrionis est terra heredum q. d. Petri monachi Paci, sicut inter se sepis exfinat, ab alio capite parte meridiei est terra de illis battiacani, sicut inter se sepis exfinat. Et est signatum tali signo XXXV.— *Summarium instrum. S. Sebast.* f. 71.

(991) **272.** Die 30 m. aprilis ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 31 sed et Constantino frater eius m. i. an. 28. Drosu filia q. Leoni deactone, qui fuit de loco qui vocatur Curti et Iohannes, oc est genitrice et filio, coniux cumfilio q. Sparani monachi, vendant et tradunt Sillicte filie q. Iohannis integram petiam de terra, que nominatur casa melara, posita in loco, qui nominatur Serofilitanum, una cum arboribus *etc.* pertinentem eis per q. Leonem et Mariam genitores et alios eorum; qui et coherent sibi ab uno latere terra q. Iohannis Cuparii qui nominatur Barboni, et abet ibidem de longitudine passi 33 et ex alio latere coheret terra Boni isabri, qui nominatur capograssa, et abet ibidem de longitudine passi 31 et de uno capite coheret terra q. Iohannis deattone ger-

(1) In tab. V, primi voluminis conclusio huius instrumenti lithographice expressa est, sed membrana monasterio *S. Salvatoris in insula maris*, cum ad monasterium *Ss. Sergii et Bacchi* seu *S. Sebastiani* pertineat, minus recte tributa fuit Occasione arrepta heic mendum animadverto, et lectorem, ut veniam errato meo ex humanitate indulgeat, rogo.

Basilio et Constantino impp. a. 992.

mano et thio eorum et abet ibidem de latitudine passi 11 et ex alio capite coheret via publica et abet similiter de latitudine passi 11; mensurati vero ad passum *etc.* Unde nihil *etc.* set a presenti die *etc.* et neque *etc.* Insuper omni tempore *etc.* propter quod acceperunt auri tari 23; pena vero in auri sol. 24 byth. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus memorate Drosu et Iohannis. Testes: Iohannes scriptor, Iohannes filius d. Gregorii et Iohannes filius d. Petri. — R. N. A. M. t. III, p. 113.

273. Die 9 m. iulii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 31, sed et Constantino eius fratre m. i. an. 28. Drosa abbatissa monasterii Ss. Marcellini et Petri et Iohannes Pullarolo, filio q. Gregorii, habitator in loco, qui nominatur Capitiniano, territorio plagiense, propter terram iuris dicti monasterii, que nominatur ad pratum in dicto loco, que sita est iuxta terram dicti monasterii, quam tenet Martinus filius q. Stephani Primiarii *(Primarii)*, terram monasterii S. Pauli Captolicae maioris, et terram ecclesie S. Marie, que nominatur ad Cosmodi, conveniunt, et promittit dicta abbatissa non amovere ipsum Iohannem a dicta terra et ipse Iohannes promittit dividere fructus et vinum et olivas. Actum per manus Sergii tabularii et adest subscriptio caractere longobardo Sergii archiepiscopi et testes sunt Sergius filius d. Gregorii, Sergius filius d. Iohannis et Leo filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Marcellini* p. 199). Chioccarelli, *Ant. Neap.* p. 117. (992)

274. Die 1 ... m. februarii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an.... sed et Constantino frater eius m. i. an. 29. Merissi dibisionis facta ab Eupraxia h. f. filia q. Sergii et q. Marie h. f. iugalium cum consensu d. Petri Comitis viri sui et a Drosu h. f. uterina germana eiusdem Eupraxie cum consensu Iohannis viri sui, de terris in loco, qui nominatur Malitum et in loco qui nominatur at Sanctum Petrum at Paternum, quod est super clibum Benebentanum, que eis pertinebant per q. genitores eorum, quas dividunt in secundam partem. Et tetigit in ista prima portione, idest portio de integra clusuria in dicto loco Malito, hoc est a parte orientis iuxta terram de hominibus de Carpinianum; unde reliqua portio hoc est a parte occidentis iuxta terram Aligerno et Stephano fiolariis de Portanoba, sicuti inter istam et secundam portionem per trabersum duo termini exfinat; seu tetigit hic in ista portione prima et integra corrigia de terra, que fuit q. Marini Scarpati, cui coheret ab uno latere terra ecclesie S. Stephani, que ponitur ad arcum Roticorum, et de alio latere terra heredum Iohannis Catitiella de memorato loco Carpunianum, et de uno capite terra similiter de hominibus de Carpunianum, et de alio capite est coniuncta cum memorata portione de memorata clusuria; nec non et portio de alia petia de terra, que nominatur calimera, posita in memorato loco Malitum et est per trabersum dibisa, hoc est a parte orientis iuxta terram. Tetigit vero in portione secunda reliqua portio ex ipsa terra, hoc est a parte occidentis iuxta terram heredum d. Gregorii Curialis et Scriniarii, et habet de longitudine de duabus lateribus passi 34 at passum ferreum S. Neap. ecclesie, sicuti inter se per trabersum duos terminis exfinant. Portio prima autem viam dare debeat at portione secunda pro ingrediendi et egrediendi cum omni sua utilitate in memorata clusuria. Legatio vero de disposita, quam fecerunt (992)

memorati genitores sit firma et pena in auri libra una byth. Scriptum per Petrum Curialem, *(qui instrumentum non absolvit)*. Signum manus memorate personas. Testes: ΑΛΙΓΕΡΝΟϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ i. e. *Aligernus filius d. Ioannis*, Leo Curialis et Manso filius d. Simeonis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 790). R. N. A. M. t. III, p. 115.

(992) **275.** (Christe fave). Die 1 m. aprilis ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 32, sed et Constantino m. i. an. 29. Ammato, filius q. Augusti et Sergius, hoc est genitori et filio, pro vice eorum et pro vice Iohannis filii et germani ipsorum, qui icausus (1) est, et habitatores in loco qui vocatur Canineo, territorio porta romana, promittunt d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* et d. Stephano ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii, ubi eorum venerabilia corpura requiescunt, et at ambe congregationes monachorum memorati monasterii propter integram portionem campi positam in memorato loco Canineum, quam in ipsis monasteriis dimisit per firmissimum suum dispositum q. d. Iohannes, filius q. d. Petri, cui sopranomen Pictulo, una cum arboribus *etc.*, et quam ipsi igumenus et abbas dederant dictis genitori et filio eorumque heredibus at detinendum et lavorandum. In eo etenim tenore ut in eorum eorumque heredum sit potestate tenendi et dominandi, seu pastenandi et arbustandi, et super eos recolligendi subtus et super *etc.*, et omni anno dare et adducere debeant ipsis monasteriis pro festivitate S. Marie de augusto mense auri tare unum bonum expendibile et unum modium de fasioli rubei et senium una quarta de nuce mundate, et si ipsi genitor et fratres eorumque heredes omnia memorata non adduxerint post dies octo de S. Marie de augusto mense, tunc ipsi igumenus et abbas et posteri eorum possint illuc ad pignorandum venire et dicti genitor et filius ipsis et caballis eorum manducare et vivere dare debeant quomodo iustum fuerit; pena autem in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorato Ammato et Sergio. Testes: Sergius filius d. Gregorii, Gregorius filius d. Sergii et ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ i. e. *Gregorius filius d. Ioannis.* — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 447). R. N. A. M. t. III, p. 117.

(992) **276.** Die 16 m. iunii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 32, sed et Constantino frater eius m. i. an. 29. Horta intentione inter Aligernum filium q. Stephani qui nominatur de Pantalione et Leonem Ferrarium filium q. Leoni Ferrarii propter viam carrariam communem ipsorum et de aliis consortibus eorum, que badit intus clusuriam de terra, que nominatur at centum, posita in locum qui nominatur Maranum, quomodo badit per via carraria commune qui ducit da memorato vico qui nominatur Maranum, et trasit per ipsa clusuria per coste de sepe, qui est at memorata clusuria a parte orientis et badit usque in foras ad alias camporas de ceteris aliis consortibus dicti Aligerni; de qua pars ipsius Aligerni dicebat quia memorata via non ibat per ipsa clusuria sua, sed quomodo veniebat ipsa via carraria da memorato vico Maranum ibant et intrabant per clusuriam dicti Leonis Ferrarii, que ibi est a memorata orientali parte. Iterum

(1) Verisimiliter idem ac *causarius* i. e. vel morbo sontico laborans vel valetudinarius.

dicebat quod ipse Leo venisset et runcasset illam sepem de illa clusuria sua, et iacuasset inde ipsam viam. Pars vero Leonis respondebat : vere quia ipse cum aliis consortibus suis venisset et runcassent illam sepem de ipsa clusuria et iacuasset inde ipsam viam, eo quod ipsa via semper per ipsam clusuriam eiusdem Aligerni andabant. Unde post multam altercationem ambe partes perrexerunt ibidem super cum iudicibus publicis et iudicatum fuit inter eos, quod si pars memorati Leonis potuerit ostensionem facere quomodo ipsa via carraria per memoratam clusuriam dicti Aligerni andabat per 40 annos et iusiurandum taliter cum ipsis testibus dare potuerit, tunc ipse Aligernus poneret exinde eidem Leoni Ferrario securitatem; si vero illa ostendere non potuerit, tunc iuraret persona eiusdem Aligerni, quod ipsa via per ipsam clusuriam non andabat, sed per clusuriam eiusdem Leonis, qui facere deberet eidem Aligerno exinde legem, eo quod runcasset illam sepem de memorata clusuria. Cum vero ipse Leo ostendisset in publicum per homines de memorato loco Marani, ut omni tempore per extate et per vendemias andabant totus ipse vicus per ipsam clusuriam Aligerni cum carrum et cum peculias et per obernum andabant illa hommines at pede, et cum ipse Aligernus recepisset ab altera parte et de ipsa testimonia memoratum sacramentum definivit exinde cum ipso Leone in omnibus, et amodo et semper *etc.* et si quabis persona eidem Leoni et eius heredibus contraberit ipsa via illos memoratus Aligernus desuper tollere debeat; pena in auri sol. 40 byth. Scriptum et actum per Gregorium curialem. Signum manus Aligerni. Testes: Iohannes filius d. Petri, ΑΛΙΓΕΡΝΟΥϹ ΦΙΓΙΟΥϹ $\overline{\text{ΔΝ}}$ $\overline{\text{ΙΩ}}$ i. e. *Aligernus filius d. Ioannis*, et Gregorius filius d. Leoni. — (*Notam. instr. S. Sebast.* p. 336). R. N. A. M. t. III, p. 119.

277. (Christe fave). Die 6. m. augusti ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. (992) an. 32, sed et Constantino m. i. an. 29. Visus itaque fuit d. Filippus ven. igumenus monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum dicti monasterii facere Alfano filio q. Maurini et Ioanniperto filio q. Guisoni seu Petro et Guiso, germanis filiis q. Marii et habitatoribus in loco, qui vocatur Miiana, territorio Cimiterense, chartulam promissionis responsaticum de omnes terras iuris memorati monasterii, que nominatur de illut Boccuboccum, ut darent in dicto monasterio omni annue responsaticum modia 4. fasioli rubei, tractum usque intus portam dicti monasterii, mensuratum at modium iustum et per ipsam chartulam antestandum et defensandum. Et quia iterum postea idem d. Filippus ven. igumenus cum cuncta congregatione *etc.* dederat unam ex ipsis petiis de memorata terra, et nominatur at casale, a q. Angelo filio q. Iohannis, qui vocatur Bespi, abitator in Ciccanum, memorato territorio Cimeterense, per chartulam at responsaticum; et coheret sibi memorata petia de terra, que vocatur at casale at ille gripte ab uno latere terra heredum Iohannis Scaniclati et de alio latere terra heredum q. d. Sergii Tribuni, de uno capite est limiti publicum, et de alio capite terra S. Nolane ecclesie et terra omminibus de Cimiterium et terra heredum q. d. Alfani et heredum memorati Iohannis Scaniclati. Et quia memorati Alfanus et Iohannipertus seu Petrus et Guiso venerunt cum memorata chartula

Basilio et Constantino impp. a. 993.

et quesiverunt d. Filippum igumenum ut redderet ipsis memoratam petiam de terra; et quia ambe partes perrexerunt ante vestigia gloriose potestatis d. Sergii in Dei nomine etminentissimo Consul et Dux et ante iudices eorum in publico una cum memorato Angelo, iudicatum est inter eos quod si pars memorati Alfani et consortium iuraret ante memorato Angelo et diceret quia memorata petia de terra, que vocatur at casale at ille griptule pertineret de illis terris de illut Boccuboccum, ipse igumenus illas eisdem reddere deberet. Et quia per colloquia vonorum hominum memorate partes fecerunt cum memorato Angelo bonam conbenientiam absque omni sacramento, ideo memoratus d. Filippus cum consensu memorati Angeli dedit et tradidit memoratis Alfano et Iohanniperto et Petro seu Guiso memoratas petias de terra, que vocatur at casale, ut super legitur, at responsaticum in eo tenore *etc.* et dare debeant per totum augusto mense fasioli rubei modium unum tractum paratum intus portas dicti monasterii, et pena in auri sol. 36 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorato Alfano, et Iohanniperto seu Petro et Guiso. Testes: Petrus filius d. Basili, Iohannes filius d. Gregorii et Iohannes filius d. Stephani. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1086). R. N. A. M. t. III, p. 121.

(993) **278.** (Christe fave). Die 30 m. martii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 33, sed et Constantino m. i. an. 30. Urso filius q. d. commutat et tradit d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* et cuncte congregationi monachorum memorati monasterii integram unam petiolam de funducculum suum positum in loco qui vocatur at S. Petrum at Paternum super clibum, una cum omnibus sibi pertinentibus et coheret da tribus partibus cum fundo memorati monasterii et de alio latere parte septentrionis cum fundo de illi medici; propter quod exinde accepit in commutationem integras duas petiolas de funducculum dicti monasterii positum in memorato loco una cum omnibus sibi pertinentibus; et coheret sibi prima petiola ab uno latere parte meridiana terra eiusdem Ursi, sicuti inter se via compigniaria exfinat, et de alio latere parte septentrionis via publica, de uno capite parte occidentis via publica, et de alio capite parte orientis terra Petri de Calbetianum. Secunda petiola vero coheret sibi de uno capite parte septentrionis via publica, et de alio capite parte meridiana memorata via compignaria, de une latere parte occidentis terra memorati Petri de Calbetianum et de alio latere parte orientis terra eiusdem Petri. De qua nihil *etc.* et a presenti *etc.* et neque *etc.* pena autem in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Testes: Iohannes filius d. Stefani, Iohannes scriptor et ΑΛΙΓΕΡΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ i. e. *Aligernus filius d. Petri.* — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 631). R. N. A. M. t. III, p. 124.

(993) **278.*** *Alia charta appar iisdem notis chronologicis signata, qua d. Filippus igumenus monasterii Ss. Sergii et Bacchi commutat cum Urso filio q. d. Bitaliani mèmoratas petiolas de terra, ut in superiori instrumento legitur. Scriptum per Iohannem curialem. Subscribunt:* Philippus ygumenus, *ac* Leo presbyter et monachus, *ut supra in istr.* n. 260, *graece; item:* ιῶ μ.:χο καὶ ευτελεῖσ πρεσυ ἰδιοχεῖροσ εγραψα i. e. Iohannes monachus et humilis presbyter propria manu subscripsi, λουκασ πρεσυητεροσ ευτελησ ηδιοχηροσ

Basilio et Constantino impp. a. 993.

ηπεγραψα i. e. Lucas presbyter humilis propria manu subscripsi; *deest vero unus testium scil.* Aligernus *et absolutio curialis.* — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 406). Pergam. cit. t. V, n. 170; R. N. A. M. t. III, p. 126.

279. Die 29 m. aprilis ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. a. 33, sed et Constantino m. i. fratre eius a. 30. Iudicare visa fuit d. Maria h. f. filia q. d. Stephani et q. d. Marie h. f. iugalium personarum, coniux d. Petri, per suum dispositum omnem sua hereditate et substantias, ut integris portionis q. d. Gemma et d. Anna prothias suas, qui ad ea pertinuit aut pertinentes fuerit per quovis modum, ut inclitas irent pro sua anima per manus d. Aligerni Bulcani prothii sui et per manus d. Iohanni filio q. d. Aligerni, simul per manus Marini cognati sui, filii q. d. Gregorii soceri sui, et per manus d. Sergii thii sui filio q. d. Iohanni, sicuti ipse eius dispositus continet. Et quia per negligentia de die in die minime illud dederant pro anima memorate q. Marie, etiam et ipsi ceteri distributores iam defunti erant et nullus de eis remansit preter memoratum Marinum, ipse Marinus cepit inde magnam cogitationem abere, ni sibi mors accesserit et nequaquam illud iret pro anima q. cognate sue, et sibi comparuit ut illud offerret in monasterio beatissimi Gregorii et Sebastiani puellarum Dei. Hitcirco ipse memoratus Marinus distributor pro vice sua et pro vice de ceteris distributores, qui iam defunti sunt, per hanc chartulam pro redentione anime memorate q. Marie cognate sue offert atque impresenti contradit d. Marum ven. abbatisse memorati monasterii et cenobii beatissimi Gregorii atque Sebastiani puellarum dei et per eam in memorato monasterio, idest integras portiones q. d. Gemme et q. d. Anne prothias memorate cognate sue cum omnibus *etc.*; pena vero in auri libras 2 byt. Scriptum et actum per Iohannem curialem et scriniarium. Subscribit μαρινους διστριυουτορ. i. e. *Marinus distributor.* Testes: Stefanus filius d. Sergii, ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ? i. e. *Gregorius filius d. Ioannis?* et Iohannes filius d. Cesarii. — (*Notam. instrum. S. Gregorii* n. 342); Minieri, *O. c.* n. 5. (993)

280. (Christe fave) Die 20 m. iulii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 33, sed et Constantino m. i. an. 30. Petrus Campertarius filius q. Anastasii Campertarii et Gemma, hoc est iugales, seu Anna, hoc est germanis et cognatis, cum consensu d. Petri Centimularii posterioris viri eiusdem Gemme vendunt et tradunt d. Sergio ven. presbitero filio q. Iohannis, cui supranomen Andrea, et Anna, hoc est domino et servienti, custodi ecclesie S. Agathe duas petias de terra posita in loco, qui nominatur babulie super Antenianum una cum arboribus *etc.* et coheret sibi at prima petia ab uno latere terra ecclesia S. Marie de memorato loco et terra heredum Sergii Curialis, sicut inter se sepis et fossatus exfinat, et de alio latere terra Iohannis Calciolarii, sicuti inter se egripus exfinat, de uno capite terra de illi Naupigii et de alio capite terra Sergii Ferrarii cui supernomen mirdilla, sicuti termini exfinant; et at memorata secunda petia coheret sibi ab uno latere terra Stephani de Petro de Cesario, sicut inter se levatas exfinat et de alio latere terra memorati Sergii Ferrarii Merdilla, sicut inter se sepis et fossatus exfinat, de uno capite terra Leonis Batticulia, sicut inter se egripus et sepis exfinat et (993)

de alio capite via pubblica. De qua nihil *etc.* et a presenti *etc.* et neque *etc.* Insuper omni tempore *etc.* propter quod acceperant auri sol. 9. de tari ana 4 tari per solidos; unde memorata Anna recipit tari nobe et memorati Petri et Gemma iugales tari 27. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorati Petro et Gemma et Anna. Testes: Sergius filius d. Iohannis, Iohannes filius d. Stephani et Petrus filius d. Gregorii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 453). R. N. A. M. t. III, p. 128.

(993) **281**. Die . . . . m . . . . . ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 33, sed et Constantino m. i. an. 30. Bonus filius q. Petri *habitator* in loco, qui vocatur Calbetianum, promittit d. Stephano ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii ubi *etc.* et cuncte congregationi monachorum eiusdem monasterii propter integra una terra que vocatur ad campum de ursula, posita in supradicto loco una cum arboribus *etc.* coherente sibi de uno latere terra d. Ursitata, a vero alio latere et de uno capite terra d. Aligenti? et ex alio capite terra . . . . quam sibi suisque heredibus ipse abbas dedit in colligio ad lavorandum et detinendum. In eo vero tenore ut eam bene et diligenter lavorare *etc.* et vites quantas ibi suffecerit ponere *etc.* et de sua semente seminare *etc.* debeant, et nullam partem memoratus abbas exinde querat; tantummodo pro augusto mense pro terraticum dare debeat tritici modias duas et fabas modium unum tractum *etc.* Vinum vero a palmentum per sex uncias dividere debeant, set de sua portione ex ipso vinu operarios pargiare ipse abbas debeat, vinum vero a bibendum et unum cofinum de ube pro lardum a condendum de comuni exire debeat. Insuper portionem suam abbas traere faciat, set ipse colonus illam serbare debeat in suis organeis per dies set et duas personas et caballos in vindemìa enutrire debeat et nullatenus ipse abbas eumdem colonum bene et diligenter laborantem *etc.* pena in auri sol. 20. bith. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus Boni. Testes. Iohannes filius d. Stephani, Iohannes. . . . *(alius testis, quia forsitan graece subscripsit, omittitur)*. — *Protoc. del monast. di S. Severino* f. 48.

(994) **282**. Die 9. m. ianuarii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i an. 34, sed et Constantino m. i. an. 31. Petrus et Sergius seu Cesarius, uterini germani filii q. d. Gregorii Munduli, postmodum vero monachi, promittunt d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi, qui nunc *etc.* et at cunta congregatione monachorum dicti monasterii quia nunquam ipsi aut heredes ipsorum licentiam abeant aliquando tempore dicto monasterio querere de integris personis de q. Stephano et Racculo uterinis germanis, filios q. Iohannis defisi dicti monasterii. Insuper promittunt ut per nullum modum aliquando tempore licentiam abeant ipos defisos menare in angarias aut in qualecumque loco a nunc et in perpetuis temporibus; pena in auri sol. 36 bith. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus Petro et Cesario. Sergius subscripsit. Testes: Iohannes filius d. Marini, ΑΛΙΓΕΡΝΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ $\overline{\text{ΔΝ}}$ ΠΕΤΡΙ i. e. *Aligernus filius d. Petri* et Stefanus filius d. Sergii. — *(Notam. instr. S. Sebast.* n. 1053). R. N. A. M. t. III, p. 130.

(994) **283**. Die 18 m. aprilis ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 34, sed et Constantino m. i. frater eius an. 31. Merissi divisionis facta a Sergio filio q. Iohannis Sur-

rentini, habitatores in loco, qui nominatur Duliolum, cum Petro uterino germano suo de integras duas domos et de pischina eorum positas in vico, qui nominatur Formelli, regione apostolorum, quas dividit in secundam partem. De qua exinde tetigit ipsum Petrum in ista secunda portione integra una de ex ipse domui cum integro uno arcu, insimul coniuncto iuxta muro publico, seu et una inferiora et superiora propria dicti Sergii, que est a parte meridiana, sicuti inter ipsa domum que tetigit in portione secunda et inter memorata superiora et inferiora propria ipsius Sergii inferius et superius clusa et singnate exfinant et quomodo exfinant communiter claudere debeant a terra usque ad sternimentum et da sternimentum usque ad tectum; unde ad vicem tetigit in portione primma alia una de memoratas domos cum grados suos pretinos et est iuxta hortum d. Gregorii filii q. d. Ursi Castaldei, et secus pischinas communales et qui tulerit primam portionem refundere debet ad istam secundam portionem auri tari 8. Portione vero de memorato piscina cum atriis suis, que sunt ante domum de portione primma remanserunt inter eos communales; pena vero in auri sol. 30 byt. Scriptum et actum per Gregorium curialem. Signum manus memorato Sergio et Petro. Et hoc memorando adfirmant ut quantos trabes et petras sunt intus inferiora de portione secunda habeat sibi ista portio et quando perget ad piscinam non habeat licerem ibidem nec in ipso atrio refigere, set tantum aqua exinde sivi impendi et atquandi et exeuntibus exinde foras, legatio vero dispositi memorati genitoris sit firma. Testes: Gregorius Curialis, Iohannes filius idem d. Iohanni tabularii et Gregorius filius d. Leonis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 399). R. N. A. M. t. III, p. 132.

284. Die 19 m. aprilis, Ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 34, sed (994)
et Constantino frater eius m. i. an. 31. Per dispositum iudicare visa fuit, q. Maria filia q. Iohannis Ferrarii, cui supernomen Muca que fuit coniux q. Cesarii ut ad suum transitum memoratus Cesario viro suo daret unde voluerit pro anima eiusdem auri tari 24, et iret per manus Gregorii Ferrarii filii q. Iohannis et Iohannis Ferrario filii q. Petri Ferrarii cui supranomen Corbi, distributores eius et ipsum pretium distribuerent pro anima sua, et si memoratus Cesarius aut alia quavis persona memoratos tari dare noluerit licentiam haberent ipsi distributores adpreendere in omni sua hereditate seu substantia de intus et foris et venumdare cui voluerint tantum unde memoratos tari tollerent et illos distribuerent sicut ipsum dispositum continet. Et quia memoratus Cesarius et heredes eius ipsum pretium noluerunt dare, idcirco memorati distributores vendunt et tradunt Stephano, negotiatori filio q. Iohannis inclitam unam petiam de terra, que ponitur in campo de Miana una cum omnibus sibi pertinentibus; pertinentem ad eam per parentorum suorum et coherentem sibi ab uno latere terra S. Neap. ecclesie, sicut inter se sepis et fossatus exfinat; et de alio latere terra monasterii S. Patricie, sicut inter se lebata exfinat et de uno capite est caba pubblica et ex alio capite terra Leonis Ferrarii, cui supranomen Papalone. Unde nihil *etc.* set a presenti *etc.* et neque *etc.* propter quod acceperunt auri tari 25, et pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorati distributores. Testes: Sergius filius d. Ste-

phani Mastalus Curialis et Leo filius d. Petri Monachi. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 976). R. N. A. M. t. III, p. 134.

(994) **285**. Die 10. m. iunii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 34, sed et Constantino m. i. an. 31. Gregorius filius q. Iohannis de Paulu.... a Porclanum promittit d. Stephano ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii ubi *etc.* propter integrum fundum iuris infirmarii dicti monasterii positum in sopradicto loco Porclanum una cum petia de terra intra ipsum a parte meridiana et cum terra et padule ab alia parte septentrionis; ex ipsum fundum, sicuti inter se via publica exfiniunt; coherente insimul de uno latere parte orientis padule et terra ecclesie S. Cipriani simul et terra heredum q. Gregorii de Mascalu, ab alio latere parte occidentis padule de illa schola et ecclesia S. Marie et terra eiusdem Gregorii et in aliquantum terra Gregorii archipresbiteri; de uno capite parte meridiana terra eiusdem monasterii quam lavorant Iohannes et Gregorio germani, de alio capite parte septentrionis quomodo vadit usque a flumen ex ipsa padula monasterii seu ipsa terra quantum exegregaverant, habet de latitudine directum cum primo termine qui est iuxta fossatum et fundum monasterii passi 23 et de latitudine in ipso secundo termine passi 18, et a parte ex ipsa via publica habet de latitudine passi 17: quem fundum cum terra ipse abbas eidem suisque heredibus dederat in colligio ad laborandum ad omne suum expendium. In eo tenore *etc.* potare vero et derammare seu albaciare debeat *etc.* tantummodo exinde ipse et heredes eius omni anno pro augusto mense pro terraticum dare et aducere debeat 90 cumbinas de cepullas et 50 hobas, insimul tractum paratum intus monasterium; vinum vero et fructoras per sex uncias inter se dividere debeat, sed si ipse Gregorius aquam ponere voluerit in ipsa vinacia pro saccapanna faciendum, ipsum tollere possit, tantummodo quantum vinum in ipsa vinacia surrexerit alium tantum vinum mundum exinde a vicem monasterium tollere debeat: mercedes vero de operarios ad vindemiandum et vinum a vibendum et dies infra dies (*sic*) unum cofinum de ube pro lardum a condendum a ipsis operariis qui vendemiaberis de comuni exire debeat, et vinum mundum trahere debeat gratis ad monasterium, preter portione de mela quam abbas trahere faciat uti potuerit; quandoque ipse abbas et heredes eius ipsa vindemia ad recolligendum direxerit ipse Gregorius et heredes eius duas portiones? eiusdem et caballum enutrire debeat ut iustum fuerit. Scriptum per manus Sergii tabularii. Signum manus Gregorii. Et oc memorati sunt ut si quolibet tempore ipse abbas ipsum fundum, terram et padulem a cambiandum venerit, licentiam abeat. Testes: Iohannes curialis et scriniarius. (*Reliqui in exemplo omittuntur*). *Protocollo del monastero di S. Severino*, fol. 9.

(994) **286**. Die 20 m. augusti, ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 34, sed et Constantino m. i. fratre eius an. 31. Stephanus filius q. d. Sergii et Iohannes, hoc est genitor et filius, promittunt d. Leoni ven. presbitero et primicerio custodi vero ecclesie S. Eutimii numquam querere aut molestare per qualecumque modum a nunc et in perpetuis temporibus ipsum Leonem et ecclesiam suam propter integram unam terram que vocatur positam vero in loco qui vocatur Liciniana quod est faris arcora

dudum aqueductus, quam q. d. Cesarius monacus germanus et thius ipsorum hofferuit in predicta ecclesia per suum dispositum. Et coheret sibi dicta terra ab uno latere terra de illi Aurilii, et de illi Miliacci, a vero alio latere terra ecclesie S. Martini iuris heredis Kaloleoni, de uno capite terra de illi Spatharii et ex alio capite via pubblica. Pena in auri sol. 16 byth. Scriptum et actum per Leonem Curialem. Signum manus Stephani et Iohannis. Testes: Mastalus filius d. Iohannis, Leo filius d. Petri et Sergius filius d. Theodori. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 755). R. N. A. M. t. III, p. 136.

287. Die 20 m. septembris ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 35, sed (994)
et Constantino fratre eius m. i. an. 32. Theodonanda filia Iohannis de Bitaliano Vicedomino et q. Merende iugalium cum consensu Anastasii viri sui vendit et tradit d. Iohanni filio d. Petri Ipati, postmodum vero Monachi, petiam terre, que nominatur granianum pictulum, positam in loco qui nominatur Marano ei perventam ex parentibus suis; et coheret cum terra dicti d. Iohannis, quam ipse comparavit a Leone Modios solidos, cum terra de illi Pantaleoni, cum terra Eufimie germane eiusdem Theodonande, cum terra d. Theodosii, pro pretio auri tar. 42 et pena controventionis statuta est in auri sol. 24 byth. Actum per Mastalum Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 343.

288. Die 14 m. octobris ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 30 (36), (995)
sed et Constantino fratre eius m. i. an. 33. Maria, que Marenda cognominatur cum voluntate Gregorii filii sui vendit et (tradit) d. Sparano presbitero et primicerio et cuncte congregationi S. Georgii cattholice maioris, quod est ecclesia seberiana, terram propriam ad Cambrane per os fines designatam; ab uno latere est terra ipsius congregationis, ab alio latere est terra de Anna filia sua, ab uno capite est terra d. Mariani Danilo, de alio capite terra Hilarii Capovicina pro auri tari 13. Rogatum per manum Iohannis Curialis. Testes: Basilius filius d. Petri et Leo Curialis. — Tutini, *Ex scriptur. S. Georgii maioris in cod. Ms. supra cit.* fol. 41.

289. Die 4 m. nobembri ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 36, sed et (995)
Constantino frater eius m. i. an. 33. Cesarius, cui supernomen Bicarellus, filius q. Iohannis vendit et tradit d. Petro filio q. d. Stephani Bulcani integram unam petiam de terra, que nominatur   una cum integro intersico suo ibidem in uno coniuncto, hoc est a parte septentrionis, positam in loco, qui nominatur Pischinula, una cum omnibus sibi pertinentibus; et coherentem sibi ab uno latere parte meridiana terra d. Gregorii Millusi, et ab alio latere parte septentrionis terra memorati d. Petri et de illum Papaboe, et terra de ecclesia S. Petri at Carbonario et de uno capite parte orientis terra monasterii S. Patricie et ex alio capite parte occidentis caba publica; et at ipsum intersicum coheret sibi ab uno latere parte septentrionis terra, que modo detinet Falculo Aurifice, et a parte meridiana est coniunctum cum memorata terra quam ei venumdedit, et de uno latere parte occidentis coheret caba publica et ex alio latere parte orientis terra memorate ecclesie S. Petri, sicut unum termine marmoreum tufineo exfinat. Unde nihil *etc.* et a presenti *etc.* et neque *etc.* Insuper et ab omni omine *etc.* propter quod accepit auri tari

Basilio et Constantino impp. a. 996.

20 boni; et pena in auri sol. 24 byth. Scriptum per Petrum Curialem. Signum manus memorato Cesario. Testes: Iohannes filius d. Cesari, Stephanus filius d. Iohannis et Petrus filius d. Petri (*deest vero complementum et absolutio curialis.*)—R. N. A. M. t. III, p. 140.

(996) **290.** Die 19 aprilis, ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 36, sed et Constantino m. i. frater eius an. 33. Maria abbatissa monasterii et cenobii b. Gregorii atque Sebastiani ancillarum Dei promittit Regio filio Stephani, habitatori in loco, qui vocatur Agellum, territorio plagiense, propter petiam dicti monasterii, que vocatur ad S. Petrum ad cancellata ad ille fosse, que coheret cum terra d. Leoni de Ripatia, cum predicta ecclesia S. Petri et cum terra d. Drose gloriose Senaoris (1) et cum terra eiusdem monasterii, quam terram ipse Regius accepit ad pensionem et pro pensione promisit solvere terraticum et dividere vinum et fructus et promittit nutrire personas et caballum, que mittentur in vindemia. Propterea predicta abbatissa promittit ipsi non tollere dictam terram. Actum per Leonem Curialem.—*Notam. instrum. S. Gregorii* n. 409.

(996) **291.** Die 20 m. aprilis ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 36, sed et Constantino frater eius m. i. an. 33. Aligernus negotiante, filius q. Stephani da Pantalione et q. Pitrum iugalibus vendit et tradit Leoni Ferrario filio q. Leoni Ferrarii, cui supranomen Papalone, integram clusuriam de terra que nominatur at Centum, posita in loco qui nominatur Maranum, una cum arboribus et cum introitum suum, pertinentem sibi per parentorum suorum et coherentem sibi de amba latera terra memorati Leonis, et de uno capite terra ecclesia S. Castrensis et de alio capite terra Ursi Vicedomini, nunc vero monachi; de quibus nihil *etc.* sed a presenti *etc.* et neque *etc.* insuper et ab omni homine *etc.* propter quod accepit auri sol. tridecim de tari ana quadtuor tari per unoquoque solidos et pena in auri sol. 10 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus Aligerni negotiante. Testes: Iohannes filius d. Petri, Iohannes Curialis et Leo Curialis.—(*Notam. instr. S. Sebast.* n. 339). R. N. A. M. t. III, p. 143.

(996) **292.** Die 20 m. aprilis ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 36, sed et Constantino m. i. frater eius an. 33. Petrus filius q. Grimmi de loco, qui vocatur S. Petrus ad paternum, promittit d. Filippo ven. ygumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* propter quod dederat ei et ad filiis suis masculis, quos habet vel habuerit, in colligio ad lavorandum et detinendum partem de fundo, hoc est in media loca simulque una cum pischina et puteum et susceptorium suum et cum casa super se cooperta cum palea et cum introitum suum omnibusque *etc.* qualiter inter hoc et reliquum, quem ygumenus in sua reservavit potestate a parte hoccidentis et meridiana termines exfinat; primum termine a parte septemtrionis iuxta carraria monasterii abinde rectum in parte meridiana in secundo termine et abinde in parte orientis in tertio termine iterum advolvit

(1) Ita in cod. Ms. at legendum est *Senatricis*, ut in sequenti doc. anni 1019, ubi item memoratur *q. d. Drosu Senatrix, fil'a q. bone recordationis d. Iohannis gloriosi consulis et ducis*. His temporibus enim qui, vel quae, sive mares sive foeminae, Neapoli et Caietae ad ducalem familiam sanguinis cognatione pertinebant, Senatoris et Senatricis titulo utebantur. Cf. FEDERICI, *Degl' ipati di Gaeta* p. 346. De Drosa Senatrice aliquid innui supra t. I, p. 129.

rectum in parte septentrionis in sepe, qui exfinat inter fundum heredum Lupi filio d. Leoni medici et inter clusuria de terra Ursi medici exadelfi sui; quamque et propter reliquum ex ipso fundo qui remansit a parte horientis una cum corrigia de terra iuxta se et cum reliquis terris, quas ipsum monasterium habet in memorato loco; excepto quantum nunc detinet q. Stephanus defiso eiusdem Petri de campo suo, qui vocatur balesanum, a parte horientis iuxta terra de illi Schintilla, et excepto quantum ipse Stephanus defisus monasterii in illa cesula detinet, et exceptis inclita terra, que nominatur de d. Andrea, et inclito fundiciolo, qui est iuxta fundum heredum d. Stephani fllio d. Leoni, quas ygumenus in sua reservavit potestate. In eo enim tenore ut ibidem superhavitare et residere debeat ipse Petrus et omni annuo apto tempore subtus et super bene et diligenter lavorare et colere cum vobes suos et conciaturia seu operarios et sumpta vel omnia expensa: caucuminas et vites seu fructoras, ubi necessum fuerit, omni annuo ibidem ponendi et plantandi seu potandi et propaginandi et albaciandi et sepes eius emarginandi et de sua sementes illud seminandi, quamque sarire et felicandi, mundandi et adimplendi omnia et in omnibus et quiquid omni annuo inferius et superius ibi necessum fuerit at lavorandum et faciendum illud peragere debeat ad omni suo expendio, preter mercedes de operarios at vindemniandum et vinum ad eis vibendum et ubas pro lardum ad condendum, quod de comune debeant et pargient; excepto una persona que ipse Petrus non exinde pargiet, set eos enutrire et eis mercedes dare debeat. Et quodcumque omni annuo ibidem in quolibet seminatu Deus dederit, illud ipse Petrus tollere debeat, preter de quod ibi seminaverit, terraticum dare debeat tanta modia quanta per passos fuerit, et similiter de reliquo fundo, qui est a parte horientis, preter de dua modia terraticum dare debeat. Vinum vero mundum et saccapanna seu fructoras divident per sex uncias; melas vero in quintam partem, hoc est monasterium partes tres et ipse Petrus partes duas; portionem vero ipsius monasterii exinde ipse Petrus trahere debeat intus monasterio gratis, excepto medietate, ex ipsa aqua, quam ipse ygumenus trahere faciet, conserbando illud in organeis suis dies tres. Ficulneas, que ibi sunt, omni annuo monasterium frugiare debeat et quando duo homines ex parte monasterii venerint ad vindemiandum illos enutrire debeat, ut iustum fuerit, et insuper dare debeat omni annuo palea trelicia carrum unum, tractum intus memoratum monasterium; alium vero palmentum et susceptorium suum, qui est in ista portione, ygumenus in sua reservavit potestate et licerem habeat tollere de ipsa piscina quantas aquas sibi et hominibus suis necessum fuerit, furnum etiam sit commune cum aliis ominibus, qui fuerint in reliquo fundo et duleas denique, quas monasterium abet in hoc quod eidem Petro dedit, in potestate eiusdem monasterii remaneant, sed in quale duleum vinum non posuerit ipse Petrus vinum suum ponere possit. Nullatenus vero monasterium ipsum presummat nec habeat licentiam ipsi Petro et filiis suis masculis omnia, que supra dicta sunt, adimplentibus hoc quantum dedit tollere, preter si hominem cum bubus propriis ibidem ponere voluerit ad habitandum et lavorandum licentiam habeat ipsi Petro illud tollere, set de phenum et de legumina tum illum non eiciat; pena statuta in sol. 36 byth. Scriptum et actum per Petrum Pri-

marium. Signum manus memorati Petri. Testes: Iohannes filius d. Stephani monachi, Iohannes Curialis, et ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΕΡΓΙΙ i. e. *Ioannes filius d. Sergii.*—(*Notam. instr. S. Sebast.* 640). R. N. A. M. t. III, p. 145.

(996) **293.** Die 23 m. augusti ind. IX, Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 36 sed et Constantino m. i. an. 33. Iohannes, qui nominatur Gige, filius q. Stephani, qui nominatur Gige, habitator da Sole et Luna, et Petrus filius q. d. Petri, qui nominatur de Mauro, habitator in loco qui vocatur Prepontianum, territorio planuria maiore, recipiunt pro seipsis et eorum heredibus ad detinendum a d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* et a cuncta congregatione dicti monasterii tres petias de terra positas in loco, qui vocatur Campana, territorio Puteolano, una cum puteo aque vibe et cum griptis et cum introitas suas *etc.* coheret sibi a prima petia que nominatur at illut puteum ab uno latere parte septentrionis terra heredum q. Stephani de castro Puteolano, qui nominatur Trinesilla, et de alio latere parte meridiana terra monasterii S. Marie at capelle, sicut inter se egripus exfinat, de uno capite parte orientis silice pubblica et de alio capite parte occidentis terra episcopii S. Puteolane ecclesie. Et at secunda petia, que nominatur coheret sibi ab uno latere parte septentrionis terra heredum Sergii de Crasana de memorato castro et de alio latere parte meridiana terra omminibus de memorato castro, de uno capite parte occidentis est monte et ex alio capite parte orientis terra d. Iohannis filii d. Cesarii. Et at tertia petia, que nominatur at Aviana cum puteo aque vive et griptis coheret sivi de uno capite partis occidentis terra monasterii S. Dimitri et de alio capite parte orientis via publica, de uno latere parte septentrionis terra heredum d. Iohannis Fusculo et de alio latere parte meridiana terra memorati monasterii S. Dimitri. Quarta petia, que nominatur Sambucara, coheret sibi de uno latere parte septemtrionis terra dicti monasterii et de alio latere parte meridiana terra vocabulo S. Petri, sitam intus memorato castro, de uno capite parte orientis memorata via publica et de alio capite parte occidentis est montis eiusdem monasterii. Quinta petia, que nominatur Sambucara coheret de uno latere parte septemtrionis terra omminibus de memorato castro Puteoli et de alio latere parte meridiana terra de aliis omminibus, de uno capite parte occidentis via publica, et de alio capite parte orientis terra de aliis omminibus. Sexta petia at illis arboribus, quod est corrigia, coheret sibi de uno latere parte septentrionis terra memorati monasterii S. Dimitri, et de alio latere parte meridiana terra monasterii S. Maria puellarum Dei situm at Albina, de uno capite parte orientis est montis et de alio capite parte occidentis est silice. In eo autem tenore ut in eorum eorumque heredum sit potestate tenendi et dominandi *etc.* et tantummodo dare debeant in festivitate S. Marie de augusto mense terraticum bonum siccum de tres petias da publicum vid. primas petias nominatas at illis arvoribus, secunda et tertia at ille silice; et de aliis tribus petiis monasterio eiusque posteris de dua modia tria de quod ibi seminaverint, insimul tractum paratum usque intus portam monasterii mensuratum ad modium quale ipsum monnsterium tollerit alias terraticas. Et non habeat licentiam ipsos tollere *etc.* ex-

cepto si ommine suum ponere voluerit; pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorato Iohanne et Petro. Testes: Iohannes filius d. Cesarii, Stefanus filius d. Iohannis, et Petrus filius d. Basili. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1224). R. N. A. M. t. III, p. 149.

294. Die 9 m. septembrii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 37, sed et Constantino frater eius m. i. an. 34. Iohannes Ferrarius filius q. Leonis Ferrarii cum consensu Marie coniugis sue commutat et tradit Leoni Ferrario, exadelfo germano suo filio q. Gregorii Ferrarii et q. Sillicta monacha, iugalibus thiis suis, cum consensu Pitru coniugis eiusdem partem de solarium suum, qui est super inferiora cellarii sui et iuxta solarium eiusdem Leonis a parte hoccidentis, sicut inter se signate exfinant, et a parte horientis est reliquu ex ipsum solareum, que in sua reservavit potestate, sicut inter se due signate exfinat, una que est in parietem suum a parte septemtrionis et quomodo monstrat in alia signata in parte meridiana, que fecit in obstracum ex ipsum solareum; et est ipsum solareum, que dat, de latitudine in ipsa septentrionali parte passum unum et uncie tres et similiter in alio capite a parte meridiana, mensuratum ad passum ferreum *etc.* et memorate uncie at manum birilem iustam. Inter eos vero facere debeant parietem pro clusa in altum usque at pectus omminis at communi expendio, ad ponat ipse Iohannes de solario qui sibi remansit at ipse Leo de solario commutato una medium pede et faciant ipsum parietem et a parte meridiana super curtem communem super ipsa ballatorias, quantum est ipse solarius eidem Leoni traditus, iterum facere debeant in altum podium usque ad pectus omminis at communi expendio et licentiam abeat ipse Leo illum plus in altum atscendere quantum voluerit. Insuper ipse Iohannes largivit facere et ipse Leo fecerat unum parium de grade marmoree at coste de pariete, qui est de subtus suum, et desuper est eiusdem Leonis, qui ipse grades pedes detinunt in parte occidentis cum facie de memorate grade et caput a parte orientis in ipsum solareum commutatum et ipsas terras qui est inter ambobus pedis ex ipse grade siat commune ambobus. Ipse Leo autem licentiam abeat ipsum parietem de ipsum solareum suum, qui est super ipse grade sue in altum atscendere et ipse Iohannes atlargare illum cancellum suum, qui est in pariete suo directum cum facie de ballatorium ex ipse grade eiusdem Leonis absque lesimentum de ipsum solarium; iterum et si illargias de illum cellarium suum excotere voluerit in fore cum facie de illum ballatorium, quem ipse memorato Leoni dederat, qui fuit de alie grade sue, qui ibidem sunt a parte orientis, licentiam abeat absque lesione de ipsum ballatorium iam Leonis que in unum coniunxit cum dicto solareo; in ipso vero pariete qui est at coste de memorate grade eiusdem Leonis qui desuper est eiusdem, ut super legitur, multas aperturias facere non debeant. De quibus *etc.* Ad bicem autem commutationis ipse Iohannes accepit medietatem de integro introitum et anditum commune, que abuerunt per grade pretinee sue qui ascendunt in memorate curte communem, qui est in caput ex ipse grade, unde ipse Leo introibat in domum suam, quam ibi abet a parte septentrionis, etiam et abuit ibidem duas regias,

Basilio et Constantino impp. a. 997.

que iam fabritas abent. De quibus *etc.* set a presenti *etc.* et neque *etc.* Pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Gregorium curialem. Signum manus memorati Iohanni. Testes: Sergius filius d. Iohanni, Aligernus filius d. Sergii, et Gregorius filius d. Stephani. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 329). R. N. A. M. t. III, p. 152.

(997) **295.** (Christe fave). Die 10 m. ianuarii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 37, sed et Constantino m. i. an. 34. Filippus umilis igumenus monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* una cum cunta congregatione monachorum memorati monasterii promittit Sergio ven. presbytero filio q. propter ecclesiam S. Severi sitam secus plateam, que nominatur radia solis, qui et gurgite dicitur iuris memorati monasterii, ubi eum custodem posuerat, a nunc et omnibus diebus vite sue prenominatam ecclesiam et omnia que per inventaneum ipsi assignaverat (1) at que a mulieribus et viris oblatum fuerit, tenere, dominare seu frugiare, eo vero tenore quod in eadem ecclesia superavitare et residere debeat et omne officium sacerdotale *etc.* Insuper omni anno dare debeat eidem igumeno et memorato monasterio per nativitate Domini oblatas parias tres et per resurretione Domini similiter et per festivitatem S. Severi parium unum. Post transitum vero eius memorata ecclesia cum omnibus sibi pertinentibus ad ipsum monasterium revertatur; si vero mobile *etc.* Pena vero in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Subscribunt graece. Φιλιππ.σ *etc. ut supra* in n. 270. Πανκρατιοσ μοναχοσ ιδιοχιρσσ... i. e. *Pancratius monachus manu propria...* ΙΩ ΔΙΑΚΟΝΟC ΕΘ ΜΟΝ... i. e. *Ioannes diaconus et monachus...* νικ.λ μοναχοσ και ιερευσ ιδιοχιρσσ... i. e. *Nicolaus monachus et presbyter manu propria...* Testes: Iohannes filius d. Gregorii, Stephanus filius

(1) Inventarium, de quo heic sermo, olim in archivo monasterii S. Sebastiani adservatum, nunc extat inter membranas in bibliothecam *Societatis Neapolitanae historiae* modo invectas. Est autem hujusmodi:

" Christe fave. In nomine domini dei Salvatoris nostri Jhesu Xsti die duadecima mensis ianuarii indictione decima Neapoli. Inbentanium annotatione factum ha me sergio presbiterum custus ecclesie sancti severi juris monasterii sancti sevastiani ante leone Curialem et ante ihoanne diacono et monaco ipsius monasterii et ante nicolao presbyteru et monaco memorati monasterii et ante iohanne filio domini iohannis propter mobilibus et ornamentis et codicibus et coronis qui sunt de memorata ecclesia sancti severi quod est in primis: liber commite unum da missa: manuale unum: actuum apostolorum unum: dialoco unum: antefanarium unum alium antefanarium pictulum: umilie quadraginta: calice sancti dui de stagnum cum patine due: planeta una intrinita cum orario suo et corporale tres quarnide? sancti et userati torabula dua: panni de linu pinti de altare tres gingillo mantili unum de grucifissu facculo unum de seta: faciola de corona tria: sindone tres de altare curtina una: sindone alia de altare plumata: mappule sidecim maioris minoris: faciola tria: gruce tres due de ferrum et una de rame: coronelle due pitule de rame; mortarum unum de marmore riscum unum sconplitum butue una de ostiis viginti: tratuori una de ostiis duodecim: tratuoria una de ostiis quinque: tinancium unum de modia viginti: tinancia de modia duodecim: alia pictula da modia septe: recentarium unum pitulum de ramen sine fundum et sine manica: et promitto ego memorato sergio presbyteru totum omnibus memoratis ut super legitur salbum facere debeas et ec inbentaneum scriptum per manum iohannis curialis per memorata indictione. Hoc signum † manus memorato Sergio presbiterum quod ego pro eum subscripsi.

† Ego sergius filius domini iohannis monachi testi subscripsi.

† Ego theodorus filius domini ursi testi subscripsi.

† Ego leo curialis testi subscripsi.

† Ego iohannes curialis complevi et absolvi per memorata indictione ".

Longum esset voces omnes, quae in hoc documento incertae vel ignotae significationis sunt, heic accurate et singulatim explicare. Lectorem igitur, ne multis nunc morer, ad glossarium in fine operis remitto, ubi horum verborum et similium interpretationem sive saltem divinationem periclitari constitui.

Basilio et Constantino impp. a. 997.

d. Iohannis et Iohannes filius d. Cesari. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 911). R. N. A. M. t. III, p. 155.

296. (Christe fave). Die 12 m. ianuarii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 37, sed et Constantino m. i. an. 34. Sergius umile presbyter custos ecclesie S. Seberi iuris monasterii S. Sebastiani offert et tradit in memorata ecclesia unum liber commite suum..... missa seu et integras duas petias de terra una que nominatur asiaianum, posita in loco qui vocatur Agnanum que sibi obbenit da q. d. Stephano ven. presbytero magistro suo qui fuit custos dicte ecclesie per cartulam donationis suam et alia petia que nominatur nepetianum posita in loco qui vocatur Galloro que sibi obbenit per chartulam comparationis da quondam Stephano filio quondam Leoni, et a Gregorio genitori et filio; etiam memorate chartule inbentis apud eum remisit. In eo tenore est ipsum frugium in sua sit potestate omnibus diebus vite sue et post suum transitum siat de memorata ecclesia, una cum portione sua de fundo posito in eodem loco Nepetianum; pena vero in auri libra una byth. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus memorato Sergio; et oc memorati sunt quia liber comte est comptitum viventum tot cum annorum. Testes: Theodorus filius d. Ursi, Sergius filius d. Iohannis monachi, et Leo curialis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1094). R. N. A. M. t. III, p. 157. (997)

297. Die 18 m. ianuarii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 37, sed et Constantino frater eius m. i. an. 34. Stephanus filius q. Sabatini de loco qui nominatur Casale, territorio Liburiano, promittit d. Gregorio et d. Stephano uterinis germanis filiis q. d. Stephani propter integra una clusuria de terra, que nominatur fracta pictula, posita in memorato loco una cum arboribus *etc.* et coheret sibi ab uno latere terra d. Lupi et d. Anastasii, sicuti inter se sepis et fossatus exfinat, et ab alio latere terra eorundem fratrum quam datam abebant ad heredes Marini presbyteri ospitibus eorum, sicut sepis et fossatus exfinat, et de uno capite terra heredum d. Iohannis Fusculi et ab alio capite via publica; quam vero clusuriam dederant ei ad laborandum seu detinendum. In eo vero tenore ut in sua suorumque heredum sit potestate *etc.* tantummodo in omni anno in S. Maria de augusto mense dare et persolvere debeat responsaticum triticum modium quinque bonum siccum tractum paratum usque ante regiam domus dictorum fratrum at modium quale dant alii homines de memorato loco et cum ipso responsatico una focacia bona munda. Et nullatenus ipsi germani presument *etc.* illam tollere *etc.* nec ipse Stephanus, nec ipsius heredes illam venumdare aut infiduciare aut in pignus supponere aut cedere vet in ecclesia offerre presument per nullum modum et quando illam bene arbustatam et vitatam abrenuntiare voluerint licentiam abeant. Insuper si ipse Stephanus vel heredes eius in memorata clusuria ad habitandum intrare voluerint cum omni eorum substantia, licentiam abeant, et quomodo ibidem liberi introiverint sic exinde liberi exire debeant cum omni eorum substantia et paratum sibe subtus terra aut super terra; preter sepem de giro in giro ipsa clusuria exinde non bersent. Verumtamen stetit ut si probaricaberint dies octo de memorata festivitate et dictum responsaticum non at- (997)

Basilio et Constantino impp. a. 997.

duserint et ipsi germani venerint ad pignorandum eis et at caballis eorum manducare et bibere dare debeant: pena autem auri sol. 24 byth. Scriptum et actum per Petrum curialem. Signum manus memorato Stephano. Testes: Gregorius filius d. Petri, Gregorius filius d. Sergii et Aligernus filius d. Cesari. — R. N. A. M. t. III, p. 161.

(997) **298.** Die 23 m. martii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 37, sed et Constantino m. i. an. 34 Meroaldus filius q. Ursi habitator in loco, qui vocatur Billanoba, promittit d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui nunc *etc.* et at cunctas congregatione monachorum memorati monasterii propter integram unam petiam de terra que nominatur at illi calusci, posita in loco, una cum arvoribus *etc.* et coheret sibi de uno latere terra d. Marie h. f. qui Marenda clamatur, filia q. d. Iohannis et de alio latere terra heredum q. d. Aligerni Bulcani, de *uno capite* terra heredes d. Sergii, et de alio capite via publica, quas petias ipse igumenus dederat eidem in colligio at lavorandum. In eo tenore ut apto tempore ipse et heredes eius bene et diligenter lavorare cum vobes suis et conciaturias vel omnia expensa *etc.* et usquequo ibidem fecerit vinum mundum hornes sex super se illos tollere debeat, da inde in antea dividant inter eos ipsum vinum quomodo facit totus ipse loco cum portionariis suis, qui terram in parte tenuerint; de ipsa terra vero terraticum de que ibidem seminaverit ipse Meroaldus dare debeat tanta modia quantas memoratas petias fecerit *etc.* et ubi fuerint memorate petie bene arbustate et bitate, ut dicat duas personas seu tertias qua bene est arbustatas et bitatas de arvores et bites, tunc divident illas inter eos idest monasterium habeat partes duas et ipse Meroaldus vel heredes eius partem unam. Si vero ipse Meroaldus vel heredes eius aut ipsum monasterium alienare voluerint partem suam, illam parti altere dare debeant in pretio ut fuerit appretiatum a christianissimis viris, si inter partes emere noluerint, clafacta veritate, cui dare voluerint in eorum sit potestate; pena autem in auri sol. 30 byt. Scriptum per Iohannem curialem. Signum manus Meroaldo. Testes: Petrus filius d. Gregorii, Iohannes filius d. Petri et Stefanus filius d. Spar... (1). — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 803). R. N. A. M. t. III, p. 170. Pergam. cit. V. n. 190.

(997) **299.** Die 11 m. aprilis ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 37 sed et Constantino frates eius m. i. an. 34. Stephanus Calciolarius, naturalis filio q. d. Iohannis Cata d. Sergio Tribuno da Porta cum consensu Marie coniugis sue vendit et tradit d. Palumbo ven. presbytero filio q. Aderisci et custus ecclesie S. Angeli, qui nominatur at Mercicasa, pro vice sua et pro vice Bisantii nepoti sui filio q. Rotunda germana sua seu et Martini nepoti sui filio Angeli germani... habitatoribus ibi ipsum at S. Angelum, integrum fundum suum positum in loco, qui nominatur Maranum, sibi pertinentem per chartulam comparationis, quam sibi exinde fecerunt Cesario, cui supra nomen Caputo, filio q. d. Iohannis et Sergius, genitori et filio, abitatoribus in memorato loco Maranum, et ipse Cesario cum consensu Arniperga coniuge sua, et ipse Sergius cum voluptatem Fermose coniuge sua; coherentem sibi ab uno latere fundum heredum q. d. Andree Prode

(1) Membrana in fine aliquantulum decvitata et mutila non habet complementum sive absolutionem Curialis.

Basilio et Constantino impp. a. 997.

et abet ibi de longitudine passi 28 et ex alio latere fundum Severi de memorato loco Maranum sicut inter se clusa exfinat, et abet ibi de longitudine similiter passi 28 et de uno capite est fundum heredum q. d. Sergii de domino Basilio sicuti clusa exfinat et abet de latitudine passi 9 et ex alio capite via publici, per qua ibidem introitum habere debeat et abet de latitudine passi 9 mensurati *etc.* De quibus nihil *etc.* et neque *etc.* Insuper et ab omni homine *etc.* propter quod accepit auri tari 30; pena autem in auri sol. 24 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus memorati Stephani. Et hoc memorati sunt quod vendidit etiam portione de silbas seu et de piscinis ex ipso fundo pertinentibus. Testes: Sergius filius d. Stefani, Sergius scriptor et Iohannes filius d. Petri monachi. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 338). R. N. A. M. t. III, p. 165.

300. (Christe fave). Die 27 m. magii ind. X. Puteoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 37, sed et Constantino m. i. an. 34. Iohannes et Stephano uterini, germani filii q. Gregorii, qui nominatur Camplatorre, habitatores Castro Putheolano, vendunt et tradunt d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* et at cunctas congregatione monachorum dicti monasterii integra portione de orticello, qui antea casa fuit, posita intus memorato castro iuxta hortum monasterii, una cum aeribus et aspectibus suis et omnibus *etc.* coherentem sibi ab uno latere parte septentrionis ortum, quem monasterium abet per chartulam offertionis, et de alio latere parte meridiana est orticello monasterii S. Antonii, sicut inter se predis de casa pretineis exfinat, de uno capite parte orientis est orticello et tigurio monasterii et de alio capite parte occidentis vicus publicus. De qua nihil *etc.* propter quod acceperunt auri tari dui; pena in auri sol. 10 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorati germani. Testes: Iohannes presbyter et primicerio, Paulus subdiaconus et Cari presbyter. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 369). R. N. A. M. t. III, p. 172. (997)

301. In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno tricesimo septimo sed et Constantino frater eius magno imperatore anno tricesimo quarto die septima decima mensis iunii indictione decima Neapoli. Horta est itaque intentio inter nos Iohannem gratia dei episcopum sancte nolane ecclesie (1) et vos videlicet domino Iohanni venerabili iuniori abbati monasterii beate et gloriose dei genitricis semperque virginis marie domine nostre (2) . . . . . super Ercica (997)

(1) Iohannes iste in Nolanorum episcoporum serie, ubi per haec tempora ingens lacuna patet, adscribendus est.

(2) A. 962 et 976 memoratur *ecclesia S. Marie de illa spelea* et ecclesia *vocabulum Dei genitricis et virginis Marie, que sita est in spelunca in monte besubei, ubi nunc modo d. Sparano sacer et umilis abbas regimen tenet.* R. N. A. M. t. II, p. 103 et p. 244.

Ibi postea monasterium *Martinus venerabilis adque sanctissimus abbas a nobo fundamine usque ad tectum perduxit* (instr. a. 1020 *O. c.* t. IV, 140; a. 1005 t. IV, 27; a. 1048 t. VI, 250) uti etiam in hoc instrumento adnotatur. Ipsi Martino a. 979. Paldolfus *Langobardorum gentis princeps et marchio* " *munimina et res in loco* Domucella seu et omnes terras *etc.* et cum omnes censum vel dationes seu angarias vel servitium et portaticum vel pensiones et caballum sibe qualiscumque serbitium in partibus reipublice vel castaldale facere „ concessit. *O. c.* t. II, p. 275. Martino defuncto in monasterii regimine successit Iohannes, qui in instrum. a. 994 dicitur " gubernator et rector de monasterio sancte dei genitricis virginis Marie qui fundatum esse dinoscitur ad illam turrem super ercica ad ipsam speluncam in monte vesuveo „ (*O. c.* t. III, 138), et deinceps alter Iohannes, qui in hoc instrum. vocatur *junior.* Postea erat abbas Stephanus in a. 1003, 1004, 1020, 1048 (*O. c.* t. IV, 14, 27, 140,

at illa turre iuxta monte besubii atque monasterium domini et salvatoris (1) quam quondam dominus martino venerabilis abbas predecessor tuus construxit et edificavit propria . . . sua iuxta flubeum traguncellum (2) de intentione quam inter nos habuimus propter camporas ipsius sancti et venerabilis monasterii domini et salvatoris positas inter silvas qua nos. . . . . . fabritas earum omnibusque eis pertinentibus, pertinentes de fundoras ipsius sancti vestri monasterii domini et salvatoris qui vocatur domucella. . . . insimul pertinentes vobis et ipsius sancti vestri monasterii domini et salvatoris a partibus meritie et ha partibus horientis . . . . . . est in bela sicuti ex omni parte vias circumdant secundum capud quod vocatur prontianu: coheret de uno latere a parte horientis terra de illi curtisi sicuti termines exfinant: de alio latere parte hoccidentis terra unde ego intentione habeo cum ipso curtisi sicuti termines exfinant: de uno capite parte meridie via publica et de alio capite parte septentrionis terra unde ego intentione habeo cum ecclesia sancti benedicti sicuti termines exfinant: tertio capite . . . . . exfinat ecclesia nostra sancta maria coheret a parte septentrionis via et terra unde ego intentione habeo cum ipso curtisi sicuti termines exfinant et a parte . . . . . . quantum coheret memorata terra unde ego intentione habeo cum ipsi curtisi sicuti termines exfinant et in ipsa horientalem partem coherente terra . . . . nolana ecclesia vel aliquas per tinerent sicuti termines exfinant et in ipsam horientalem partem item coherente. . . . . . . nolane eeclesie sicuti termines exfinant . . . . ab hodierna die neque a nobis memorato iohannes gratia dei episcopo , neque a parte sancta nostra nolana ecclesia numquam nos supradicto domino iohanni venerabili iuniori abbati aut posteris vestris , aut predicto sancto vestro monasterio domini et salvatoris et ipsas camporas sicuti sunt coherentias et termines cingit cum arvoribus et introitas earum et cum omnia inter se habentibus omnibusque eis pertinentibus habeatis exinde quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis imperpetuum. Insuper omni tempore ego et posteris meis et supradicta sancta mea nolana ecclesia vobis vestrisque posteris et at supradicto sancto vestro monasterio domini et Salvatoris exinde omnes homines omnique personas qui vos aut posteris vestris aut supradicto sancto vestro monasterio domini et salvatoris per me aut per posteris meis aut per supradictam mea nolana ecclesia exinde quesierit desuper tollere debeamus absque omni vestra posterisque vestris ipsius sancti vestri monasterii domini et salvatoris . . . . quia ita inter nobis iudicatum: similiter nos aut posteris nostris aut supradicta sancta mea nolana ecclesia quovis tempore contra hanc chartulam securitatis qualiter continet ut supra legitur venire presumpserimus per quolibet modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque posteris ipsiusque sancti vestri monasterii domini et salvatoris auri libras sex bitianteas et hec chartula securitatis ut supra legitur sit firma scripta per manus Iohannis curialis per indictione memorata decima.

† Ego qui supra Iohannes gratia dei episcopus subscripsi. † Ego Iohannes archidiaconus. † Ego Iohannes diaconus. † Ego Iohannes presbyter et primicerius. † Ego Sergius presbyter. † Ego Ursus clericus. † Ego Iohannes filius domini Gregorii rogatus a supra-

t. VI, 250) et alius Iohannes a. 1051 *O. c.* t. V, p. 4. Posterioribus temporibus nulla alia monasterii, sed cellae sive ecclesiae S. Mariae *ad speluncam* vel ad *la spelunca* mentio habetur, ut videre est in dipl. principum Capuanorum a. 1079, 1087 et 1097 qui ipsam monasterio S. Laurentii de Aversa cum quibusdam aliis conterminis ecclesiis concedunt. (Cf. *O. c.* V, 87, 117 et 232).

(1) Monasterium hoc situm *in monte besubeo* vel *quod constructum est in locum, qui dicitur ballum, ultra fluvio dragonario* (instr. a. 1048, *O. c.* IV, 320) principes Capuani a. 1087 *etc.* (*O. c.* V, 117) monasterio S. Laurentii de Aversa concesserunt. Ibi cognominatur *de valle.*

(2) De quo supra p. 66 not. 3. Cf. etiam Regest. 1382-1383, n. 359, f. 384, v. ap. MINIERI, *Notiz. tratte da 62 Registri*, p. 81.

scripto episcopo testi subscripsi. † Ego Iohannes filius domini Iohanni rogatus a suprascripto episcopo testi subscripsi. † Ego Marinus filius domini Iohannis rogatus a suprascripto episcopo testi subscripsi. † Ego Iohannes Curialis complevi, et absolvi per indictionem supradictam decimam. — Pergam. dei monast. soppressi vol. V, n. 192. (1)

302. (Christe fave). Die 20 m. iulii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 37, sed et Constantino m. i. an. 34. Visus namque fuit Iohannes umile presbiterum et ecclesiasticum S. Neap. ecclesie seu primicerio et protolustrio (2) chartule S. Cipriani una cum cuncta memorata sancta et ven. congregatione sacerdotum chartule ecclesie S. Cipriani (3) facere chartulam pastenationis a q. Leone Carulicto, filio q. Boni et at Gregorio Carulicto, filio q. Iohannis de . . . . hoc est thio et nepotes et abitatoribus in Canbranum de integra una terra, que divisa abet memorata chartula S. Cipriani cum monasterio Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.*, ubi d. Filippus ven. igumenus esse videtur, et quia ipse igumenus quesivit ipsum Iohannem ut ipsa chartula . . . . eo quod ipsa terra que divisa abent per notitiam, et per ipsa chartula pastenationis fecit memorata terra propria de memorata chartula S. Cipriani, etiam ipsa chartula atput se causatam abebat; ideoque et ipse Iohannes per anc chartulam repromittit d. Filippo ven. igumeno quia nunquam ipse aut posteri eius abeant licentiam aliquando tempore istam chartulam pastenationis quam fecerat at memorati thios et nepotes aut alias qualibet chartulas ostendere aut mostrare ipsi igumeno et posteris eius, sed omni tempore ipsa chartula siat ruppta et bacuas, set si qualibet chartula inbentas dederit, quod exinde fecisset de memorata terra ipse et posteri eius tacitas et bacuas facere debeant; ipsa vero terra siat divisa inter ipsos quomodo continet ipse notitie, et est sors monasterii in parte meridiana da parte de arcabeulum; pena in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Et hoc memorati sunt quia ipsa sorte et chartula S. Cipriani est a parte de Neapoli, et sunt ambe sortite ad eguale mensura. Subscribunt: Iohannes umilis presbiter et primicerius et protolustrio, Leo, Iohannes et Petrus presbyteri. Testes: Iohannes filius d. Cesari, Petrus filius d. Petri et Gregorius filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 800). R. N. A. M. t. III, p. 174. Pergam. cit. vol. V, n. 193. (997)

303. (Christe fave). Die 1 m. novembrii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 38, sed et Constantino m. i. an. 35. Stephano umile presbiter surrentino, custus ecclesie S. Martini, abitator in loco qui vocatur Palma et nominatur Liciniana, promittit d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* et at cuntas (997)

(1) Membranam, qua maculis ex situ foedatam qua vetustate vel incuria corrosam, nescio quam ob causam, Regii Neap. Archivi Monumentorum editores omiserunt. Iam ego ipsius exemplum, sed plane mendosum, in *Chartario S. Laurentii* habebam, cum praeter spem in voluminibus Archivi Neapolitani archetypum inveni; unde heic documentum transcripsi. Chartarium ipsum a me adservatum sic inscribitur: *Diplomata summorum Pontificum, archipraesulum privilegia, impp. regum, principum etc. emptiones etc. et status universus ven. monasterii S. Laurentii de Aversa in volumine a suis originalibus transcripta.* A. D. MDCCXVI.

(2) Hanc vocem nusquam alibi in Neapolitanis monumentis offendi, neque de ea ullam in Du-Cangii Glossario vel in aliis huiusmodi libris notitiam repperi. Num *lustrio* a *lustrum* et *protolustrio* idem ac *quinqueprimus*, is scilicet qui principalis ex quinqueviris, aut per quinquennium res congregationis ageret?

(3) Haec ecclesia olim extabat in regione Furcillensi.

congregatione monachorum dicti monasterii, propter integras sex uncias de fundo qui nominatur at illi capuni, posito in memorato loco iuxta fundum heredum q. Auriosi de memorato loco una cum sex uncias de octo peties de terra ad memoratum fundum pertinentes et in memorato monasterio pertinet a partibus militie, insimul posita in memorato loco Palma una cum arvoribus *etc.* Prima petia nominatur at patrem, secunda at tribeum, tertia subvia at branniti, quarta supra via at branniti, quinta at scanplune, sexta at calcara, septima at Favanello, excepto inserteto quem monasterium in sua reservavit potestate, hoctaba supra monte de Maione, excepto etiam eiusdem inserteto. In eo tenore ut in sua sit potestate ipsum tenendi et dominandi *etc.* et omni anno in festivitate S. Marie de augusto mense dare debeat responsaticum auri tari dui boni intus porta memorati monasterii et ipsum monasterium non abeat licentiam *etc.* verum tamen si plus terre ibidem monasterium vincere potuerit illud dare debeat eidem Stefano at responsaticum per ratiocineas, si vero de memoratis sex unciis perdiderit tunc, clarafacta veritate, minus facere de memorato responsatico debeat per ratiocineas; pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Et oc memorati sunt ut si ipse Stephanus non atduxerit memoratos tari post dies octo de memorata festivitate, manducare et vivere dare debeat, quomodo iustum fuerit, quatuor personis monasterii et caballis eorum qui venerint ad pignorandum. Testes: Leo curialis, Iohannes Curialis et Sergius filius d. Iohannis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 272). R. N. A. M. t. III, p. 176.

(997) **304.** Die 15 m. nobembrii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 38, sed et Constantino frater eius m. i an. 35. Horta intentione inter Stephanum filium q. Iohannis cum consensu Sillicta coniugis sue, et Mira filiam q. Iohannis Ferrarii, cui supranomen Muca, coniux presenti Lupi viri sui, propter integram unam petiam de terra, que ponitur in campo de Miana, una cum omnibus *etc.* coherente sibi ab uno latere terra S. Neap. ecclesie, sicut inter se sepis et fossatus exfinat, et de alio latere terra monasterii S. Matricie, sicut inter se lebata exfinat, et de uno capite est caba publica et ex alio capite terra Leoni Ferrarii, cui supranomen Papalone, sicut continet chartula quam ipse Stephanus atpretensam abet da distributoribus anime q. Maria uterine germane eiusdem Mire. Unde pars ipsius Mire dicebat: ut ipse Stephanus non potuisset illam comparare pro legatione dispositum que fecit memoratus Iohannes Ferrarius et genitor eiusdem Mire: pars eiusdem Stephani replecabat dicens: vere quia ecce quadtuor anni explati ipsa terra comparatam abeo et sciente te illut comparabi, et non michi illos contrastis. Unde post multam altercationem iudicatum est inter eos ut si ipse Stephanus potuerit ostensionem facere quomodo sciente Mira ipsam petiam de terra comparaverit absque eiusdem contradictione, et insiurandum dare cum ipsis testibus, tunc ipsa Mira ponere debeat eidem Stephano securitate, sin autem ipsa Mira iuraret dicens quod quando ipsam terram vendidit illut non scivit, sed, modo ubi illud scivit, contradixit, et tunc ipse Stephanus reddere deberet ipsam terram ad apretiatum. Et quia non potuit taliter ipse Stephanus ostendere, modo portabit ibidem apretiatores et apretiaberunt illam solidos quadtuor, et ecce in pre-

senti ipse Stefanus recepit a parte Mire memoratum sacramentum una cum ipsis solidis quatuor de tari una quatuor per solidum et reddit Mire memoratam terram cum ipsa chartula comparationis sue, pena autem in auri sol. 24 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memorato Stephano. Testes : Iohannes filius d. Stefani, Petrus filius d. Gregorii, et Iohannes filius d. Petri. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 787). R. N. A. M. t. III, p. 178.

305. Die 22 m. nobembrii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 38, sed et Constantino frater eius m. i. an. 35. Hecce iam premissos quattuor annos visa namque fuit Gemma h. f. filia q. Iohannis Herarii, cui supernomen Hermulo, infiduciare, una cum consensu Marini Langubardi viri sui, Leoni Ferrario, cognato suo, filio q. Gregorii Ferrarii, cui supernomen Papalone, idest integram unam petiam de terra que est intus clusuriam positam in loco, qui nominatur Maranum et nominatur at centum, una cum portione sua de piscina, que est intra ipsam terram, in auri tari 40; ut memoratus Leo et heredes eius per quatuor annos memoratam petiam da terra teneret et dominaret et de suptus et super frugiaret, et ubi compleverint memorati quatuor anni, tunc renderet memoratos tari 40 et recolligeret ipsam terram ; et si ipsa Gemma illam vendere voluerit ipsi Leoni et heredibus eius illam vendere deberet in pretio ut fuerit appretiatum a christianissimis viris, sicut ipsa chartula infiduciationis continet. Modo vero venit memoratus Leo et quesivit ipsam Gemmam ut ipsos tari 40 sibi renderet aut ipsam terram sibi venundaret et ipse Leo refunderet supra ipsi tari 40 auri tari sidecim. De qua convenit inter ipsos et memorata Gemma una cum consensu viri sui per anc chartulam vendit et tradit memorato Leoni Ferrario memoratam petiam de terra cum omnibus *etc.* sibi pertinentem a q. Sergio Herario germano suo cum consensu Marie coniugis sue, seu et cum voluntate Gregorii et Petri Herariis nec non et Pitru et Theodonanda monacha et Maria germanis et germanas suis et memorata Maria cum voluntate Leonis viri sui per chartulam comparationis in membranas scriptam et ab ipso Sergio hovbenit in sortem da se ipsa Gemma, et da memoratis germanis suis, et a memorato genitori suo iterum hovbenit per aliam chartulam comparationis in membranas scriptam da q. Leone deboto monaco, filio Boniti comitis et da Iohanne, genitori et filio, pro bice illorum et pro bice Petri et Theodonande germanis filiis illorum, qui infra etate fuerunt, memorato Iohanne cum consensu Marie coniugis sue ; quas chartulas ipsa Gemma aput se abebat et chartulam infiduciationis causatam aput ipsam memoratus Leo remisit. Et coheret dicta petia de terra ab uno latere parte meridiana terra memorati Leonis, quam pro partibus langobardorum tenere videtur et abet ividem de longitudine passi 70 et de alio latere parte septentrionis est via comunalis, unde ipsum licerem suum ipsa Gemma dat et abet ividem de longitudine passi 59 et de uno capite parte occidentis terra que fuit portio Petri germani eiusdem Gemme, quam modo tenent heredes q. Malandri ex ipso loco, sicut egripus exfinat et abet ividem de latitudine passi 23, et de alio capite parte orientis terra, quam ipse Leo emerat da Aligerno Surdo, sicut inter se egripus seu sepis exfinat et

abet ividem similiter de latitudine passi 23 mensurati ad passum ferreum *etc.* Insuper dat et tradit portione sua ex ipsa piscina comune, que est in terra heredum d. Iohannis monachi una cum introitu suo per ipsam viam comune usque ad illum tragaricum per qua decurrit aqua ad ipsam piscinam et licentiam et potestatem abeat introire cum carrum usque at ipsum tragaricum et ab ipso tragarico introire cum carro non debeat intus ipsam terram heredum q. d. Iohannis, nisi illa aqua sibi portare debeat ad illum carrum et ha parte horientis et occidentis et septentrionis ad ore de ipsa piscina manere debeat ad aqua hauriendum. De qua nihil *etc.* propter quod accepit, supra auri tari 40, alios auri tari 16 quod fiunt insimul auri tari 56; pena autem in auri solidos 24 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorate Gemme. Testes: Leo Curialis, Sergius tabularius et Iohannes filius d. Petri. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 331). R. N. A. M. t. III, p. 180.

(998) **306.** Die 17 m. ianuarii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 38, sed et Constantino m. i. frater eius an. 35. Sergius in Dei nomine etminenentissimus consul et dux concedit d. Roccio ven. abbati monasterii Ss. Seberini et Sosii licentiam habere paraturiam ad piscandum cum duas lontras in medietate partibus militie in lacu Patriense *etc.* R. N. A. M. t. III, p. 159. (*V. infra* Diplom. ducum.)

(998) **307.** Die 30 m. ianuarii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 38, sed et Constantino frater eius m. i. an. 35. Domina Drosa abbatissa monasterii S. Marcellini promittit Martino filio q. Stephani Primiarii habitatori in loco qui nominatur S. propter duas petias de terra, quas detinet a dicto monasterio positas in loco Capitiniani iuxta terras d. Iohannis Pullaruli, monasterii S. Pauli maioris, d. Stephani de domino Rata, de illo Caprinella de illi Moncola, d. Leonis Caputi et de illi Faciemala; propterea promittit eum non amovere a dictis terris et ipse Martinus promittit dare medietatem vini et fructuum dicto monasterio et olivas. Actum per manus Petri Curialis et testes sunt Leo filius d. Sergii, et Petrus filius d. Iohannis. — *Notam. instrum. S. Marcellini*, p. 200.

(998) **308.** (Christe fave). Die 28 m. octobri ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 39, sed et Constantino m. i. an. 36. Sergius Calciolarius et Petrus subdiaconus, uterini germani filii q. Sergii Calciolarii vendunt et tradunt Petro et Marino seu Leoni Calciolario, uterinis germanis filiis q. Gregorii Calciolarii, cui sopranomen Petrulo, postmodum vero monachi, integram petiam de terra, que ponitur at Anianum supra Maranum et est intus clusuriam pertinentem ipsis per memoratum genitorem eorum; et coheret sibi de uno latere terra Sellicte coniugis memorati Petri Calciolarii et de alio latere via publica que venit de ipso loco Anianum, de uno capite via publica, sicut inter se sepis exfinat et ex alio capite terra de illi Baccarii seu et terra de illi de rectorium; sicut inter se egripus et sepis exfinat, seu vendunt et tradunt portionem de piscina comune, que appellatur at orianum una cum introitas suas et omnibus *etc.* De qua nihil *etc.* et a presenti *etc.* et neque *etc.* Insuper *etc.* propter quod acceperunt auri tari 20 et pena

in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorato Sergio et Petro. Testes: Iohannes filius d. Stefani, Petrus filius d. Basili et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 395). R. N. A. M. t. III, p. 189.

309. Die 29 m. martii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 39, sed et Constantino fratre eius m. i. an. 36. Iohannes in Dei nomine eminentissimus Consul et Dux concessit d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* licentiam quod possit dirigere ad navigandum ubi voluerit navilios suos et quod sint franchi ab omni onere et iure *etc.* (*V. infra* Diplom. D'ucum.) (999)

310. Die 15 m. iunii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 39, sed et Constantino frater eius m. i. an. 36. Merissi dibisionis facta a Pantaleone Ferrario, filio q. Petri et q. Marie, qui Marenda clamatur, iugalium, de domibus positis intus civitatem Neapolis in bico, qui nominatur de S. Georgium in diaconia et in regione furcillensi, quas dibidere visi sunt in tertiam partem inter eum et Gemma huterina germana sua et pro vice portione q....... germana sua, coniugis presentis Petri Ferrarii, cui a portione ipse Pantaleo comparatam abuit domum positam in memorato bico S. Georgii. De qua tetigit in memorata portione secunda ipsi Pantaleoni pro memoratis portionibus ĭntegra memorata domus posita in memorato bico cum integra curte ante se quantum at ipsam domum pertinet et cum introitu suo per porta communale de ipsa domu et de aliis consortibus suis et tetigit in portione primma dicte Gemme pro memorata tertia tres petie de memorata domu posita at forum, unde reliqua una portione, que est quarta, que fuit de memorata genitrice, tetigit quidem Gregòrium germanum eorum de una genitrice et de singulis genitoris sicuti inferius et superius signate exfinant. Hec vero portio secunda cum inferioribus et superioribus haheribus et aspectibus *etc.* Pena in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Leonem Curialem. Signum manus memorati germani. Testes: Marinus filius d. Stefani, Gregorius filius d. Stefani et Mastalus primarius. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1119). R. N. A. M. t. III, p. 191. (999)

311. Die 1 m. septembrii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 40, sed et Constantino frater eius m. i. an. 37. Gititio, filius q. Iohannis presbiteri de loco, qui vocatur Casolla, massa Balentianense, promittit d. Petro ven. abati monasterii S. Gregorii qui dicitur de Regionario et at cuncta congregatione monachorum suorum propter integrum fundum qui ponitur in loco, qui nominatur Ciranum, quod est iusta memoratum locum Casola iuris memorati monasterii una cum sex unciis de campu, qui vocatur de illum igumenum ex ipso fundo pertinentes una cum arvoribus *etc.* coherente sibi ab uno latere campura, qui vocatur domnicum qui est de illi Aurilii et ex alio latere via publica, de uno capite est alia sexuncias de memorato campo quem ipse tenere videtur, quem vero fundum ipse abbas ei dederat at responsaticum detinendum. In eo vero tenore *etc.* et per omni annuo superius et inferius recolligendi *etc.* tantummodo in S. Marie de augusto mense dare et atducere debeat idest responsaticum triticum modia 30 bonum manducaturum siccum et tractum intus ipsum monasterium et mensuratum ad modium ca- (999)

pientem quartas 10 at quarta iusta et pro memorato fundo tare unum bonum in aurum. Insuper nec ipse Gititio nec heredes eius possint memoratum fundum venumdare aut cedere *etc.* et quando illos abrenuntiare voluerint remelioratum, licentiam habeant de illo exire cum omni sua mobilias et substantias que abent et paraberint et cum casa et lignamen suas, preter sepis de giro in giro ipsum fundum et fructoras que inde non bersent; pena autem in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus Gititio. Testes: Iohannes filius d. Gregorii, Iohannes filius d. Iohannis et Marinus filius d. Ioannis. — R. N. A. M. t. III, p. 193.

(999) **312.** In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro Basilio magno imperatore anno quadragesimo sed et Constantino magno imperatore anno tricesimo septimo die vicesima septima mensis octobrii indictione tercia decima neapolis. Dum benit ad ovitum quondam Anna filia quondam Stephani de pipera de loco qui vocatur piscinula germana tua videlicet Iohannis disposuit nobis videlicet iohaquintho presbitero filio quondam Petri de terratcianum et Iohanni filio quondam petri casandrini avitatores vero in memorato loco piscinule ut ad eius ovitum venderemus nos integra terra memorata que vocatur at cerale posita vero in memorato loco piscinule una cum arvoribus et introitum suum et omnibus eius pertinentibus et cuiquam nos illa vendiderimus firmum et stavilem permanere in perpetuum et pulium (1) quod exinde tollere baleremus distribueremus illut pro sua anima sicuti et quomodo. Continet exemplarie gesta dispositionis eius qu. . . . . . authentica recondita est in archivo Cu. . . . (2) de qua conbenit inter nos. . . . . . memorato iohanni et hidcirco nos . . . . iam dicto iohanni oc est distributoribus. . . . . . ipsa nobis disposuit una cum voluntate . . . . fuit viro ipsius domine anne. A presenti die promtissima voluntate venumdedimus et tradidimus tibi . . . . integram terram qui fuit memorate anne germane tue . . . . . *cerale* posita vero in memorato loco piscinule una cum arvoribus *et* introitum suum et omnibus eis pertinentibus. Coheret. . . . . de uno latere et de uno capite terra tua memorati *iohanni* de alio latere terra leonis germani tui ex alio capite *terra* ursi thii tui de qua nihil nobis exinde aliquod *remansit* aut reserbavimus nec in aliena cuiusquam persona *quod absit* comisimus aut iam comitimus potestate . . . . . et deinceps a nobis tibi sit venumdatum et traditum. . . . . . . tua tuisque heredibus sit potestate queque exinde facere *volueritis* et neque a nobis memorato iohaquintho presbytero et iohanne distributoribus una cum voluntate memorato iohanne qui fuit. . . . memorate anne neque a nostris heredibus nullo tempore nunquam tu memorato iohanni aut heredibus tuis quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus pro eo quod in presenti accepimus a te exinde Idest auri tari decem qui nos presens presenti dedimus et distribuimus pro anima memorate *germane* tue sicut ipsa nobis disposuit sicuti et quomodo continet ipsa exemplaria gesta dispositionis eius que aput nos abemus in omnem decisione seu deliberatione. Quia ita nobis conplacuit si autem nos vel heredibus nostris quobis tempore contra hanc chartula ut super legitur benire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque

(1) Sic in membrana, sed scripturae mendum procul dubio emendandum est in *pretium*.

(2) Scil. *in archivo Curie*, ubi acta publica et *gesta*, quo vocabulo apud nostrates speciatim testamentum, ex *dictis et testificatione testium confectum* (*Cons. Neap.* XII, I.), significabatur, reposita et servata erant.

Basilio et Constantino impp. a. 1000-1001.

heredibus hauri solidos duodecim bytianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii scribere rogavi per indictione memorata tertia decima ✝ hoc signum memorati iohanni distributoris. signum ✝ memorati iohanni qui fuit vir memorate anne quod ego qui memoratus pro eis subscripsi et memorati tari confiteor percepisse. ✝ Ego iohannes filius domini iohannis testi subscripsi et nominati tari confiteor percepisse. ✝ Ego ursus filius domini iohannis testi subscripsi et suprascripti tari confiteor percepisse. ✝ Ego sergius filius domini Leoni testi subscripsi et suprascripti tari confiteor percepisse. ✝ Ego Sergius tabularius complevi et absolvi per indictione memorata tertia decima. — Ex membrana originali, a sinistra aliquantulum corrosa, olim in archivo monasterii S. Gregorii vel *S. Liguoro*, nunc in bibliotheca *Societatis historicae Neapolitanae* adservata.

313. (Christe fave). Die 21 m. octobris ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio (1000) m. i. an. 41, sed et Constantino m. i. fratre eius an. 38. Horta itaque intentione inter Maionem humilem subdiaconum et primicerium S. Neap. ecclesie et Iohannem subdiaconum item S. Neap. ecclesie dispensatores monasterii Ss. Cyrici et Iulicte atque d. Gemmam ven. abbatissam monasterii S. Archangeli qui nominatur a Baiane et cuncta congregatione monacharum ipius monasterii de questione, quam facere visi sunt, asserendo pars memorati Maionis ut ipsa abbatissa cum memorata congregatione et antecessores eius omni annue dare et persolvere solite fuerint eidem Maioni et antecessoribus suis responsaticum triticum modium unum et quartas 4; pars autem monasterii asserebat ut non esset beritas. Unde iudicatum est inter eas ut si baleret pars eiusdem monasterii Ss. Cyrici et Iulicte ostensionem facere quomodo dicta abbatissa antecessoraque eius ipsum responsaticum dederit infra 40 annos, iusiurandum iuraret cum ipsis testibus et ipsa abbatissa poneret exinde securitatem ut omni annue eidem Maioni posterisque eius illud daret; sin autem dicta abbatissa iuraret et diceret ut ipsa vel antecessoras eius per 40 annos dictum responsaticum non dederit et ipse Maio poneret exinde securitatem. Et quia hic minime valuit taliter illud ostendere, hecce in presenti recepit a parte monasterii memoratum sacramentum dicente ut superius et definivit exinde in omnibus; pena in auri sol. 20 byz. Scriptum et actum per Leonem Curialem. Maio subdiaconus et primicerius S. Neap. eccl. subscripsit. Iohannes subd. S. N. E. subs. Testes: Ursus filius d. Iohannis, Marinus filius d. Iohannis monachi et Petrus filius d. Iohannis. — Sabbatini *O. c.* t. VII, p. 37.

314. (Christe fave). Die 7 m. aprilis ind. XIIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. (1001) an. 41, sed et Constantino m. i. an. 38. Gregorius Primicerius filius q. Iohannis et Sergius, hoc est genitor et filio, promittunt d. Filippo ven. igumeneo monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* et at cuncta congregatione monachorum propter sex uncias de terra dicti monasterii una cum sex uncias de campo et cum sex uncias de alias petias de terra insimul posita in loco, qui nominatur Foris griptas, unde alias sex uncias detinet q. filio q. Petri cui supra nomen Agenolfum per chartulam promissionis, quas vero memoratas sex uncias ipse igumenus dederat memoratis Gregorio et Sergio in colligio at lavorandum et detinendum. In eo tenore ut super ibidem habitare et residere debeant et bene et diligenter lavorare *etc.* et abalciare potare et propaginare et ramare et sepa

Basilio et Constantino impp. a. 1001 - 1002.

propaginare et roncare *etc.* et quodcumque Deus dederit omni annue bictum et binum mundum et saccapannas dividere pro medietate et igumenus medietatem suam sibi trahere debeat quomodo potuerit; ipsi vero Gregorius et Sergius vendemiare debeant et metere ad omne eorum expendium excepto vinum at bivendum at ipsis operariis pro vindemia comuniter dent et trituriam comuniter pargiant et per vindemiam duas personas monasterii et per estatem unam nutrire debeant, quomodo iustum fuerit; et ipse fischines at ipsis operariis comuniter dent, quomodo fecerit totus ipse loco cum portionaris suis; pro fundo vero dent memorato monasterio per festivitatem S. Sebastiani hoc est tortini mundi boni 5, et una gallina bona, et fructum dividant per medietatem; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus Gregorio et Sergio. Testes: Iohannes Curialis, Petrus filius d. Gregorii et Iohannes Curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 838). R. N. A. M. t. IV, p. 1.

(1001) **315.** Die 15 m. decembrii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 42, sed et Constantino m. i. frater eius an. 39. Mira filia q. Iohannis Ferrarii, cui supra nomen Muca, cum consensu presentis Leonis posterioris viri sui vendit et tradit Leoni Ferrario, qui nominatur Papaleone, filio q. Gregorii Ferrarii integram unam petiam de terra, que ponitur in campo de Miana, pertinente sibi per firmissima chartula securitatis, quam ei exinde fecit Stefano filio q. Iohannis cum consensu Sillicte coniugis sue et a memorato Stephano hobenit per chartulam comparationis, quam at eum exinde fecerunt Gregorio Ferrario filio q. Iohannis et Iohanne Ferrario filio q. Petri, cui supra nomen Corbi, qui fuerunt distributores anime q. Marie uterine germane eiusdem Mire. Coherente sibi et integra memorata petia ab uno latere terra S. Neapolitane Ecclesie, sicut inter se sepis et fossatus exfinat, de alio latere terra monasterii S. Patricie, sicut inter se lebata exfinat, de uno capite caba publica et de alio capite terra eiusdem Leonis; De qua nihil *etc.* et a nunc *etc.* et neque *etc.* Insuper omni tempore *etc.* pro eo quod accepit auri tari 22, et pena in auri sol. 12 byth. Scriptum per manus Sergii discipulo d. Mastali Primarii (*deest vero complementum ipsius*). Testes: Stephanus filius d. Sergii,... filius d. Aligerni, et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 779). R. N. A. M. t. IV, p. 4.

(1002) **316.** (Christe fave). Die 24 m. februarii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 42, sed et Constantino m. i. an. 39. Petro ven. presbyter, qui nominator Paparo, promittit d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* et at cunctas congregationes monachorum eiusdem monasterii, et d. Gregorio filio q. d. Iohannis domini Asprando, et d. Gregorio filio q. d. Iohannis cognatis et dictus Gregorius de domino Asprando pro vice de omnibus suis filiis qui abet de q. d. Eupraxia h. f. que fuit conius sua, propter integras portiones eorum de ecclesia vocabulo S. Ianuarii sita inter duos vicoras, unum qui nominatur Iudeorum et alium qui nominatur Treafata qui et Carrario dicitur, regione Porta S. Ianuarii, unde dicto monasterio pertinet medietate et memoratis cognatis alia medietate, ubi Deo volente eum custodem posuerunt: In eo tenore ut omnibus diebus vite sue in sua sit potestate tenendi *etc.* et

omne officium sacerdotale die noctuque facere *etc.*, et quodcumque oblatum fuerit in dicta ecclesia si fuerit mobile *etc.* et quodcumque at conciandum habuerit, conciare debeat ad omne suum expendium. Tantummodo omni annue dare debeat per nativitate Domini oblatas paria quinque et per sanctum Pasche similiter et per iobidi sanctum pastillos 40. Denique post suum transitum memorate portiones cum que per imbentaneum ipse Petrus acceperat, iisdem dominis et heredibus eorum revertantur; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem . . . . alia manus. Petrus presbiter subscripsit . . . . . alia manus. Testes: Iohannes Curialis . . . . . nam testis. Petrus filius d. Basili . . . . iterum testis et Iohannes filius d. Petri . . . . . similiter testis. Exemplaria chartule ex ipsa autentica relevata, et a singulis relecta et subscripta per Sergium Primarium et Petrum Tabularium Curie civitatis Neapolis die 20 m. februarii ind. XIII. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 895). R. N. A. M. t. IV, p. 6.

317. (Christe fave). Die 13 m. aprilis ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. (1002) an. 42, sed et Constantino m. i. frater eius an. 39. Anastasius et Iohannes seu Gregorius, uterini germani filii q. d. Petri monachi cognomento Palamenestra, vendunt et tradunt d. Sergio ven. presbitero custodi ecclesie beatissimi Seberi Christi confessoris atque pontificis et per eum in imagine quam q. Leo filius q. d. Stephani pingere fecit ad honorem sanctorum Gregorii Pape romani et Agnelli Christi confessoris quas ipse posuit intus eadem ecclesia, idest integram unam petiam de fundo cum una petia de clusuria de terra iusta se parte meridiana que nominatur nepulianum in loco qui vocatur Galloro una cum arvoribus *etc.* coherente a memorata petia de fundo ab uno latere memorata petia de terra ex ipsa clusuria heredum q. d. Theodori Guarnuli, de alio latere est petia de fundo monasterii Ss. Seberini et Sossi ubi *etc.* et de illi Dentici Amalfitani, de uno capite petia de dicto fundo memorate ecclesie, de alio capite fundum d. Gaitelgrime et at ipsa petia de terra ex ipsa clusuria coheret de uno latere petia de memorata clusuria de terra eiusdem ecclesie S. Seberi, de alio latere petia de terra predicti heredes d. Theodori Guarnuli, de uno capite memorata petia ex ipsum fundum, quam superius vendunt, sicut sepis exfinat, de alio capite terra d. Petri Pantaleoni. De qua nihil *etc.* pro eo quod in presenti acceperunt auri tari 20 de illis vigintiquatuor tari quos q. memoratus Leo reliquit pro anima sua in memorata magine; pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Leonem Curialem. Signum manus memorati Iohannis et Gregorii. ANACTACIOYC COYB i. e. *Anastasius subscripsit.* Testes: Iohannes scriptor, Sergius filius d. Stefani et Iohannes Curialis et scriniarius. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 914). R. N. A. M. t. IV, p. 9.

318. Die m. februarii, ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. sed et (1003) Constantino frater eius m. i. an. 40. Sparanus humilis presbyter et primicerio congregationis charta sexta feria ecclesie S. Georgii Catholice maioris, quod est ecclesia Seberiana, una cum cunta congregatione sacerdotum memorate charte, quamque et cunta stauritas plevi memorate ecclesie vendit et tradit Iohanni filio q. Anastasii, cui nomen Baculi, abitator .terras iuris memorate congregationis charte sexta ferie duas clusurias in uno tenientia

una cum arboribus *etc.* et nominatur et ponitur at campu de Lucia et cum palmento frabito et omnibus eius pertinentibus et insimul coheret de uno latere bia publici, ubi est silice publici, de alio latere terra monasterii S. Sebastiani, de uno capite terra heredum q.

qui dicebatur Tabanellu, de alio capite trasenda que pergit at casalinas de memorato loco Tertium et ex omni parte eas sepis et fossatus circumdant. De qua nihil *etc.* etiam et quinque chartas exinde continentes in tumo scriptas eidem Iohanni remisit: prima hoffertionis, quam fecit Sergius miles filius q. ven. d. Ursi, una cum consensu Lucie coniugis sue et per absolutionem d. Athanasii sanctissimi episcopi S. Neap. ecclesie, et at memorate congregationis charte et at memorata stauritas; secunda charta que est merissi dibisionis; tertia charta cessionis, quam fecit Petrus tribunus filius q. Bulgaracini militis at nomine Sergii negotiatoris, quarta quam fecit Lupo presbitero filius q. vone memorie Sergii Carpentarii et dispositore ecclesie b. Pantaleonis at nomen d. Petro presbitero et d. Stefano archiprimicerio, quinta promissionis quam fecit d. Stephano archiprimicerius et d. Petro presbitero at nomen d. Sergio milite filio d. Ursi: et a presenti die *etc.* pro eo quod in presenti accepit auri tari 15 et pena in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus Petri filii Georgii et Leoni Scannagardillu, et Stephani Guatriala et Andrea qui nominatur Rigi, et Sergio Filailiari, et Sergio qui nominatur Grasso et Dominici et Petri Muti calciolarii et Andrea Isabru qui nominatur Pungentre, hoc est ipsius dictas stauritas . . . alia manu. Subscribunt: Sparanus presbyter et primicerius . . . . alia manu. Stefanus presbyter, *item alius* Stephanus presbyter, et Iohannes presbyter . . . alia manu. Testes: Sergius filius d. Leoni . . . nam testi, Petrus filius d. Marini . . . . . iterum testi, et Cesarius filius d. Leoni . . . . similiter testi. Exemplaria relevata ex ipsa authentica quam dedit d. Iohannes ven. abbas filius vone memorie d. Guaimarii principis salernitani et a singulis relecta per Petrum primarium et Stephanum tabularium Curie civ. Neapolis imp. Alexio m. i. an. 12, sed et Iohanne porfilogenito eius filio m. i. an. 1 die 18 m. aprilis ind. I (a. 1093). — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 549). R. N. A. M. t. IV, p. 11.

(1003) **319.** Die 15 m. magii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 43, sed et Constantino frater eius m. i. an. 40. Antiqua consuetudo huius civitatis (1) est ud qualecumque chartula aud dispositum vel testamentum annotaberint qualecumque Curialis aut notarius vel tabularius, sibe primarius, qui huius civitatis prefuerid, illa vel illud sternere et atimpleret ud pro hoccasionem neminem periret. Nunc autem benerunt michi Mastalo primario note testatem de chartula offertionis quem scripsit q. Iohannes Curialis, qui cognominabatur Billusi, set pro divina vocationem minime illud sternere concurrid: pro inde et ego memoratus Mastalus primarius secundum consuetudinem in anc pagina scribo et atfirmo illa ud de omnia et in omnibus que continet firma et stavilis permanead, quibus ipse note continet ita: ✝ Die 6 m. iunii ind. XI. Neapoli. Iohannes filius q. Karemmanni de Munianum, territorio Cymmitirense, offert et tradit d. Sergio ven. ygumeno mo-

(1) V. supra doc. n. 4, Cf. Chiarito, *O. c.* p. 30.

nasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et per eum in memorato sancto monasterio sanctamque congregationem monachorum pro anima sua integram portionem suam de olibeto posito in memorato loco et nomminatur ad auriolum et indivisa reiacet cum alia portione Basilii germani sui, que ambe portiones sunt sex uncie et alie sex uncie sunt memorati monasterii que iterum indivisas reiacent. Unde nihil *etc.* et neque *etc.* pena autem in auri sol. 20 byth. Quod chartula offertionis secundum consuetudinem manus suas proprias scripsit Mastalus primarius. Signum manus memorati Iohanni. ΙΩ ✝ d. Andreae. Sergius ✝ d. Aligerni et ΙΩ ✝ d. Andreae. Mastalus primarius Curie huius civitatis post subscriptionem memoratorum testium quos ipse manibus suis prenotavit heo quod defuncti sunt ut in ipse note huius chartule prenotati sunt. Ideoque secundum consuetudinem complevit et absolvit. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 274). R. N. A. M. t. IV, p. 16.

320. Die 3 m. iulii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 43, sed et Con- (1003) stantino frater eius m. i. an. 40. Iohannes subdiaconus S. Neap. ecclesie, filio q. Leonis promittit d. Filippo ven. ygumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* propter integra ecclesia vocabulo S. Seberi sita vero secus platea, que vocatur radia solis qui et gurgite dicitur iuris memorati monasterii, una cum abitationibus et omnibus rebus, ubi eum custodem posuit omnibus diebus vite sue. In eo tenore ut prenominatam ecclesiam tenere et dominare cum omnibus, que per inbentaneum sibi adsignaverat, et ibidem superabitare promittit et omne officium sacerdotale canere vel canere facere usque dum perductus fuerit ad honorem sacerdotalem, et omne quod necesse fuerit in ipsa ecclesia vel habitationibus eius conciare ad omne suum expendium. Insuper promittit omni annuo dare monasterio per nativitatem Domini oblatas parias tres et per resurrectionem Domini similiter, et per festivitatem S. Seberi parium unum. Post autem suum transitum ipsa ecclesia ad memoratum monasterium revertat cum omnibus *etc.*; pena in auri sol. 24 byth. Scriptum et actum per Mastalum primarium scriniarium. Iohannes subdiacono subscripsit. Testes: Gregorius et Sergius Curiales, et Iohannes filius d. Gregorii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 908). R. N. A. M. t. IV, p. 18.

321. Die 4 m. nobembrii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 44, sed (1003) et Constantino frater eius m. i. an. 41. Iohanne et Petro seu Stephano, genitore et filios, cognomento Bespuli, et abitatores at ribo at sanctum Cesarium, pro vice etiam Sergii filii et germani eorum, promittunt d. Filippo ven. ygumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integrum casalem ipsius positum in loco qui nominatur Casanicum cum omnibus *etc.* et cum pischina intus se, quod eisdem dederat in colligio at laborandum et detinendum. In eo tenore quatenus illut bene et diligenter *etc.* et albaciare et sepe eius per giro roncare et emarginare, et derramare, *etc.* caucumminas et vites ponere et seminare ad omne eorum expendio, et quodcumque ibi fecerint in quolibet semminatum et glandes per tempore recolligere et frugiare debeant; tantummodo, quandoque glandes abuerit memoratus casalis, tunc ipse ygumenus eligere debeat duos pedes quales sibi placuerit et exinde illas

colligere faciat et ipsi illas bactere debeant et quantum vinum mundum et saccapanna ibi fecerint ad palmentum dividere debeant per medietatem et ipsi bendemiare debeant ad eorum expendio ; scapulas vero ex eodem casali cultare per omni annue et insertitum seu castanietum facere et fructare debeant et de ipse inserte et castaneas seu sorbas et bespolos et balane , que ibi abet vel abuerit et si melas ibi abuerit , per omni tempore colligere debeant ad eorum expendio , et quandoque ad colligendum benerint illum nuntiare debeant et dividere per medietatem , et quando colligerint ipsa fructuras unam personam et tempore vindemmie duas personas, unum at campum et unum at palmentum, nutrire debeant, sicut iustum fuerit ; et nec ygumenus illum casalem tollere ipsi Iohanni et filiis vel heredibus suis omnia memorata adimplentibus vel foris eiicere, nec illi vel heredes eorum abrenuntiare licentiam abeant : actamen querquas , que non fuerint bone fructifere, abscindere monasterium licentiam abeat : pena in auri sol. 24 byth. Scriptum et actum per Mastalum primarium. Signum manus memorati genitore et filios. Testes : Gregorius et Sergius Curiales, et Iohannes filius d. Gregorii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 804). R. N. A. M. t. IV, p. 20.

(1005) **322**. Die 10 m. ianuarii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 45, sed et Constantino frater eius m. i. an. 42. Laurentio filio q. d. Bitaliani, et Stephano filio q. d. Iohannis, qui vocatur da Campana, postmodum vero monachi, hoc est cognati, vendunt et tradunt Leoni Ferrario et Maiorario, filio q. Gregorii Ferrarii, qui nominatur Papalone, integrum fundum positum in loco, qui vocatur Miana, coherente sibi ab uno latere fundum eiusdem Leonis et abet ibidem longitudine passi 14 et medium et de alio latere est carraria comune ipsius Leonis et de aliis consortibus ipsorum, unde ibidem introitum abere debeat et abet ibidem similiter passi 14 et medium, et ab alia parte est fundum Petri qui nominatur Gallerula, filio Pitrucci, sicuti inter se sepis exfinat et abet ibidem passi sidecim et da quarta parte est fundum de illi Toccatocca et abet ibidem similiter passi 14 et medium mensurati ad passum ferreum *etc.* De quibus nihil *etc.* Insuper et ab omni *etc.* propter quod acceperunt auri tari ; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus memorati Laurentii et Stephani. Testes : Iohannes scriptor, Iohannes Curialis et scriniarius et Leo Curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 965). R. N. A. M. t. IV, p. 25.

(1005) **323**. Die 16 m. martii (1) ind. III. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 45, sed et Constantino frater eius an. 42. Stephanus negotiator filius q. Iohanni qui nominatur Despa . . . cum voluntate Anne coniugis sue *convenit* cum d. Iohanne et d. Maria h. f. que Marenda clammatur uterinis germanis filiis d. Marini Rindinini postmodum vero monachi et Stephano et Marino Ferrario uterinis germanis filiis q. Petri Herarii, qui nominatur Rindinino , postmodum vero monachi et Maru filia q. Iubini et cuntis heredibus q. Sergii Faraoni et Stephano qui nominatur de Iubinum nec non et cuntis heredibus q. Leoni Cullelmi , qui nominatur . . . . cumque Marino Ferrario et Sparano uterinis germanis fi-

(1) In membrana ex latere sinistro aliquantulum corrosa prima tantum mensis littera, scilicet *m*, apparet.

Basilio et Constantino impp. a. 1005.

liis . . . . de Iubino et Iohanne filio q. d. Petri vicedomini et Iohanne filio q. . . . oc est parentes et consortes propter fenestre et regia quam ipse facere debebat in parietem proprium suum qui est iusta trasenda communi sua et ipsorum et de ceteris consortibus eorum, oc est a parte septentrionis da fine de pedem de gradis lapideis propriis ipsius Stephani parte occidentis et quomodo vadit in parte orientis iusta vico pubblici qui nominatur capuanum, regionis Furcillense; qui nullatenus presummet ipse aut heredes sui nec abeat licentiam aliquando tempore per ipse finestre et regia in ipsa trasenda communi qualibet spurcitia vel ante parata facere aut versare per nullum modum ; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memoratorum iugalium. Testes: Petrus primicerius, Theodorus filius d. Iohannis et Iohannes Curialis. — (*Notam. instrum. S. Gregorii* n. 344). Minieri *O. c.* n. 6.

324. Die 24 m. martii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 45, sed et (1005)
Constantino m. i. an. 42. Marinus comes castelli Nolani, filius q. d. Ursi monachi, cum consensu Drosu h. f. coniugis sue, offert et tradit d. Bono ven. abbati monasterii Ss. Seberini et Sossii ubi *etc.* et per eum in eodem S. monasterio integra terra , que vocatur at pulianum, posita in loco qui vocatur Calbetianum, una cum integro intersico suo in capite ex ipsa terra a parte horientis coniuncto, una cum arvoribus *etc.*; coherente insimul de uno latere parte septentrionis terra ecclesie S. Agathe de summa platea, et terra de illi Bintritelli seu et terra de illi ypati, de alio latere parte meridiana terra iuris memorati monasterii, de uno capite parte occidentis clusuria eiusdem Marini quam sibi reservavit, et de alio capite parte horientis terra Stefani Curistelli ex ipso loco. Intersicum vero da ipsa horientalis parte coheret terra heredum d. Aligerni Morfissa simul et alia terra eiusdem Marini, quam sibi reservavit. De qua nihil *etc.* pro eo quod scribere dignati sunt ipsum et coniugem suam in sacro dipticos eiusdem monasterii; pena autem in auri libra 1 byth. Scriptum et actum per Sergium Tabularium. Signum manus memorate Drosu. Marinus comes subscripsit. Testes: CΕΡΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ̄ ΑΛΙΓΕΡΝΙ i. e. *Sergius filius d. Aligerni*, Iohannes Curialis et Iohannes filius d. Marini. — (*Protoc. di S. Severino* f. 51, olim. arca 2 n. 12). R. N. A. M. t. IV, p. 29.

325. Die 29 m. augusti ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. a. 45 , sed (1005)
et Çonstantino fratre eius m. i. a. 42. Leo Casurio filius q. Theodori de Lemenosa et Maroccia, hoc est iugalium personarum vendiderunt Leoni Ferrario , qui nominatur Papulone amarosario (*sic*) filio q. Gregorii Papulone integram petiam terre positam in loco, qui nominatur Miana et nominatur Mascilianum, una cum arboribus, introitu et omnibus sibi pertinentibus et hos habet fines: ab uno latere parte meridiei terra ecclesie S. Marie ad Salitum , seu et terra Petri Ferrarii qui nominatur de Sassa et de uno capite parte occidentis terra dictorum venditorum, sicut inter se duo termini exfiniunt, qui ibi noviter positi fuerunt et ab alio capite parte orientis terra que fuit Petri Ferrarii de Sassa, et ex alio latere parte septentrionis terra supradicti Leonis Casurii. Et est signatum tali signo XI. — *Summ. instr. S. Sebast.* f. 63.

Basilio et Constantino impp. a. **1005-1006**.

(1005) **326**. Die 14 m. ind. III. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 45, sed et Constantino frater eius m. i. an. 42. Landolfus filius Iohannis Greci et Nicolaus vendunt et tradunt d. Petro et d. Drose, filiis q. d. Sergii cognomento Giczzulo, fundum terre positum in loco qui nominatur Salara, qui olim fuit Petri filii q. Sergii, cui supranomen Balabate et Anne seu Drose germanorum, et coheret dictum fundum cum terra Sparani Langubardi, quam tenent heredes Lunissi de Pantaleone, cum terra Iohannis Biseo, cum terra Boniti de Balneo, cum terre Marini Rindinino, cum terra staurite plebis ecclesie Salvatoris ad Linela et ecclesie S. Petri ad media, cum terra versus monte de illu Gambictella; pro pretio auri solidorum 16 de tari ana quatuor tari per solidum. Actum per Iohannem Curialem. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 197.

(1006) **327**. Die 19 m. novembrii ind. IV. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 46, sed et Constantino frater eius m. i. an. 43. Gregorius Cellararius filius q. d. Iohannis Primicerii Moralto et Marenda iugales pro se et pro heredibus Stefani, qui nominatur de Urso de Isula, thii eorum de loco S. Anastase foris flubeum, territorio plagiense, promittunt Sergio et .... germanis filiis Iohannis Sirrentini propter petiam terre positam in dicto loco, quam eis ad censum dederunt, propterea promittunt correspondere singulis annis modia tritici 12. Actum per Iohannem Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 150.

(1006) **328**. Die 23 m. aprilis ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 46, sed et Constantino fratre eius m. i. an. 43. Mira filia q. Aremperti, habitatrix in loco Pali, maxa Patriense, serva promisit d. Stephani servire ipsi domino Stephano omnibus diebus vitae suae. Et est signatum *etc.* — *Summ. instr. S. Sebast.* f. 41.

(1006) **329**. In nomine *etc.* Imperante d. n. Basilio m. i. an. 46, sed et Costantino m. i. fratre eius anno 43 die 16 m. iunii ind. IV. Neapoli. Certum est nos Bonum humilem abbatem Monasterii Ss. Severini et Sossii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora una cum cuncta congregatione monacorum supradicti sancti et venerabilis nostri monasterii a presenti die promptissima voluntate pro Dei amore et redemptionis animae nostrae liberos constituimus vos vid. Donato filio quondam Iohannis Trentadelmuni et Petro et Cesario uterinis germanis filiis quondam Ursi Trentadelmuni, hoc est exadelfis hominibus nostris, de loco qui vocatur Calbetianum, quas nobis et in supradicto sancto nostro monasterio offeruit quidem d. Marino inclito comite, filio quondam v. m. (*vone memorie*) d. Ursi, quatenus ab hanc die et semper *de* inclitis vestri personibus et de uxoribus vestris et de filiis filiabus nurus atque omnibus vestris heredibus liberis et absolutis permaneatis et qualiter vos agere et facere volueritis vel ubi ire et ambulare seu habitare volueritis intus (1) omnes liberos et liberas munda libertate vivere valeatis ubi volueritis, et de libero uxorare et maritare debeatis in omnibus, et nulla detinentia vel antiportatu? habeatis a nobis vel a posteris nostris nec a supradicto nostro sancto monasterio pro quolibet tenore, iugo servitutis aut per alium quemlibet modum et pro confirmanda hac nostra libertate concessimus et tradidimus seu largimus vobis, idest omnem vestram hereditatem seu substantiam, et omnem vestrum paratum et conquisitum, quicquid habetis vel habituri fueritis, intus et foris cum omnibus adiacentibus et pertinentibus eis de omnia et omnibus, undecum-

(1) Heic forsitan desunt verba : *et foris.*

que et quomodocumque vobis per quem aut per quantum fuerit per quovis modum ut in vestra vestrisque heredibus sint potestate faciendi omnia que volueritis et ubi hanc chartulam liberationis a nobis factam inventa dederit firma robustaque perenniter maneat ubique inventa dederit, aut relecta fuerit apud omnibus iudicibus seu potestatibus in perpetuum et neque a nobis iam dicto bono humili abbate una cum cuncta congregatione monachorum supradicti sancti venerabilis nostri monasterii neque a posteris nostris nec a supradicto sancto venerabili nostro monasterio nullo tempore nunquam vos supradicto Donato seu iamdicto Petro et Cesario, hoc est exadelphis germanis, aut uxoribus vestris vel omnes filias filiabus nurus atque omnibus vestris heredibus iam in omnibus liberis confirmati iure habeatis aliquando quamcumque requisitionem aut molestiam pro quolibet tenore iugo servitutis nec pro omnibus supradictis, quas vobis superius concessimus et largivimus ut superius legitur, per nullum modum, nec per submissam personam, nec per nulla humana studia in perpetuum; et quandocumque vobis vestrisque heredibus necesse fuerit ipsa chartula offertionis quam de vos nobis fecit supradicto d. Marino inclito comite, que apud nos habemus, sane nos et posteris nostris et supradicto sancto nostro monasterio vobis vestrisque heredibus illam ostendere et mostrare debeamus ad relegendum et finem faciendi ubique vobis necesse fuerit absque omnem amaricationem, tantum *modo* hoc firmamus, ut nullatenus presumetis vos nec uxoribus vestris nec filiis filiabus vestris et omnibus vestris heredibus aliquando tempore alicui vel ubique in servitio tenere vel servum aut ancillam uxorem et virum sociare pro quovis modo et si hoc facere presumseritis et inventum fuerit per quovis modum, tunc licentiam et potestatem habeamus nos et posteris nostris et supradicto sancto nostro monasterio illas vel illa, qui hoc egerit, apprehendere sicuti proprias nostras famulas et statim eas libere facere debeamus in eodem ordine et oratione ut superius legitur: verumtamen firmamus ut vos et uxoribus vestris sempiternum nobis posterisque nostris et in supradicto sancto monasterio abaudire (*sic*) debeatis, salva vestra libertate, et pro defensaticum vos et vestris heredibus omni annuo nobis posterisque nostris et in suprascripto sancto et ven. nostro monasterio dare debeatis per estatem idest triticum bonum siccum modias quatuor tractum et mensuratum usque intus supradicto nostro monasterio gratis ad modium iustum; insuper et omni annuo per festivitate sancti Severini vos et vestris heredibus nobis posterisque nostris et in supradicto nostro monasterio dare et adducere debeatis bonas mundas viginti absque omni amaricatione et nullum alium servitium vel angarias aut censum vel qualibet plus datione vobis vel ad vestris heredibus queramus aut imperamus per nullum modum, preter quantum superius firmavimus per ipsum defensaticum, si autem nos aut posteris nostris vel supradicto sancto nostro monasterio vel alia quavis persona parva aut magna quovis tempore contra hanc chartulam firmissimae liberationis ut superius legitur venire presumserimus et in quovis capitulo vel vacua facere presumserit per se aut per submissam personam, tunc ille qui hoc ausus fuerit perpetrare sub anatematis vinculis sit alligatus a trecentorum et octo patribus partemque possideat cum Anna et Caifa et cum Iuda traditore Domini nostri Iesu Christi et cum omnibus reprobis, quibus dicturus est Dominus: ite maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo et Angelis eius; insuper componat vobis vestrisque heredibus auri libras tres bizantinas, et hec chartula qualiter continet firma permaneat in perpetuum, quam chartulam liberationis, ut superius legitur, a nobis facta Iohanne Curiali et scriniario scribere rogavimus per indictione quarta . . . alia manu. † Bonus humilis Abbas subscripsi. Fr. Io. presbiter et monachus subscripsi. Fr. Stephanus presbiter et monachus subscripsi.

Io. subdiaconus et monachus subscripsi. Ego Anastasio.... (*Cetera desunt vel in exemplo omittuntur*). — *Protoc. del monast. di S. Sever.* f. 52.

(1006) **330**. Die 5 m. decembris ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. a. 46 (47), sed et Constantino fratre suo m. i. a. 44. Salpertus filius q. Leonis, habitator in loco qui vocatur Casal maggiore, maxa mezana?, pro vice sua et pro vice Maralidi germani sui conduxit ad responsaticum seu redditum d. Scaliano filio q. d. Neapoliani Inferno propter inclitum unum funditiolum ipsius Scaliani parvulum, positum vero in suprascripto loco una cum integra petiola terre ipsius Scaliani de terra que nominatur cesula que afraino? dicitur, sita vero in eodem loco Casalis una cum arboribus et fructibus suis, et cum integro introitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus; coheret sibi suprascripto fundiciolo ab uno latere terra hominum de ipso loco, qui sunt de uno Aligiero Fusculo sicuti inter *se* sepis exfinat, et de alio latere via que pergit in ipso vico, et de uno capite est carraria communis, et ab alio capite fundus d. Gregorii germani? dicti Scaliani, et suprascripta petiola habet fines ab uno latere terra ipsorum hominum d. Aligerii Fusculi et de alio latere et de uno capite est terra supradicti d. Gregorii germani sui, et ex alio capite est ipsa carraria communis. Et promisit dictus Salpertus pro se et dicto fratre suo eorumque heredum dare et respondere seu solvere prefato Scaliano, et suis heredibus omni anno de tritico modia tres bono sicco stasonato parato et mensurato ad modium iustum de loco et insuper omni anno in nativitate Domini dare promisit unum par de pullis aut unam coxam porcinam qualem habere poterit sine aliqua ammaricatione, cum conditione, quod si non portaverint dictum triticum, vel dictam salutem, scilicet par unum de pullis, vel unam coxam porcinam in terminis et ipse Scalianus vel sui haeredes accederent ad dictum locum pro dicto responsatico et salute, teneantur ipsi Salpertus et frater, et eorum heredes dare illis commestionem et bibere et equis eorum comedere et bibere, prout fuerit iustum, et est signatum tali signo F. — *Summ. instr. S. Sebast.* f. 20.

(1006) **331**. Die 21 m. decembri ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 47, sed et Constantino frater eius m. i. an. 44. Petrus, cui supranomen Dedoni, filius q. Leonis de loco qui nominatur Munianum, promittit d. Stefano, cui supranomen Inferno, filio q. d. Stephani Inferni, propter integras sex uncias, quod est medietatem, de integro fundo qui nominatur at cepollari una cum sex unciis de integra clusuria de terra ibi ipsum et cum integris corrigiis de terra, una ante alia constitutas et cum alio fundo posito in memorato loco intus illa curti, seu et cum alia petia de terras que vocatur at cesa, nec non et integra petia de terra que nominatur at illa silba insimul una cum arboribus seum et cum integra portione de piscina comune quantum at hoc pertinet, pertinente sibi per parentornm suorum. Et coheret sibi memorata medietas fundi at cepollari ab uno latere fundum heredum d. Iohannis Brancatortio et ab alio latere reliqua alia sex uncias que sunt de d. Gregorio germano eiusdem Stephani, et de uno capite via publica et ab alio capite est ipsa sex uncias de clusuria ipsius Stephani, et at memoratas sex uncias ex ipsa clusuria coheret sibi ab uno latere terra memorati heredes Brancatortii, et ab alio latere est ipsa

Basilio et Constantino impp. a. 1007.

sex uncias ex ipsa clusuria que sunt de germano ipsius Stephani, et ab alio capite sunt sexuncie quas ipse Stephanus eidem Petro dedit; et at ipsa corrigia coheret sibi ab uno latere terra dictorum heredum memorati Brancatortii, ab alio latere terra ecclesie S. Marie que dicitur de illu at talaricum et de uno capite terra iam dictorum heredum; et at memoratum fundum, qui est intus curtem coheret sibi ab uno latere fundum d. Atenolfi et d. Iohannis Cacapice et de alio latere fundora de ominibus de memorato loco, ubi ipse Petrus sortem abere bidetur, et de uno capite fundum de memorati Brancatortii et de alio capite fundum dicti Gregorii, que de eum ipse Petrus tenere bidetur: et at ipsa petia que dicitur at cesa coheret sibi ad ambe partibus terra Tuctotrolini de memorato loco Munianum et de tertia parte terra Gregorii presbiteri de ipso loco et da quarta parte sunt corrigie de terra ecclesie S. Petri at Lictorium, et petia at illa Silba coheret ab uno latere terra iam dicti Brancatortii et de alia parte via publica et da tertia parte terra eiusdem Stephani et germani sui. Quas memoratas terras ipse Stephanus eidem Petro dederat at laborandum seu detinendum. In eo tenore *etc.* Tantummodo per omni anno per festibitatem S. Marie de agusto mense terraticum dare et atucere debeat, de quo ibidem seminaverit in simplice, bonum siccum tractum *etc.* mensuratum at modium quale dant alii portionarii ipsius d. Stephani, et similiter pulli parium unum et vinum mundum et saccapanna dividere per medietatem, et sortem eiusdem Stephani serbare in organias suas usque in dies tres. Insuper per vendemiam nutrire debeat duos homines cum uno caballo, unum at campum et alium at palmentum, sicut iustum fuerit, vinum vero at bibendum at ipsis operariis de comuni ponere. Insuper promittit fundos et terras nec venumdare nec infiduciare *etc.* Et quando illos abrenuntiare voluerit remelioratum licentiam abeat. Insuper stetit ut si ipse Stephanus quovis tempore in memoratis terris bufulcum suum ponere voluerit licentiam abeat eidem Petro illos tollere po at bendemmia recollicta et pena statuta in sol. 20 byth. Scriptum per Stephanum scriniarium discipulo d. Petri primarii. Signum manus Petri. Et oc memorati sunt quia de fundo qui est intus curti ipse Petrus per omni anno dare debeat triticum modium unum et medium et memoratum parium de memorati pulli et de alio fundo et aliis terris memoratum terraticum et quandocumque ipsas terras supra se ipse Stephanus lavorare voluerit clarafacta veritate licentiam habeat dicto Petro illas tollere. Testes: Leo Curialis, Sergius filius d. Iohannis et Iohannes Curialis. (*Deest vero absolutio Primarii*). — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 19). R. N. A. M. t. IV, p. 31.

332. Die 1 m. magii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 47, sed et (1007) Constantino frater eius m. i. an. 44. Petrus filius q. Leoni, qui nominatur Betrano cum voluntate Marie coniugis sue, commanentes autem in loco qui nominatur Pumilianum foris arcora dudum aqueductus, vendit et tradit Stephano filio q. Ursi, qui nominatur Saracino et Marie iugalibus de memorato loco integram unam petiam de terra qui nominatur at illu biniale posita in memorato loco, una cum arboribus *etc.* quod sunt per passi modia duo et medium at passum ferreum *etc.* et coheret sibi ab uno latere terra

Guiselgari de memorato loco et de alio latere terra monasterii Ss. Theodori et Sebastiani et de uno capite terra Ursi thii sui, et de alio capite terra Gueri de memorato loco. Unde nihil *etc.* propter quod accepit auri tari sidecim; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Leonem Curialem. Testes: Iohannes Curialis, Stephanus Scriniarius et Gregorius filius d. Petri. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 396). R. N. A. M. t. IV, p. 34.

(1008) 333. Die 4 m. ianuarii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 48, sed et Constantino frater eis m. i. an. 45. Iohannes, qui nominatur de Maroccia, filius q. Grimoaldi, qui fuit de Capua et abitavit in loco Puli, et modo abitare videtur intus cabstro Cummano, cum consensu Fasane coniugis sue vendit et tradit Alvirico qui nominatur de domino Sergio de domino Megalum et Maroccie socere sue iugalibus integram portionem suam, que sibi obbenit da memorata Maroccia et da q. Iohanne qui nominatur Ildiperti socero suo, anteriori viro eiusdem Maroccie, quod est de quarta parte una, de integra una petia de terra, que nominatur cera palumba, posita in eodem loco Puli una cum arvoribus *etc.* et indivisa reiacet cum reliques alies et similes tres partes que sunt memorate Maroccie et de q. Stephano et Vona germanis filiis eiusdem Maroccie, que abet de memorato Iohanne Ildiperti, eidem insimul pertinentem per chartulam comparationis scripta langobardisca, quam ipse Iohannes venditor atpreensit cum cognato suo da Malo filio q. Lupi abitante de Capua una cum licerem et absolutione d. Laidolfi principis (1) quam chartulam ipsi iugales abent et coheret sibi dicta petia de terra de uno latere terra Gemmusi de memorato loco Puli, et de alio latere terra Sillicti vel Mari de memorato loco, de uno capite via publica, et de alio capite terra heredum memorati d. Sergii de domino Megalum, quam modo detinet ecclesia S. Archangeli iuris dictorum heredum. De qua nihil *etc.* propter quod exinde accepit auri tari 8; pena autem in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium Curialem. Signum manus memorati Iohannis. Testes: Theodorus filius d. Cesarii, Petrus filius d. Gregorii et Iohannes Curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1058). R. N. A. M. t. IV, p. 36.

(1009) 334. Die 17 m. martii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 49, sed et Constantino m. i. frater eius an. 46. Maria olim abbatissa monasterii Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi adque Pantaleoni puellarum Dei, nec non Anastasius et Iohannes uterini germani filii q. d. Petri Palamimestra, seu Maria h. f. filia q. d. Gregorii Palaminestra relicta q. d. Sergii Caretusi, hoc est thios et nepote, promittit d. Marum ven. abbatissa monasterii et cenobii beatissimi Gregorii et Sebastiani puellarum Dei et ad cuncta congregatione monacharum memorati sancti et ven. monasterii et cenobii propter iam dictum integrum monasterium vocabulo Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi atque Pantaleoni ancillarum Dei una cum ecclesiis seu cellis et habitationibus quamque domibus et casalibus, hortuas terris cultis et incultis montis, collis, ribis, scapulis, seu pascuis, oli-

(1) Laydolfus iste filius Pandulfi a Capuanis, post occisionem Pandenolfi fratris, ex Comite Theanensi princeps Capuae factus est. Principatum tenuit an. 7. Deinceps an. 1000 ab Othone imp. pulsus et in exsilium actus fuit. Cf. *Chron. Cav. Com. Cap.* in Scriptor. rer. Langob. et Ital. op. *Monum. Germ. Hist.* p. 500-501.

betis, castanietis, cerquetis seu padulis cum aquis suis, et cum sex unciis de fusarium simul et omnibus hospitibus et commenditis, fundatis et exfundatis, et fundoras viborum et mortuorum fundata et exfundata, insimul cum cespitibus et consuetudinibus et regulis vel omnibus adiacentibus et pertinentibus eis seu et omnibus serbis et ancillis quamque et omnibus mobilibus rebus mobilium et immobilium seseque moventibus omnibusque ad dictum monasterium generaliter et in integro pertinentibus seu et cum duas partes memorati Anastasii et Iohanni germanis de integrum hortum predicti monasterii positum foris illa gurgite de foris porta Furcilla, qui est iuxta via publica que pergit ad illa fuga quas lavorad ille Cannabaro (1). Insuper duas preceptoras quas de memorato monasterio et omnibus memoratis ex eo pertinentes appreensas habuerant a publica potestate aput ipsam abbatissam impresenti remiserunt. Propter quod in presentia acceperunt a pred. monasterio Ss. Gregorii et Sebastiani auri solidos 140 de tari ana quatuor tari per solidum. Promittunt etiam quod si quabis personas ipsum monasterium exinde quesierit per memorato d. Gregorio genitori memorate Marie vel per suos heredes, tunc ipsa et heredes sui idem monasterium desuper tollere debeant, excepto illa tertia memorate Marie de memoratum hortum, qui est foris ipsa gurgite de foris porta Furcilla secus ipsa via publica que pergit ad illa fuga, quam ipsa in veneficio (2) detinebat a publica potestate; pena in auri lib. 6 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus Marie olim abbatisse et Iohannis et Marie h. f. ANACTACIOYC COYB i. e. *Anastasius subscripsit.* Testes: Sergius tabularius, Iohannes filius d. Sergii et Iohanne Curialis et scriniarius. — (*Notam. instrum. S. Gregorii*, n. 345). MINIERI, *O. c.* n. 7.

335. Die 2 m. decembrii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 50, (1009) sed et Constantino frater eius m. i. an. 47. Sergius in Dei nomine eminentissimus Consul et Dux concedit et tradit Marie abbatisse filie Stefani parenti sui integrum monasterium et cenobium vocabulo beatissimi Gregorii et Sebastiani atque Domni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni puellarum Dei *etc.* (*V. infra in* Diplom. Duc.)

336. Die 5 m. februarii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 50, sed (1009) et Constantino m. i. an. 47. Anna abbatissa monasterii Ss. Marcellini et Petri promittit Iohanni qui nominatur Buccalati filio q. Simeonis de Casale propter integrum casale ipsius monasterii, qui nominatur et ponitur in loco qui nominatur Casalicellum, quod est in plagia S. Laurentii, una cum terris, gryptis et palmento, quos dictum monasterium dedit ad detinendum dicto Iohanni; propterea promittit ipsum non amovere a dicta terra, et ipse promittit colere et meliorare terram predictam, et donare dicto monasterio me-

(1) Alibi portam dictam *de Cannabarii* invenio. Habetur enim instrum. factum in tempore d. imp. Basilii *etc.* die 8 m. decemb. ind. quinta Neapoli " continens quomodo Leone qui nominatur Maliabacta vendidit *etc.* d. Petro ven. abbati dicti monasterii S. Severini integras sex uncias de duas partes *suas* posita vero foris illa porta que nominatur de Cannabarii, una vero *etc.* et alia *sibi* obvenit de q. Theodoro genitore suo. Et est coniuncta a una parte septentrionis cum ecclesia S. Archangeli Michaelis que nominatur et ponitur sub muro impublico (sic) *etc. Invent. delle pergam. di S. Sever.* n. CCCCLXXIII vel 1909 „. — *Carte dei monast. soppressi* n. 1788 nell'Archivio di Stato.

(2) Notanda est heic prima, nî fallor, in ducatu Neapolitano *beneficii*, quod postea idem ac feudum, mentio.

dietatem vini et fructuum anno quolibet, et si dictus Iohannes in vinaccia vini greci aquam ponere voluerit pro saccapanna faciendo licentiam concedit ei et promittit etiam dare lumbulum porcinum unum et ova 20, et pullorum parium unum. Actum per manus Theodori Curialis et testes sunt Gregorius filius d. Petri, et Sergius filius d. Iohannis. — *Notam. instrum. S. Marcellini*, p. 201.

(1010) **337**. Die 7 m. iunii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 50, sed et Constantino frater eius m. i. an. 47. Stephanus filius q. d. Iohannis et Gregorius filius q. d. Theodori cognomento Passibula exadelfi germani costituunt et tradunt d. Antonio ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii ubi eorum *etc.* integras duas petias de terra posita a S. Anastasa, quod est foris fluvium, una cum arboribus *etc.* pertinente eisdem pro parte parentorum eorum et coerente sibi ab uno latere terra...... exadelfa germana eorum coniux Theodori qui dicitur Mischino, sicuti terminis exfinat et habet ibidem de longitudine passi 38 et ab alio latere terra d. Stephani Mansi et de consortibus suis et habet ibidem passi 36 et de uno capite terra monasterii...... sicuti inter se terminis exfinat et habet ibidem de latitudine passi 33 et de alio capite terra heredum de illum a longo et terra ecclesie S. Mennae sicuti inter se via companiaria exfinat et habet ibidem passi 38. Et ipsa alia petia quod est... *coheret* ab uno latere cum terra de illum mamulum et ab alio latere et de uno capite cum terra supradicti d. Stephani Mansi et de suis consortibus et ab alio capite, ubi est ipse pititium, coheret ipsa via companiaria. De qua nihil *etc.* sed a presenti die et deinceps *etc.* (*Cetera in exemplo desunt*). — *Protocollo del monast. S. Severino*, f. 54.

(1011) **338**. Die 23 m. februarii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 51, sed et Constantino frater eius m. i. an 48. Marinus filius q. Iohannis Syrrentini, qui fuit abitator de Syrrento et modo abitare videtur in loco, qui nominatur Pumilianum foris arcora dudum aqueductus, eo quod d. Filippus ven. ygumenus monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* cuius ipse Marinus homo esse videtur, sibi chartulam fecerat una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii, quam apud se habebat, de integra una petia de terra que nominatur ad sinianum posita in memorato loco una cum arboribus *etc.* et coheret sivi ab uno latere terra heredum d. Iohannis qui nominatur Auri mundo et de alio latere terra heredum d. Sergii de domina Bricta et in aliquantum Leoni qui nominatur Ocluroscilu et de uno capite via pubblicium et de alio capite terra Iohanni et Petri qui nominatur de Iennari de memorato loco, ut in sua suorumque heredum esset potestate illam laborandi et cultandi *etc.* et promittit per omni annuo dare octo dies ante festivitatem S. Sebastiani in auro tare unum bonum et nec monasterium illam sibi tollere nec ipse vel heredes eius vendere aut scriare (1) aut alienare possit; set per anc chartulam stetit ut si de se vel de propriis heredibus suis non remanserit proprium heredem ipsa integra petia de terra cum omni sua remelioratione rebertat ad dictum monasterium et a tunc nomen eiusdem Marini et de Maria coniux sua scrivere ipse ygu-

(1) Vox neapolitanae dialectus, quae consumi, vel evanescere significat.

Basilio et Constantino impp. a. 1011.

menus faciat in sacros dipticos monasterii. Insuper promittit ut si ipse aut heredes eius aliquod de ipsa terra scriaberint vel dederint, a tunc monasterium ipsum licentiam habeat illam atpreendere ut propria causa; et si prevaricaberint octo dies ante memoratam festivitatem et non dederint memoratum tare unum in auro bonum de quale moneta bona tunc andaberit per istam civitatem, potestatem habeat memoratum monasterium illos pignorare ubi voluerit et scaballicare in casis eiusdem et ipsi dare debeant personis quas illuc direxerit et caballis eorum manducare et bibere, sicut iustum fuerit; pena in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per manus Mastali ductoris primarii. Signum manus Marini. Testes: Sergius, Iohannes et Sergius alius Curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 495). R. N. A. M. t. IV, p. 46.

339. Die 4 m. aprilis ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 51, sed (1011) et Constantino m. i. frater eius an. 48. Petrus clericus filius q. Cesarii de Matrona pro vice sua et pro vice Cesarii nepoti sui filii q. Iohannis germani sui de supradicto genitore et de singulas genitrices cum consensu Aromata genitrice sua simul cum consensu Marini qui nominatur Capucane filii q. Stephani distributoribus anime supradicti q. Cesarii genitori et viri eorum, habitatoribus una insimul in loco qui nominatur Mairanum, vendunt et tradunt d. Theodoro filio q. d. Ursi Raviniani et d. Marie h. f. filie q. d. Petri Quizzianima, hoc est iugalibus, idest sex uncias de viridarium positum in suprascripto loco Mairanum, coherente sibi ab uno latere parte horientis viridarium heredum d. Basilii derectorium et aquarium commune de pischina commune ipsorum iugalium et de consortibus eorum, de uno capite parte septentrionis est viridarium supradicti heredes d. Basilii, de alio capite parte meridiana est supradictum aquarium commune, de alio vero latere parte occidentis fundum heredum d. Mastali Pappamonastis et de Sparano et Anastasio germanis qui nominatur Pappasalvanum et de Leoni qui nominatur Alafero sicuti inter se egripus et sepis est finis et ipsis qui pertinuit eidem per viro et genitore suo una cum arboribus *etc.* a q. d. Iohanne filio q. d. Leoni monachi per chartulam commutationis que fecerat q. Iohanne filio q. Marini et Matrone iugalibus aviis eorum quam apud se habent pro alium que continet. De qua nihil *etc.* ita ut a nunc *etc.* et neque *etc.* Insuper omni tempore *etc.* pro eo quod accepit exinde auri tari quatuor quos presens presenti dedit pro anima de q. suprascripto viro et genitore eorum; pena in auri sol. 12 byz. Scriptum per Leonem Curialem. Signum manus supradicti Petri clerici. Et hoc memorati sunt ut quando necessitas fuerit ipse Petrus supradictam chartulam, quam apud se abet, ostendere et demonstrare debeat. Testes: Marinus filius d. Aligerni, Iohannes filius d. Miranti et Sergius filius d. Iohannis. (*Deest absolutio Curialis*). — (Ex arc. Cav. arca V, n. 67 bis, olim 27, n. 9). Cf. *Cod. dipl. Cav.* t. IV, p. 178.

340. Die 8 m. augusti ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 51, sed (1011) et Constantino frater eius m. i. an. 48. Horta intentione inter Stephanum primicerium turme plevis ecclesie S. Dei genitricis Marie que nominatur de domino Atriano et cuncta Stauritas ipsius ecclesie et Pitru et Sergio uterinis germanis filiis q. Aligerni nego-

tiatoris qui nominatur surdo et memorata Pitru coniux presenti Iohanni viri sui, unde pars staurite quesibit ipsos germanos dicendo: quia ille fundus iuris memorate staurite de loco Maranum viam abuisset per 40 annos per fundum ipsorum de memorato loco qui ibi est coniunctum a parte meridiana, et pars autem ipsorum replecans dicebat: absit ut sit ita nec illos Deus faciat, set amba capita de memorato fundo ex ipsa Staurite in bia publica teneret et inde introiebat in memoratum fundum. Unde multa altercatione exinde abuerunt, nunc autem processerunt ambas partes ibique supra et iudicatum est inter eos ut si pars Staurite potuerit ostensionem facere quomodo ipsa et antecessores eius per memoratum fundum biam abuisset ad fundum ex ipsa Staurita per 40 annos, iuxiurandum cum ipsis testibus et ipsi Pitru et Sergius eidem exinde securitatem ponerent; sin autem pars ipsorum iuraret et diceret ut superius asseruerant et pars Staurite poneret ipsis securitatem. Et quia pars Staurite non baluit taliter ostendere, modo vero recepit a parte ipsorum Pitru et Sergii sacramentum, ut supra dictum est, et definivit exinde et fecit anc chartulam securitatis; pena in auri sol. 36 byth. Scriptum per Leonem Curialem, (*deest vero complementum eiusdem*). Signum manus memorato Stephano primicerio et cuntas Stauritas. Testes: Stephanus filius d. Sparani, Iohannes filius d. Cesarii et Iohannes Curialis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 335). R. N. A. M. t. IV, p. 49.

(1011) **341**. Die 15 m. septembris ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 52, sed et Constantino m. i. an. 49. Maria que Marenda clamatur filia q. Iohannis Naupigio cum voluntate Iohannis viri sui vendit et tradit d. Sergio et d. Gregorio filiis q. d. Theofilacti domum positam intus civitatem Neapolis ad Patriccianam regione Porte nolensis subtus solareum monasterii S. Marcellini obventam dicto eius genitori a Maria filia q. Petri relicta q. d. Leonis qui nominatur Sibcia titulo comparationis et coheret dicta domus domibus heredum q. Iohannis et Gemme germane carnalis q. Petri, colupnas marmoreas rotundas, domibus Cennami, et hoc pro pretio auri solidorum 12 de tari ana quatuor per solidum. Actum per manus Sergii olim Tabularii et testes sunt Theodorus Curialis, Bonitus filius d. Ursi et Iohannes filius d. Stefani. — *Notam. instrum. S. Marcellini* p. 211.

(1011) **342**. Die 20 m. hoctobrii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 52, sed et Constantino frater eius m. i. an. 49. Gregorius filius q. Iohannis de Racimbrando et Maria q. Iohannis Germatella thio et nepote seu Iohannes filius idem Iohannis Trippula et idem Iohannes filius q. Fusci, abitatores in loco qui nominatur ad illa domum pertinentia de Padule, promittunt d. Filippo ven. ygumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integrum campum qui nominatur Moscarellum in loco qui nominatur Pumilianum que est foris arcora dudum aqueductus una cum arboribus *etc.* et coheret ab uno latere terra de illi Teuderici de memorato loco, et de alio latere terras de illi Moccia, quas habet per commutatione da heredibus Ursi Betrani et de uno capite campo de illi Ypati et de alio capite terras de ipso Moccia et de ipsi Teuderici; quem vero kampum ipse ygumenus dedit eisdem in parte at laborandum.

Basilio et Constantino impp. a. 1012.

In eo tenore ud illum bene et diligenter laborare *etc.* et omnia quod ibi de subtus fecerint per omni annue super eos tollere et abere debeant: tantummodo ipsi et heredes eorum per omni annue usque in S. Maria de augusto mense exinde terraticum dare debeant de quantum ipse kampo fuerid per passos de illud que ibi seminaverint siccum bonum *etc.* et quantum vinum ibi at palmentum fecerint, mundum et saccapanna, dividere debeant per medietatem et medietatem monasterii ponere in organeis eiusdem in loco Pumilianum, et dum vendemiaberint duas personas monasterii et caballum eius nutrire debeant. Iterum et dum ipsi portionarii illud detinuerint et ipse ygumenus et posteri eius venerint in eodem loco Pumilianum vel si de ipse terre kausa abuerint, ipsi venire debeant cum quo abere potuerint ad aliis portionarii de memorato loco. Insuper et per omni anno ipse ygumenus et posteri eius duas vices per annum licentiam abeant scaballicare in curtes ipsorum usque at quattuor personas et ipsi portionarii illis et at caballos eorum dare debeant manducare et bibere sicut iustum fuerit; et numquam presummet ipsum monasterium illos bene laborantes et cultantes tollere, et quale tempore ipsi illud abrenuntiare voluerint, si fuerit bonum arbustatum et vitatum, licentiam abeant, et si quis ex eis ipsos soccias suas de memoratum campum bene non laboraberit, monasterium licentiam abeat illud ad eis tollere; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Mastalum ductoris primarium. Et hoc memorandum stetit quatenus da die presentis ipsi portionari licentiam abeant cum eis ponere et abere ad laborandum in memorato campo Petro Russo filio q. Maraldi da illa domu de memorata Massa Padulana, tamquam si cum illo iustam chartulam fecissent. Signum manus Gregorii de Ragimprandum, Marini et Iohannis Trippula, Iohannis de Fusco et Petri Russo. Testes: Sergius filius d. Iohannis monachi, Aligernus filius d. Sergii et Sergius filius d. Stefani. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 491). R. N. A. M. t. IV, p. 51.

343. Die 26 m. ianuarii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 52, sed (1012)
et Constantino m. i. frater eius an. 49. Visus itaque fuid Petrum, qui nominatur da Saccum filium q. Stephani abitator in memorato loco Saccum quod est foris flubeum vendere Drosu thie sue filie q. Petri ecce a preteritum unum annum pro auri tari 23 idest integram unam tertiam suam ex integro uno cuniolo qui nominatur billa noba de illo grummuso positum in loco qui vocatur super S. Andream at sextum, qui adhuc in communem et indivisum reiacet cum alia tertia memorate Drosu et cum reliqua tertia heredum q. Gregorii thii sui dudum germani eiusdem Drosu et omnes indivise reiacent cum reliquas tres partes heredum q. d. Petri Curialis et heredum q. d. Pictuli, et heredum q. Drosum filia Petri monachi relicta q. Anastasii una cum arboribus *etc.* unde ipse Petro receperat memoratos tari 23: etiam et media sorte eidem Drosu dedit quidam d. Sergio seniore eiusdem Petri filio q. d. Gregorii . . . . . de domino Andree et Gregorio filio q. d. Sparani, quatenus eidem Drosu illud venderent in memorati tari 23. Modo vero venit memorata Drosu cum memoratis mediatoribus et quesivit ipsum Petrum quatenus sibi exinde faceret ipsam chartulam sicuti dedit ipsi mediatores et distrinxit ipsum

Basilio et Constantino impp. a. 1012.

Petrum cum memoratis mediatores (1) quos dedit ipso preterito anno uno et medium. Idcirco ha presenti die per hanc chartulam confirmat et contradit memorate Drosu una cum voluntate presentis Matrone coniugi sue prenominatam tertiam suam ex ipso integro cuniolo, coherente sivi insimul de uno latere risina, de alio latere est ribus et risinam, de uno capite terra heredum q. Iohannis q. d. . . qui fuit filio Cosmati, at bero alio capite via publici. De qua nihil *etc.* eo quod iam receperat ab ipsa per manum de memoratis

(1) Mediatores istos ab illis, qui eodem ipso tempore contractibus et iudiciis, Langobardorum iure confectis, intererant, diversos omnino existimo. Alteri enim, Langobardi scilicet, fideiussores erant, qui ut pacta conventa a contrahentibus servarentur, vadimonium dabant; alteri contra, i. e. Neapolitani et Amalphitani, intercessores sive mandatores, qui negotium pro alio sponte vel mandato interveniente gerebant, et nedum emtionem, exempli causa, contrahebant, sed etiam pretio soluto ex parte aliqua conficiebant.

Contractus ita stipulatus, Neapoli, ut ex alio instrum. a. 1092 (V. infra n. 551) eruitur, *mediatorium* vel *chartula mediatorii*, Amalphiae, ut ex instr. a. 1200 (Cf. CAMERA, *O. c.* t. I, p. 382) *mediator epistolarius* nuncupabatur. Duo autem instrumenta nondum edita, unum Amalphitanum, alterum Neapolitanum, utpote ad rem illustrandam satis apta, heic subiungere iuvat. Amalphitanum, quod ad a. 1055 pertinet, est huiusmodi.

" In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Xpi die quintadecima mensis martii indictione octaba Amalfi. Nos Iohannes dei gratia dux et imperialis patricius anthipatus et vestis. A presenti namque die hoc iudicium a nobis iudicatum est propter firmitatis causa et berbo memorationis scribere iussimus : cum autem stetissemus in conventu plenario huius nostri Amalphitani palatii cum iudicibus et parentibus nostrisque fidelibus venit coram nostram presentiam Gregorius filius Iohannis monte in collo et reclamavit se nobis supra gemma relicta Sergii filius petri cocti et supra boccia relicta supradicti Petri cocti qui sunt ambe vere cognate, et dixit: sciad, domine, vestra potestas quoniam anno transacto feci finem cum illo de causa quod tullit ipse diaconus coctus cognatus eorum per virtutem ad ipsa uxorem meam in ponte primaro positum et tradidit michi eos et stetit inter me et ille ut pergeret supra ipsum locum et ostendere ipse charte mee de ipsa hereditate et quantum ipse charte continent tantum ego tollerem et inde fieret ipsa finis inter me et ille et apprehensi exinde cum ille mediatorem, modo, domine, nolet michi eos complere nec in supradicta hereditate veniret; unde obsecro baldeque postulo potestas vestras ut dignamini michi exinde iudicare; et hecce ipsum mediatorem. Nos autem fecimus venire ipsum mediatorem et interrogavimus illum et taliter dixit qualiter supradictus Gregorius: et ubi taliter ipsum mediatorem dicentes audivimus dereximus ad supradicta gemma et boccia ut veniret et faceret ipsa finem cum Gregorio, sicut ipse mediator testificabat; ipse autem noluerunt eos facere et ipse gregorius nobis exinde reclamando de die in die et nos iterum atque iterum adque iterum per tertia et quarta vicem dicendo dixerimus ad supradicta gemma et boccia ut veniret et se exinde diffinire, ille autem nullo modo venire voluerint ut ipsa finis cum supradicto gregorio faceret; da inde et nos, sicut consuetudo est istius civitatis, firmamus vobis supradicto gregorio per hunc nostrum iudicatum ut amodo et semper habeatis et dominetis et secreatis? supradicta vestram hereditatem qualiter et quomodo eos proclamad ipse vestre charte sine omnem contrarietatem de supradicta gemma et boccia et de suis heredibus: et si quavis *etc.* seu qualiscumque alia humana persona contra hanc chartam nostri iudicii venire presumserit illa persona habeat anathema *etc.* et componad vobis et ad vestris heredibus auri sol. centum byzantii et hec charta nostri iudicii ut superius legitur sit firma imperpetuum. † Ego petrus filius ursi testis sum † Ego Sergius filius constantini testis sum. Ego constantinus filius mansonis iudici testis sum. Ego Iohannes scriba filius ursi scripsi hanc chartam per preceptionem supradicte gloriose potestatis anno tertio post eorum recuperationem. " — Ex cod. Ms. vulgo *Codice Perris* nuncupato, ubi saeculo superiori Dominicus Perris advocatus *Chartularium monasterii S. Laurentiis de Amalphia* transcripsit, et instrum. hoc signatum est. n. 33.

Instrumentum vero Neapolitanum a. 1170 sic se habet:

" In nomine *etc.*: regnante d. Gulielmus sicilie et italie magnifico rege anno quinto, et eius dominationis civitatis neapolis anno quinto: die quinta decima mensis nobembri indictione quarta neapoli. Per medium suscripto d. petro arcello filio quondam d. Iohanni et iudice d. petro qui nominatur spungatello filio quondam d. petri firmastitis nos videlicet d. trocta ven. abbatissa monasterio sancti archangeli qui appellatur at baiane cum cuntas congregatione monacharum sancti et ven. vestri monasterii: michi videlicet alissandro qui nominatur de nincione filio quondam ademari qui nominatur de nincione et quondam ricu . . . . da iugalium personarum: abitatoi de loco, qui nominatur sanctus iohannes at tuducculum parte foris flubeum: idest integra corigia de terra iuris memorati sancti et vene-

mediatores ab ipso preterito uno anno et medio memoratos tari 23, quos ipse tunc dedit creditoribus suis in omnem decisionem; pena in auri sol. 15 byth. Scriptum et actum per Ioseph Curialem. Signum manus memorati Petri. Testes: Sergius filius d. Gregorii monachi, Petrus filius d. Iohannis et ΚΕϹΑΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΑΛΙΓΕΡΝΙ i. e. *Cesarius filius d. Aligerni.* — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 540). R. N. A. M. t. IV, p. 54.

344. Die 12 m. februarii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 52, sed et Constantino m. i. frater eius an. 49. Leo filius q. Sergii, qui dicebatur de Gripta, custos ecclesie S. Marie de loco qui nominatur Massa quod est foris flubeum, cum voluntate dominorum dicte ecclesie vendit et tradit Sergio Çampertario filio q. Anastasii Campertarii petiam terram positam in loco qui vocatur . . . et coheret cum terra Iohannis de Iuria, et cum terra Gregorii Ferrarii cum terra ecclesie S. Marie ad sicule, et pro pretio tar. auri 20 quos dictus Leo presbiter custos predicte ecclesie implicavit in emptio- (1012)

rabilis vestri monasterii posita in memorato loco sanctus iohannes at tuduccum et est canpese. Una cum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus. Coherente sibi memorata integra corigia de terra canpese iuris memorati sancti et ven. vestri monasterii cum suis omnibus pertinentibus ut super legitur: de uno latere est terra ecclesie sancti georgii catholice maioris seum et terra ecclesie sancti biti de regione portanubensi sicuti terminus exfinat: de alio latere est terra ecclesie sancte marie de merulo comuni sicuti terminus exfinat: de uno capite est terra de illu qui nominatur braca in trocculum: de alio capite qualiter badit usque at mare: Ec autem memorata integra corigia de terra canpese iuris memorati vestri monasterii cum *etc.* dedistitis ut pensione detinendum in censu tenore *etc.* ut omnibus diebus bite mee sint potestate illa detinendi *etc.* fruendi et comedendi et de ipsas frugias faciendi exinde omnia que voluero unde nulla vos vel posteras vestras aut ipso monasterio exinde conqueratis aut tollatis per nullum modum: tantumodo ego cuntis diebus bite mee vobis vestrisque posteras et in memorato vestro monasterio exinde pensione dare et atucere vel eas omni annuo in sancte marie de augusto mense idest auri tari tridecim diricti boni de amalfi pisanti et per festibitatem sancti sebastiani idest unu capone bonum ut iustu fuerit simul asque ammaricatione et nullatenus presumetis vos vel posteras vestras aut ipso vestro monasterio *etc.* tollere vel contrariare *etc.* adimplentes ego bite mee vobis vestrisque posteras et in memorato monasterio memorata penxione omni annuo *etc.* et vos *etc.* michi bite illa defendere debeatis da omnes homines *etc.* post autem meum tranxitu et tunc ipsa integra corigia de terra cum suis omnibus pertinentibus ut super legitur in vestra vestrisque posteras et in memorato monasterio et cui neniat potestate hique illa largire noveritis atamen stetit inter bobis ut si *etc.* ipsa integra corigia de terra *etc.* tollere volueritis vel si vos illa defendere non poteritis *etc.* tunc vos michi componere debeatis auri tari quinquaginta de Amalfe et si ego vobis illa abrenuntiare voluero vel vobis dare voluero memorata penxione *etc.* componere debeas auri tari quinquaginta de Amalfi sicuti continet alia chartula mediatorium simile de iterum que vos michi exinde odie fecistitis et hec mediatorium ut super legitur sit firma, scripta per manus petrus qui dischipulus domini cesarius primarius per memorata indictione ac signum manus memorati alissandro qui nominatur de nincioneut super legitur quod ego qui memoratos ab eurogatus pro eum subscripsi. Ego Iohannes curialis testi subscripsi. Ego petrus curialis. Ego cesarius curialis complevi et absolvi per memorata indictione „. — Ex membrana originali in bibliotheca *Societatis historicae Neapolitanae*.

Alibi denique hujusmodi etiam mediatorem in chartula *infiduciationis* in plebe S. Georgii sub Paldulfis IV et V principibus Capuanis (a. 1048) celebrata, invenio; qua Martinus, sico et Cicinus germani *abitatores in Liburia per mediatori Stephani de Roggi et Meraldo filio larini* mutuo accipiunt a Iohanne presbytero auri tari 12 in quinque annos et obligant quamdam eorum terram ibi positam, quam *a partibus militie et langobardorum defensare* promittunt (R. N. A. M. t. IV, p. 327). Sed ex instrumenti contextu facile innui potest vel illum Liburie locum olim ad Neapolitanum ducatum pertinuisse et Neapolitanam hanc consuetudinem, etiam posteaquam Langobardorum dominio cessit, retinuisse; vel eandem consuetudinem ibi, utpote in territorio finitimo et quasi communi, a Neapolitanis adscitam fuisse.

Postremo praetermittendum non est ex his mediatoribus processisse, uti mihi videtur, *admezatores*, qui saec. XIII in regionibus ad ducatum Neapolitanum, Amalphitanum et Surrentinum pertinentibus extabant et a Friderico II imp. sublati fuerunt. (V. *Const. r. Sic.* L. I, t. 83):

nem eiusdem terre, que nominatur ad ferale, posite ad Pumicaria quod est in dicto loco Massa. Actum per Petrum Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 198.

(1012) **345.** Die 26 m. februarii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 52, sed et Constantino m. i. an. 49. Iohannes et Stefanus filii . . . . . habitatores loci Calbiczani recipiunt a Bitaliano filio Petri Fornari auri tari 13 tenendos ad annos tres, in cuius excambium concedunt ad eundem terminum eidem Bitaliano corrigeam terre, que nominatur ad cesula, que ad badum de silva dicitur, positam in dicto loco Calbiczani, et coheret dicta corrigea terre cum terra Bitaliani Primicerii, cum terra ecclesie S. Marie, que est in caput de vico, cum terra Petri Cofinarii, quam terram ipsi germani recipiunt ad pensionem a predicto Bitaliano. Propterea promittunt granum et vinum dividere. Actum per Iohannem Curialem. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 400.

(1012) **346.** Die 10 m. magii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 56 (52), sed et Constantino frater eius m. i. an. 49. Drosu ducissa relicta q. vone memorie d. Adelferii gloriosi ducis filius vero d. Sergii gloriosi ducis, et imperialis patricii, et Sergius dux, (1) et Mauro, quam et Ademarius germanis idest genitrix, et filii venundant, et contradunt d. Leoni Domini gratia archiepiscopo sancte sedis Amalfitane ecclesie totum integrum mensem et medium, quod habebant de ipsa mola aquaria, scilicet in Amalfi posita, que fuerat de Urso comite Scaticampulo et ipsis hobenit per chartula comparationis a Sergio filio Leonis de supradicto Urso comite, pro auri solidi 30 ana tari quatuor per solidum, quia ipsa alia medietatem ei iam donaverant per bonitatem eius et magno eius serbitio quod semper eis fecerat et pro redemptione anime supradicti viri et genitori eorum in omnem deliberationem, pena compositionis si contravenerint statuta auri solidi cento Byzanti. Scriptum per manus Sergii Curialis. Signum manus Drosu ducisse Sergii ducis, et Mauri, et Ademarii. (*Desunt testes et nomen Curialis, qui pro eis subscripsit et instrumentum exemplavit*). — (*Ex chartular. Amalph.* Ms. fol. 115); CAMERA *Memorie storico-diplomatiche della città, e costiera d'Amalfi* t. I, p. 186.

(1012) **347.** (Christe fave). Die 6 m. decembrii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 53, sed et Constantino m. i. frater eius an. 50. Gregorius presbiter custos ecclesie S. Iohannis qui vocatur in curte cum voluntate d. Sergii filii q. d. Iohannis de domino Dometii de aborti, et d. Marie h. f. que Marenda clamatur, filia q. d. Gregorii et ipsa cum consensu d. Sergii Miscini viri sui, hoc est dominiis memorate ecclesie S. Iohannis et ipsa d. Maria pro vice sua, et pro vice d. Theodosii et d. Theodori thiis suis dominiis memorata ecclesia promittit Iohanni cui suprannomen Pictulo filio q. Palumbi scriniarii et Bone filie q. Mauri Pecorarii, relicte autem q. Iohannis qui nominatur Buccone, et Stefano et Aligerno huterinis germanis filiis d. Petri, hoc est cognatis thiis et nepotibus abitatoribus vero in loco qui vocatur Nonnara, quod est foris flubeum situm ad S. Stefanum qui vocatur ad attone ibi ipsum, propter integrum coniolum qui vocatur pratale,

(1) Adelferius et filius eius Sergius die 20 m. maii ind. XIII (a. 985) annum primum ducatus sui Amalphiae supputabant, ut ex membrana Neapolitani archivi quam MINIERI in libello: *Un duca di Amalfi* Nap. 1876 vulgavit, erui potest.

constitutum in memorato loco huna cum introitum suum *etc.* pertinentes vero de ipsas portiones d. Sergii, d. Marie et thiis suis de memorata ecclesia et coheret sibi a parte horientis terra de illi Inferni, da partem occidentis terra memorate d. Marie, et de memoratis thiis suis, a septentrionis vero parte ribum, quando aqua exfinant; da parte namque meridiei terra monasterii Ss. Theodori et Sebastiani, seu et terra memorate d. Marie et iam dictis thiis suis quem vero coniolum et memorata portionem et pertinentias memorati d. Sergii et Marie et thiis suis de memorata ecclesia dedit ad tenendum et pastenandum. In eo tenore *etc.* ille bene et diligenter laborare et pastenare et omnia que eumque ibidem fecerint in seminatum et in binum super eos illut tollere et levare debeant preter de quo ibidem hobernoticum seminaverint exinde dare debeant modias tres pro illum triticum, duas vero modias de germanum, et unum de hordeum tractum *etc.* mensuratum *etc.* amodo et usquedum ibidem natum fuerit vinum mustum mundum hornas 10, tunc ipse terraticus moriatur et binum mundum et saccapanna tunc dividatur per medietatem et ipsam medietatem ipsi cognati, thii et nepotes, trahere debeant ad memoratam ecclesiam ad omne eorum expendium, preter sex uncias de saccapanna, quas recondere debeant in organeis ipsorum dominorum usque in diem tertiam vel quartam, et ipsi illas trahere debeant qualiter potuerint. Ipsi vero portionarii vendemiare debeant ipsum arbustum et omnes hubas exinde palmentum ad casa eorum adducere et calcare ad omne eorum expendium debeant preter binum ad bibendum et untum pro condimento que de comuni exeant et per vindemiam duas personas dominorum nutrire debeant quomodo iustum fuerit. Insuper glandes aut castaneas vel insertes communiter ambe partes bactere et recolligere debeant et per sex uncias dividere, quando vero ipsum coniolum totum arbustatum et vitatum fuerit, tunc illum dividere debeant per medietatem et domini tollere debeant, medietatem a quale partem voluerint, et reliquam medietatem ipsi coloni habeant et si quicumque de dominis vel colonis medietatem suam vendere voluerint; preferre debeant dominos alie medietatis, si ipsi voluerint, in pretio ut fuerit appretiatum a christianissimis viris: pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus Gregorii presbyteri cum voluntate Sergii et Maria. Testes: Petrus filius d. Iohannis, ΑΛΙΓΕΡΝΟC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΠΑΡΑΝΙ i. e. *Aligernus filius d. Sparani* et Theodorus Curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 974). R. N. A. M. t. IV, p. 57.

348. Die 17 m. ianuarii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 53, sed et Constantino frater eius m. i. an 50. Iohannes Ferrarius filius q. Leoni Ferrarii, qui super nomen Sacco, cum consensu Marie coniugis sue vendit et tradit Leoni Ferrario qui nominatur Papaleone filio q. Leoni Ferrarii inferiora cellarii sui constituta suptus solareum memorati Leoni positi intus civitatem Neapolis intus curte commune que una cum aspectibus et aheribus et introitu suo per regiam propriam eiusdem Iohannis que est post harcum ipsius Leoni pertinente per parte parentorum suorum et coherente sivi a parte horientis anditum qui ingredit ad domum heredum q. Iohanni Ferrarii qui co- (1013)

gnominabatur Papaleone et a parte hoccidentis cellareum domus memorati Leonis, de autem parte septentrionis curte et grade de ipsius domus heredum q. Iohannis Ferrarii et a parte meridie sunt memorate grade marmoree et regia et curte commune per quam introitum abere debeat. De qua nihil *etc.* propter quod accepit auri tari 17; et pena in auri sol. 8 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memorati Iohannis. Testes: Gregorius filius d. Stefani, Aligernus filius d. Sergii, et Sergius Curialis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 413). R. N. A. M. t. IV, p. 61.

(1013) **349.** Die 23 m. magii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 53, sed et Constantino frater eius m. i. an. 50. Donatus filius q. Maraldi cum consensu Theodonande coniugis sue, abitatores vero in loco qui nominatur Maranum, vendit et tradit Leoni Ferrario, qui nominatur Papaleone, filio q. Leoni Ferrario integras sex uncias suas ex integra clusuricella de terra posita in memorato loco Maranum ad fossa de centum una cum arboribus *etc.* et coheret sibi de uno latere et de uno capite terra memorati Leonis et de alio latere alias sex uncias portionis Iohannis uterini germani sui et ad vero alio capite via pubblici que est iuxta silba que pergit ad sanctum Angelum ad Arcicasa. De qua nichil *etc. etc.* propter quod accepit auri tari 12, et pena in auri sol. 6 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memorati Donati et Theodonande. Testes: Gregorius filius d. Marini, Iohannes Curialis et Stephanus filius d. Sparani. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 342). R. N. A. M. t. IV, p. 63.

(1013) **350.** Die 31 m. augusti ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 53, sed et Constantino frater eius m. i. a. 50. Iohanne filio q. Simmonis pro bicem sua et pro bice Sillicto et Si.... uterinis germanis suis, abitatoribus in loco qui nominatur Acerre, territorio Suessolano, promictit d. Rommane monache filie q. d. Theodori, relicte autem q. d. Petri subdiaconi propter integras duas petias de terra suas sita intus Laneo in eodem territorio quas dibidit via una cum introitas *etc.*; et una ex ipse petie coheret ab una parte terra S. *Acerrane?* ecclesie, da secunda parte terra d. Gregorii Bulcano, da tertia parte terra de illi Morfissa, da quarta vero via publica; et ipsa alia petia ibi ipsum at illum portum de memorato loco Acerre abet fines ab una parte terra memorati d. Gregorii Bulcani, da secunda parte terra de illi Cacapice, da tertia parte est ipse Laneo, da quarta denique memorata via publica; quas memoratas terras ipsa d. Rommana memoratis germanis eorumque heredibus dederat in colligio at laborandum seu detinendum. In eo enim tenore quatenus *etc.* et omne quodcumque dominus Deus dederit in ipsum seminatum dividere debeant illud at area et de quatuor ipsa Rommana et heredes eius exinde tollere debeant parte una et ipsi germani partes tres; preterea quando at metere et triturare ipsi germani venerint eidem Rommane nuntiare debeant et ipsa Rommana ibidem venire aut ominem suum dirigere debeat cum uno caballo quem nutrire debeant sicut iustum fuerit et sortem eius traere debeant gratis usque ante regias domus ipsius Rommane. Et ubi voluntas Dei fuerit et in ipsum arbustum, que ipsi germani ibidem fecerint, vinum sumerint, ipsum dividere debeant quomodo ipsum seminatum et quomodo

fecerit totus ipse locus cum suis portionariis qui terra in eodem placito tenuerint, et si ipsa Rommana in ipso loco imbenta dederit scaballicare debeat semel in annum in casa eorum et ipsi germani eidem Rommane et at caballis suis manducare et bivere dare debeant sicut iustum fuerit. Nullatenus vero ipsa Rommana et heredes sui memoratas terras eisdem germanis tollere presummet eas bene laborantibus et arbustantibus et seminantibus et omnia memorata adimplentibus; quando autem ipsi germani et heredes eorum illas petias abrenuntiare voluerint cum omni sua melioratione licentiam abeant; pena in auri sol. 30 byt. Scriptum et actum per Stephanum Curialem. Signum manus memorati Iohannis. Testes: Iohannis Curialis, Gregorius filius d. Sergii et Theodorus filius d. Iohannis. — (*Notam. instr. S. Gregorii* n. 346). MINIERI, *O. c.* n. 8.

351. Die 10 m. decembrii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i an. 54, (1013) sed et Constantino frater eius m. i. an. 51. Iohannes filius q. d. Mastali ductoris primarii et q. d. Marie h. f. qui Marenda clamabatur, postmodum vero monacha, dudum iugalium, vendit et tradit d. Anne nunc monache filia q. d. Iohannis Gaetani relicte q. d. Gregorii Millusi, postmodum vero monachi, integram portionem de terra in loco qui vocatur Quarto maiore ad S. Mariam qui dicitur ad Scandola, que est coniuncta de uno latere cum terra portionis Maru Pappacoda, seu et integras duas terras ibi ipsum ad pede de monte de infe. qui sunt iuxta terra heredum d. Cesarii Appaea, et iusta terra heredes d. Gregorii Falconarii, quamque et integram aliam terram positam in loco monte Pausilipense, hubi est illa piscina comunis unde ipsam homnem portionem et pertinentia sua de memorata piscina quantum exinde pertinet venumdedit; una cum scapulas et rioras suas, qualiter badunt da fine de terra et scapulas monasterii Insule Salbatoris a parte occidentis et ab inde in parte horientis usque ad viam qui descendit in foris gripta, iterum et qualiter da via publici qui ibi est a parte meridiana badit et descendit in parte de foris gripta, usque ad finem qui est de foris gripta et de eodem monte Pausilipense. Insimul una cum portione sua de silba comuni quantum ad oc exinde pertinet simulque venumdedit et tradidit et integra una corrigia de terra que nominatur pinum sita in scapula ipsius montis qui est da parte horientis coniuncta cum terra Ursi de Pergola, qualiter descendit usque ad mare insimul una cum arboribus *etc.* pertinente sibi per donationem per firmissimum dispositum que fecit q. Drosu h. f. coniux sua et ad eam per parentorum suorum et ea in portione sua tetigit per notitias suas et per chartulam convenientie divisionis da Anna h. f. uterina germana eiusdem cognata sua, que apud se abet pro alium que continunt. De quibus nihil *etc.* propter quod accepit auri sol. 40 ana quatuor tari per solidum et pena in auri sol. 80 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus Iohanni. Testes: Sergius Scriniarius, Gregorius filius d. Sergii et Iohannes Curialis. — R. N. A. M. t. IV, p. 65.

352. (Christe fave) Die 20 m. iulii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. (1013) an. 54, sed et Constantino frater eius m. i. an. 51. Iohanne Fiholario filio q. Cesarii, dudum Fiholarii, vendit et tradit d. Sergio Ypato filio q. d. Iohannis et d. Horanie h. f. hoc

Basilio et Constantino impp. a. 1013.

est iugales integra una petia de terra, que nominatur ad cisinula, quod est per mensura ad passos modias quatuor ad passum ferreum *etc.* constitutas vero in loco qui vocatur Troccle, quod est foris flubeum, territorio plagiense, una cum arboribus *etc.* coherente sivi da parte septentrionis via publica et da parte meridiei terra que tetigit Fermosanu filium q. Iohannis qui nominatur de Drosu de Apolis, avitator vero in Casalicellum ; a parte vero horientis terra ab occidentis quoque parte bia publica; tantummodo apud ipsum Sergium pro eius et suorum heredum defensione remisit unam chartulam comparationis sue quam sibi fecit de totas ipsa terras absenti Leone cognomento Cacamolle filio q. Iohannis qui nominatur de Maurisco una cum consensu Grise coniugis sue, avitatores in memorato loco Troccle, et alia una merissis divisionis, quam fecit memorato Fermosano, quomodo divisit ipsa terra inter se et ipsum Iohannem Fiholarium per sex uncias ; de qua ipsum Iohannem exinde tetigit sex uncias da parte septentrionis et eum tetigit reliquas sex uncias et ipse sexuncie eiusdem Iohannis esse debeant per mensuras modias 4 a parte meridiei iusta terra heredum d. Sergii scriniarii, seu et alie due cautionis, una vero continentem auri tari 10 et vinum horneas octo, quam fecit memorato Iohannes et Maria iugales et iam dicto Leone Cacamolle genitoribus et filio ad q. Gaietano, filio q. Iohannis de Altanu et at q. Maria iugales, alia vero cautione que est capsata, quam fecerunt memorati Iohannes et Maria iugales una cum memorato Leone ad Iohanne negotiatore qui nominatur de domino abbate de Sanctum Seberinum pictulum de auri tari 22, et binum hornas 20. De qua nihil *etc. etc.* pro eo quod accepit in presenti auri sol. 47 de tari ana 4 per solidos ; pena vero in auri sol. 96 byth. Scriptum et actum pro Gregorium Curialem. Signum manus Iohanni Fiolarii. Testes: Iohannes filius d. Cesarii, ΑΛΙΓΕΡΝΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ $\overline{\text{ΔΝ}}$ ΣΠΑΡΑΝΙ i. e. *Aligernus filius d. Sparani* et Sergius filius d. Iohannis monachi. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 796). R. N. A. M. t. IV, p. 68.

(1013) **353**. Die 21 m. augusti ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 54, sed et Constantino frater eius m. i. an. 51. Sico filius q. Radolfi, et Trasmundus filius q. Iohannis qui nominatur Bentrilia, hoc est vitricus et privignus, habitator de loco qui nominatur Iuliano promittunt ven. Musande abbatisse monasterii Ss. Marcellini et Petri pro terra que est dicti monasterii posita in dicto loco Iuliano, quam ipsi tenuerunt a q. d. Drosu abbatissa dicti monasterii iuxta terras d. Petri diaconi S. Neap. ecclesie, Petri qui nominatur Aracco, ecclesie Stephanie et S. sedis ecclesie Capuane; propterea promittunt dicto monasterio dare tritici modia 30 et fabarum modia 2. Actum per manus Leonis Curialis, et testes sunt Petrus filius d. Gregorii et Iohannes filius d. Petri. — *Notam. instr. S. Marcellini* p. 199.

354. Die 11 m. septembris ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 55, sed et Constantino frater eius m. i. an. 52. Cicino et Stephano germani filii idem Cicini, et Donadei filio q. Petri adoptibo filio seso genero memorati Cicino qui fuit filio q. Iohannis Tinioso et Iohanne filio Sparani qui fuit. . . oso et Donato filio q. Leoni qui fuit filio q. Iohannis hoc est exadelfi seu cognate, et ipsi Cicino et Stephano et Do-

Basilio et Constantino impp. a. 1014.

nadei pro vice sua et pro vice Iohanni et Ioaquinthi germanis eorum et abitatoribus in loco qui nominatur Cutinianum, territorio Cimitirense, iterum et ipsi omnes parentes et consortes cum consensu d. Cesarii et d. Oranie seu Marie hh. ff. hoc est filio et filias q. d. Marini de Appium, sive etiam et cum consensu d. Iohanni et Maru h. p. filii q. d. Iohanni Boccatorti et q. d. Theodonande h. f. iugalium, cuius ipsi ospitibus censiti sunt et memorata d. Orania h. f. cum consensu Iohanni Barboccia viri sui et memorata d. Maria h. f. cum consensu d. Marini de domino Cali viri sui definiunt denique cum d. Pancrati ven. ygumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi, *etc.* et cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii de altercationem que inter eos abuerant propter finita, que est inter corrigiam de terra eorum et inter casalem qui est in montem pertinentem memorato monasterio qui nominatur Urbanum, qui et at Lamma dicitur, qui coheret at memoratum inclitum casalem et montem in uno tenientia a parte occidentis ribo maiore, qui exfinat inter hoc et terras et montem de homminibus de Barchanum et de Meiana, et ex alio latere parte orientis est casale et monte eiusdem monasterii, qui nominatur Maternum, sicut inter se ex parte riatello et labinario exfinat et da inde qualiter ascendit finiendo in partem septentrionis usque at serra cauditana, de uno capite parte meridiana terris de hominibus de Carchanum, sicut inter se egripus exfinat et de alio capite qualiter badit et ascendit usque at iam dictam serra cauditana. Unde memoratos consortes pars monasterii quesivit dicendo ud ipsi prebaricassent ipsam finem et introissent in memoratum casalem qui vocatur Urbanum; pars vero ipsorum asserebat ud ita non esset, et aberent chartulam quam parentibus eorum fecissent homines arbitri memorati monasterii partibus militie et partibus langobardorum de memorato loco Cutinianum, que declarabat quantum ibidem abere deberent; et dum taliter altercassent ante iudicem publici, que ambe partes ibidem portaverunt ad iudicandum, tribuerunt inter eos hoc iudicium ut per partes ibidem chartulas ostenderent; et pars monasterii ostendit una chartula securitatis, quam exinde fecerunt memorato q. Iohanne Tiniosus et memorato Iohanne et alius Iohanne affiliatus Mauri parentes ipsorum consortium de memorato loco Cutinianum at q. Sillicto filio Luperisi et Merculo filio Sicardi et aliis consortes eorum abitatoribus de memorato loco, qui fuerunt arbitri fundati dicti monasterii. Iterum ipsi consortes ostenderunt una chartulam definitionis conbenientie, quam at ipsis parentibus eorum fecerunt ipsi arbitri fundati memorati monasterii pro vice illorum, et pro vice de consortibus eorum quomodo illud inter se diviserunt et ipsi arbitri tulerunt partem de memorato casale de Maternum que ibi est a parte orientis et ipsi parentes tulerunt da parte de memorato ribo maiore, hoc est a memorata parte occidentis. Denique iudicatum est inter eos ut ipsi parentes et consortes ponerent monasterio chartulam promissionis, et ideo cum voluntate de memoratis personis, quorum ipsi ospites censiti erant, promittunt dicto ygumeno et monasterio numquam presumere memoratum casalem, qui est in memoratum montem qui nominatur Urbanum quomodo badit usque at memorata fine ab orientali parte, a dicto monasterio querere, sed omni tempore ipsum monasterium abere debeat

memorata corrigia, que ipsi consortes ibidem abent a parte de memorato rivo maiore qui est a parte occidentis, hoc est a fine de memoratis hominibus de Barchanum et de Meirana passos 21 et medium, et de longitudine hoc est a fine de memoratum egripum qui exfinat inter oc et ipsis terris de homminibus de Charcanum et quomodo ascendit usque at memorata serra cauditana per memoratam mensuram passus 21 et medium ex traberso memorate corrigie de terra, ubi decem terminos fixerunt, et pena in auri libras duas byth. Scriptum et actum per Sergium Curialem. Signum manus Cicini, Stephani, Donadei, Iohanni, Donati, iterum et omnes memorati parentes et consortes et cum consensu et voluntate ipsorum dominorum. Testes: Cesarius filius d. Sillicti, Mastalus ductoris primarii et Gregorius filius d. Petri.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 271) Pergam. dei monast. soppr. t. VI; R. N. A. M. t. IV, p. 71.

(1015) **355.** In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Basilio magno imperatore anno quinquagesimoquinto sed et Constantino magno imperatore frater eius anno quinquagesimosecundo die prima mensis iunii indictione terciadecima Neapoli. Iudicare itaque visus fuit quondam dn. petro filio q. d. gregorii de tipatie et q. dn. anne h. f. jugalium personarum per suum dispositum quatenus haberet donatum post suum transitum anna naturali filia sua quam ipse procreavit in q. romana socera et genitrice nostra videlicet gregorio filio q. Sergii Gerpa et maria que supra nomen dilecta iugales ut si plus filios aut filias in ea procreverit. Id est integra una terra sua quam ipse comparata habuit que vocatur ad tetitianum massa atellana seu et omnes fundoras et terris in quantum et quomodo memorato d. petro habuit in loco qui vocatur casolla balentiana et alium quod ipse eius dispositus continet et per eodem suum dispositum fecit ut si aliquit ex ipsis naturalis suis ut super legitur non remanserit proprium heredem qui illud hereditaret tunc memorata integra terra sua que vocatur ad tetitianum ad atelle et ipsas omnes fundoras et terris de memorato loco casolla balentiana esent offertum in monasterio sancti gregorii maioris ancillarum dei ubi vos videlicet dn. maria venerabilis abbatissa esse videris qualiter ipse eius dispositus continet: et quia memorato q. d. petro plus filios aut filias naturalis non habuit de memorata socera et genitrice nostra et memorata anna naturali filia sua mortua est infra etatem in vita memorata socera et genitrice nostra et non fuit ex ea proprium heredem et memorata socera et genitrice nostra illud detinuit et dominavit cuntis diebus vite sue pro qua memorato q. d. petro illa ibidem fecit dominus et domina cuntis diebus vite sue qualiter ipse eius dispositus continet et ubi memorata socera et genitrice nostra venit ad suum ovitum direxisti vos videlicet memorata d. maria venerabilis abbatissa memorati monasterii et cenovii beatissimi gregorii et sebastiani adque domini et salvatori nostri Ihesu Christi et sancti pantaleoni puellarum dei et contrastis quatenus vobis redideremus omnes chartulas continentes memorata terra que vocatur ad tetitianum ad atelle et jam dictas omnes fundoras et terris de memorato loco casolla balentiana que memorato q. d. petro per eodem suum dispositum firmavit ut essent offertum in memorato vestro monasterio qualiter ipse eius dispositus continet. et quia nos ostensimus vobis una chartula que nobis et ad memorata socera et genitrice nostra fecerat q. d. maru abbatissa predecessori vestre cum cunta eius congregationem quatenus nobis dedisset et libera fecisset memorata terra que vocatur ad tetitianum ad atelle et da nos exinde accepisset integra sua sanationem et pars vestra dicebat ut non esset veritas quod memorata predecessori vestre nobis exinde cartulam fecisset et dum multum exinde inter nobis

Basilio et Constantino impp. a. 1015.

aterescebat intentio. Nunc autem per loquentias vonorum hominum per vona combenientia dedisti nobis idest auri solidos quindecim de tari ana quatuor tari per solidum ita et nos impresenti dedimus et apud vos cabsata remissimus memorata chartula quam vobis ostensimus ut nobis fecisse memorata predecessori vestra etiam et impresenti apud vos remisimus et duas chartulas continentes memorata terra que vocatur ad tetitianum constituta in memorato loco atelle prima chartula comparacionis ad nomine memorati q. d. petri a partibus langobardorum et alia chartula abberacionis quam memorato d. petro appreensit a partibus langobardorum quomodo abberavit memorata cartula comparationis sue: hitcirco et nos memorato gregorio et maria que supra nomen dilecta per hanc chartulam relaxavimus et tradidimus vobis memorata d. maria venerabili abbatissa memorati monasterii, idest memorata integra terra cum intersicum suum que vocatur ad tetitianum posita in memorato loco Atelle una cum arboribus et introitas suas omnibusque eis pertinentibus. Coherente sivi insimul a parte horientis via publica et a parte septentrionis terra heredes q. d. gregorii spatharii et de aliis hominibus seu et via publica et a parte hoccidentis terra ecclesie sancti Canioni de memorato loco et a parte meridiana terra heredes arni de locu qui vocatur russsicium. Insuper dedimus et impresenti apud vos remisimus et alias undecim chartulas que nos habuimus continentes memoratas fundoras de terris de memorato loco casolla balentiana que inferius nominatibe dicimus. Ut hab hodierna die et semper memorata integra terra cum ipsum intersicum que vocatur atetitianum sita ad atelle qualiter memoratas coherentias circundant : seu et memoratas omnes fundoras et terris quantas et quales memorato q. d. petro habuit in memorato loco casolla balentiana una cum omnibus eis pertinentibus in vestra posterasque vestras et de memorato sancto vestro monasterio sint potestate quicquid exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestate et neque a nobis memorato gregorio et maria que supra nomen dilecta iugales neque a nostris heredibus nullo tempore nunquam vos memorata d. maria venerabilis abbatissa aut posteras vestras nec memorato sancto vestro monasterio quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus et si quavis personas vos aut posteras vestras vel memorato vestro monasterio exinde quesierit per nos aut per memorata socera et genitrice nostra vel per nostris et suis heredibus tunc nos et heredes nostris vobis posterasque vestras et ad memorato vestro monasterio exinde desuper tollere debeamus absque omni vestra damnietatem eo quod ut superius diximus vos nobis exinde in presenti dedistis in conbenientia ipsos quindecim solidos de tari ana quatuor tari per solidum in omnem decisione seu deliberationem: memorate vero chartule continentes memoratas fundoras et terris de memorato loco casolla balentiana sunt nominatibe: prima chartula exemplarie et concessionis facta a q. venerabili recordationis domini iohanni eminentissimi consuli et duci pro vice sua et pro vice domini marini duci filii sui qui hic absens erat (1) ad nomine domini marini nepoti suo filio q. d. sergii prefecti cognati sui et ad d. sergio filio q. d. gregorii Cognatis. secunda vero chartula conbenientie divisionis quomodo memorato d. sergio filio memorati q. d. gregorii divisi cum q. d. maria nepote sua filia q. d. Stephani cognati sui coniux memorati q. d. Petri fundoras et terras quantas et quales habuerunt in cunta massa balentiana quas continet memorata concessione : tertia vero chartula donationis quam memorato d. marino filio memorati d. sergii prefecti fecti

(1) Iohannes III. scil. et Marinus II. (a. 928.969). V. t. I, p. 111-117.

Basilio et Constantino impp. a. 1015.

ad memorata q. d. maria nepote sua coniux memorati q. d. petri de medietate de sex uncis suis de ipsos omnes fundoras de terras que continet memorata concessione; quarta chartula securitatis que fecit maria h. f. filia q. d. gregorii relicta autem q. d. lamberti langobardi ad nomine memorati q. d. petri: quinta vero chartula comparationis memorati q. d. petri que ad eum fecit Iuliano et anna germani filii d. Iohanni turbi qui fuit de casa o cupa et ipsis comanentes in memorato loco casolla de integrum fundum posito in memorato loco casolla et de quatuor petias de terras ex ipso fundo pertinentes: sexta vero chartula comparationis memorati Iuliani et maria iugales que ad eis fecit eupraxia h. f. filia q. d. leoni una cum consensum et voluntate d. Stephani viri sui de ipsum fundum et de alias terras quas ipsa chartula continet: septima chartula securitatis quam fecit iohanne filio q. Iohannipetri de memorato loco casolla ad nomine memorati q. d. petri de una petia de fundum posito in memorato loco: octaba namque chartula combeniencie divisionis quomodo memorata d. maria religiosa femina filia memorati q. d. gregorii monachi relicta memorati d. lamberti langobardi quomodo divisit cum memorato d. petro nepoti suo quomodo diviserunt inter se quatuor petias de terras in memorato loco casolla. nona vero chartula quam fecit Leo filio q. d. iohanni qui supra nomen sparani ad nomine memorati q. d. petri. decima autem chartula promissionis quomodo memorato d. petro dedit in colligio ad laborandum ad iubino fllio q. sparani de memorato loco casolla integra una petia de terra sua posita ad argentanum quod est in memorato loco. undecima chartula quomodo memorata socera et genitrice nostra dedit ad lavorandum ad Iohanne filio simeoni de acerre integras duas petias de terras sita intus laneum. Iterum dedimus vobis... ria de una chartula donationis quam apud nos habemus pro alium que continet quas fecit memorata d. maria h. f. filia memorati d. Stephani ad nomine memorati q. d. petri viri sui. Quia ita nobis complacuit si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam ut super legitur venire presunserimus et in aliquit offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas tunc componimus vobis posterasque vestras auri solidos quinquaginta bytianteos et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum: scripta per manus Iohannis Curialis et scriniarii scribere rogavi per indictione memorata tertiadecima † hoc signum manus memorate marie que supra nomen dilecta quod ego qui memoratos ab ea rogatus pro ea subscripsi † Ego Gregorius subscripsi † Ego mastalus ductoris primarii testis subscripsi † Ego sergius curialis testis subscripsi † Ego gregorius filius d. petri testi subscripsi † Ego Iohannes Curialis et scriniarius complevi et absolvi per indictione memorata tertiadecima.—Ex membrana originali in bibliotheca *Societatis Historicae Neapolitanae* adservata.

(1015) **356.** Die 3 m. decembrii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 56, sed et Constantino frater eius m. i. an. 53. Iohannes gratia Dei archiepiscopus S. Sedis neapolitane ecclesie pro vice de memorata ecclesia et pro vice de monasterio ipsius S. Neapolitane ecclesie vocabulo S. Marie qui nominatur de illa Turre, sita in Monte Besubeo definit cum Pancratio umili igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii de intentione, quam inter eos abuerant, propter montem cum terris arbustatis et camporis positis in loco qui vocatur Nonnaria in eodem monte Besubeo una cum arboribus, cum balles et coniolas suas et scapulis et ripis seu ribis *etc.* coherente sivi a prima parte fine ribo qui nominatur de Iohanne, quomodo aqua exfinad et quomodo salit in sursum directum per ipsum ribum usque ad illa via publica,

que nominatur trasenda de arinianum, et da inde quomodo salit per illum lavinarium et da ipsum lavinarium badit et revolvit per terra de illi de Tribunum Marinum et da inde quomodo salit per terra de monasterio S. Salvatoris eiusdem archiepiscopi sito in eodem monte Besubeo, que est coniuncta cum terra monasterii S. Sebastiani, et da inde quomodo salit in sursum et revolbit per terram unde intentionem ipse archiepiscopus abebat cum illi Lellalella et cum consortibus eorum, et iusta intersicum qui est coniolus monasterii S. Sebastiani, et quomodo vudit in caput de rivo qui nominatur mandra gentiula, et a foris ipso ribo sunt coniolas memorati monasterii S. Salvatoris da secunda; vero parte est monte et silbis memorate S. Neapol. ecclesie, incipiente de ipso ribo mandra gentiula et quomodo salit et revolvit da illum iectum et da ipsum iectum badit in primo termine non longe da illa cerqua que dicitur plumbata et per trabersum in secundo tertio et quarto termine, que fiximus iusta via que pergit a memorato monasterio S. Salvatoris; a tertia vero parte incipiente da ipso quarto termine qualiter descendit per ipsa via in caput de ribo qui nominatur de illa sancta et a foris eadem via est scapula et silba de monasterio S. Archangeli situm in eodem monte Besubeo, et a foris eadem scapula et silba est silba et monte memorate S. Neap. ecclesie et da capite de ipso ribo da illa sancta quomodo descendit in eo finiendo per ipsum ribum: a quarta vero parte in pede de ipso monte sunt terre eiusdem monasterii S. Sebastiani, set intus hec fines sunt vie que pergunt ad memorata monasteria et ad alia monasteria eiusdem archiepiscopi et at memoratum monte et silbe. Unde dicebat pars archiepiscopi quia de memoratum monte et de memoratis terris qualiter superius legitur ex parte exinde est de dicta Neapolitana ecclesia et ex parte de dicto monasterio S. Marie que nominatur at illa Turre. Pars autem monasterii Ss. Sergii et Bachi replicabat dicens: Absit ut sint ita, set dicebat ud ipsa S. Neap. ecclesia aud memorato monasterio S. Marie nullam ibidem dominationem abuisset nec aberet per 40 annos, set proprius fuisset et est de memorato monasterio S. Sebastiani. Unde multam altercationem inter eos abuerunt, nunc autem perrexerunt ambe partes ibi supra cum iudices publicos, et dum taliter ante eos altercassent iudicatum est ut si aberent chartulas illas ostenderent ante eos inter partes. Et quia pars monasterii ostendit chartulas membranas et de tumbos qui illos continent et ille relegere fecerunt et ostendit homines qui certificaverunt quomodo memoratum monte et memorate terre qualiter per memoratos fines exegregatum est et superius legitur, fuissent et essent abhinc per 40 annos de memorato monasterio S. Sebastiani; etiam et ipsi iudices ipsas cartulas et ipsa testimonia audientes iudicaverunt exinde hoc iudicium ud ygumenus iurare faceret octo personas de memoratis omminibus et dicere per ipsa sacramenta ut memoratum monte et memorata terra cum omnibus pertinentiis proprius fuisset et est de memorato monasterio S. Sebastiani et S. Neap. ecclesia et memoratum monastèrium S. Marie nullam ibidem dominationem abuisset per legem hecce per 40 annos et insuper una persona eiusdem monasterii S. Sebastiani iuraret et diceret per sacramentum similiter et ut quantum illud memorati homines affirmaverant taliter fuisset et pars au-

tem archiepiscopi poneret exinde monasterio S. Sebastiani securitatem. Et quia in presenti ipse archiepiscopus accepit memorata sacramenta , definivit exinde in omnibus et facit exinde chartulam securitatis; tantummodo ipse vie ut super legitur pars monasterii contrare non debeat, set exere debant sicut de antea fuerunt quia ita iudicatum fuit ; pena statuta in auri libras duas byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Iohannes archiepiscopus subscripsit. Testes : Leo filius d. Iohannis , Sergius filius d. Iohannis et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 327). R. N. A. M. t. IV,p. 75.

(1016) **357**. Die 2 m. ianuarii ind. XIIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 50, sed et Constantino frater eius m. i. an. 53. Petrus umilis presbiter filio q. Iohanni qui nominatur Pappasalvanum promittit d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integras sex uncias de integra portione, que fuit q. Iohanni presbyteri qui nominabatur Pappasalbanum abii sui, de integra ecclesia vocabulo S. Iulianes sita at porta S. Ianuarii una cum integras sexuncias monasterii ex ipsa portione que fuit q. Iohanni presbyteri de omnibus rebus et cum integra portione eiusdem monasterii de horto ante eandem ecclesiam qui est intus curte commune et cum portione de egripum et de horreum super se et cum aeribus et adspectibus suis, ubi domino Deo atiubante ipse igumenus ipsum Petrum custodem ordinaverat omnibus diebus vite sue. In eo enim tenore *etc.* et in sua sit potestate tenendi lavorandi at lavorandum dandi absque scriptis, fruendi et commedendi *etc.* et pro alimoniis suis omnes hereditates *etc.* et ortum et memorata portione de gripta et de orreum et de pischina *etc.* Insuper promittit omni anno dare oblates paria trea, unum in nativitate Domini, alium in resurrectione , et alium in festivitate dicte ecclesie et ipse igumenus non abeat licentiam *etc.* pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium; et oc memorati sunt ud ipse Petrus at suum obitum relinquere debeat in dicta ecclesia una planetam lineam cum orario suo et calicem sanctum de stagno cum patina sua. Petrus presbyter subscripsit. Testes: Stefanus scriniarius, Gregorius filius d. Mastali et Gregorius scriniarius. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 901). R. N. A. M. t. IV, p. 79.

(1016) **358**. Die 6 m. ianuarii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 56, sed et Constantino frater eius m. i. an. 53. Stephano , qui nominatur Levorano qui fuit atfiliato q. Donati , abitator in loco qui vocatur Arinianum foris flubeum , promittit d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergi et Bacchi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integra una clūsuria de terra posita in memorato loco una cum arvoribus *etc.* coherente sivi ab uno latere ribo qui nominatur. . . exfinat et a foris ipso ribo est terra memorati monasterii . . . . stephano nepoti suo et de alio latere est terra monasteri S. Salvatoris de monte Besubeo seum et terra eiusdem monasterii Ss. Sergii et Bachi quam tenet memorato Andreas, de uno capite est scapula et ribus et de alio capite via publica unde ibidem introitum abere debet et in aliquantulum foris ipsa via coheret terra memorata. . . primicerio qui nominatur Milluso; quam

clusuriam ipse igumenus eidem et suis heredibus dederat at lavorandum. In eo enim tenore *etc.* et bites el olibes omni anno ponere et plantare debeat sicut iustum fuerit, et de subtus quodcumque seminatum fuerit in suam potestatem habere ; desuper vero vinum mustum et saccapanna dividere per medietatem *etc.* et in vindemmia unam personam monasterii nutrire *etc.* Insuper promittit ipsam medietatem monasterii trahere ad suum expendium ad illam obedientiam S. Basilii de Nonnaria, et de ipso oliveto illos colligere et trahere ad memoratam obedientiam et macenare cum suis hominibus in ille oliare monasterii et ipsa pargiaturia de ipsum oleare de communi dare et duas personas monasterii nutrire dum ipsas olivas macinaverit et quantum oleum Deus dederit dividere per medietatem et si ipse oliare dirrubte fuerint tunc portare debeant at macenare ad alio oliare et ipsa macenaturia dare debeant de communi. Etiam si ipse Stephanus ibidem habitare voluerit, et piscina aut furnum facere licentiam habeat..... (*Cetera desunt*). — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 467). R. N. A. M. t. IV, p. 81.

359. Die 15 m. ianuarii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 56, sed et Constantino frater eius m. i. an. 53. Pancratius ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii offert et tradit Stephano primicerio et Petro secundicerio seum Stephano presbytero stauritas et Stephano de Caroppi et Gregorio germanis stauritas seum Stephano de Marino, et Petro de illum Monacum et Gregorio Pappadeum et Leoni qui nominatur Pipa et Stephano Syrrentino, quamque Iohanne qui nominatur Borone, et Vono qui nominatur de Iaco... seum Stephano qui nominatur Trappalia iterum stauritis: hoc est primicerio, secundicerio et stauritis ecclesie S. Stephani ad Actone, idest integra una clusuricella de terra que nominatur biniola posita at memoratam ecclesiam S. Stephani una cum arvoribus *etc.* coherente sivi a prima parte terra memorate staurite, de secunda parte terra monasterii S. Marie que nominatur at illa Turre, a tertia vero parte terra heredum q. Iohanni presbyteri qui nominatur Marciano et ex alia parte terra eiusdem ecclesie S. Stephani que est in potestate sacerdotum qui ibidem officiaverint. De qua nihil *etc.* tantummodo si quolibet tempore ipsa staurita dirrubta fuerit, clarafacta veritate, tunc memorata clusuricella revertatur in ipso monasterio sine omni minuitate. Insuper promittit ipse ygumenus memorato primicerio et secundicerio et stauritis et per eos repromittit a quidem Sparano primicerio qui nominatur Milluso et Stephano qui nominatur Levorano et Cesario filio Donati seu Andree filio Petri et Donato filio q. Cesarii, et Petro qui nominatur Rappulo: abitatoribus de loco qui vocatur Arinianum, ut ipsi toti nominatibi et homines de casis eorum abeant largitatem cum peculias suas maioris et minoris in illa silba, quam monasterium abebat in Monte Besubeo, sicuti continet chartula securitatis que intus monasterio abere videntur, lignas da focum taliare et de castaneas et de insertas et de cerquas et de illa escas, et nullum lignum qui prodem habuerint inde taliare non debeant; etiam et de ipsa silva, ubi ipse igumenus largietate dedit, per fines exegregavit, hoc est da illa cruce et da inde quomodo vadit per illa via qui salit in caput de loco qui nominatur at illum (1016)

scannum, et de alia parte quomodo salit illa via qui pergit ad monasterium S. Salvatoris de eodem monte Vesubeo usque at illum terminum marmoreum qui est fictus iusta memorata via et in reliquum alium nullam dominationem abeant et quandoque ibi escas habuerint et in monasterio et hominibus suis non necessaberint tunc monasterium ipsis vendere debeat sicut exinde invenerit da duas seum tertia et quarta personas; verumtamen stetit ut si lignum de prodem taliare voluerint abeant commiatum ygumeni vel de posteris eius. Pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. πὰνκρατισσ ἰγόυμερος ὑπέγρ. i. e. *Pancratius igumenus subscripsi.* λαυρεντιος ἁμαρτωλος πρεσυυ'. ιδιοχειρσσ μαρτυρ υπεγραψα. i. e. *Laurentius peccator presbyter propria manu testis subscr.* πετρος πρεσυυ'. ΜοΝα. υπ. ιδιοχ. i. e. *Petrus presbyter monachus subsc. pr. manu.* ιω αμαρτωλος κλιρικος υπ. ιδιοχ i. e. *Ioannes peccator clericus subsc. pr. man.* Testes: Gregorius scriniarius, Gregorius filius d. Mastali et Stefanus scriniarius. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1184). Pergam. dei monast. soppr. t. VI; R. N. A. M. t. IV, p. 83.

(1016) **360.** Die 16 m. ianuarii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 56, sed et Constantino fratre eius m. i. an. 53. Maria filia q. Sparani Sasso, coniux posterior Iohannis Iaquinti vendidit et tradidit Leoni Coppula petiam de terra suam, que vocatur terra mammuli, posita in loco, qui nominatur Aequariola de illo monasterio quod est in Mammulito cum arboribus et introitu, et omnibus sibi pertinentibus et hos habet fines: ab uno latere est terra domini Stephano filii q. d. Iohannis de Corbo et habet ab inde de longitudine passus 50 et de alio latere est terra ecclesie Ss. Rufi et Carponi, et habet inde de longitudine passus 47; de uno capite terra que fuit Stephani Nelletu et habet inde de latitudine passus 17 et de alio capite terra dicti Leonis et habet inde de latitudine passus 17. Et est signatum tali signo LXXXIII. — *Summar. instrum. S. Sebast.* f. 86.

(1016) **361.** Die 5 m. februarii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 56, sed et Constantino frater eius m. i. an. 53. Leo qui nominatur Scafato et filii habitatores loci, qui vocatur Casaurea, vendunt et tradunt Sillicto habitatori dicti loci Casaurea petiam terre que vocatur ad S. Iulianessam, que coheret cum terra Adalgisi et Gregorii filiorum Iohannis de dicto loco, cum terra Stephani et cum terra dicti Sillicti. Pro pretio auri tari 24 et pena controventionis statuta est in auri sol. 12 byth. Actum per Iohannem Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 533.

(1016) **362.** Die 9 m. februarii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 56, sed et Constantino frater eius m. i. an. 53. Cesario, qui nominatur Piscopo filius q. Donati abitator in loco qui nominatur Arinianum foris flubeum, territorio plagiense, promittit d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integrum unum cuniolum de terra exaudum seum et una petia de terra iuris memorati monasterii insimul posita in illum monte, qui est in monte besubeo, cum ille scapule ex ipso coniolo qui sunt de anba la-

tera, quomodo descendit in solarias ipsius monasterii et ille scapule qui sunt de anba capita ex ipsum cuniolum ipse igumenus in sua reservavit potestate, et ipsa petia abet fines de una parte ribo qui nominatur de Iohanne, de alia parte terra monasterii, ubi est insertitum quem igumenus in sua reservavit potestate et de uno capite est castanietum eiusdem monasterii una cum arboribus *etc.* pertinente ad memoratum monasterium per chartulam securitatis, que apud se monasterium abet: quas vero cuniolum et petia de terra ipse igumenus dedit eidem Cesario ad lavorandum. In eo tenore ut in sua sit potestate eos tenendi, lavorandi et scoropandi et in ipso coniolo et in ipsa petia castanietum et insertetum seum arbustum facere et seminare et conciaturias facere et ipsum seminatum recolligere. Tantummodo de ipsa petia de terra exinde terraticum dare debeat de que ibidem bernoticum seminaverit, sicuti ipsum monasterium de aliis hominibus tullerit et castaneas et insertas dividere per medietatem absque omni fraude, et medietatem monasterii adducere intus illa obedientia S. Basilii de Nonnaria; insuper vinum mundum et saccapannas item dividere debeat per medietatem et per vindemias unam personam monasterii nutrire, et quando ibidem escas abuerit ipse igumenus licentiam habeat in ipsas escas porcis ponere absque damnietate de ipsum insertetum et castanietum; ipsum vero coniolum et petiam de terra ipse igumenus eidem Cesario bene lavoranti et omnia adimplenti tollere non possit; ipse Cesarius contra si illas abrenuntiare voluerit cum omni sua remelioratione licentiam abeat; pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus memorato Cesario. Testes: ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ i. e. *Petrus filius d. Leoni*, Iohannes filius d. Sergii et Gregorius scriniarius.— (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 323) R. N. A. M. t. IV, p. 86.

363 Die 23 m. februarii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 56, (1016) sed et Constantino frater eius m. i. an. 53. Sparanus primicerius, qui nominatur Milluso, filius q. Leoni, et Petrus, qui nominatur Roppulo, filius q. Voni, abitatores in loco qui nominatur Arinianum foris flubeum, territorio plagiense, promittunt d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter castanietum qui monasterium abet in monte suo qui est in monte Besubeo cum scapules sues et cum introitum suum, sicut per fines exegregavit, hoc est de fine de rium qui nominatur de Iohanne et quomodo vadit per ipso ribo usque in caput de mandra gentiula et usque at illum termine marmoreum in illa cerqua que nominatur plumbatum, et da illa usque ad illam crucem et da ipsa cruce usque ad memoratum ribum de Iohanne et usque at illa trasenda que nominatur de Arinianum, excepto illo coniolo et alia una petia, que per chartula datum abebat at Cesarium qui nominatur Piscopo: quas vero castanietum dedit sibi suisque heredibus ad lavorandum. In eo tenore *etc.* et quantas castaneas et insertas dividere per medietatem *etc.* *ut in supra proximo instr.* Verumtamen cerquas que ibidem sunt ipse igumenus in sua reservavit potestate et quando escas *etc.* *ut supra* et amodo et usque ad septem annos expletos dare de ipsis castaneis modia quinque et da ipsis septem annis in supra ipsa

quinque modia moriantur et dividatur sicut superius legitur. Si vero quis ex ipsis Sparano et Petro aut de eorum heredibus illos lavorare non voluerit unus alterius succedat et quando abrenuntiare voluerint licentiam *etc.*pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus memoratas personas. Testes: ΠΕΤΡΟΥС ΦΙΛΙΟΥС $\overline{ΔΝ}$ ΛΕΟΝΙ i. e. *Petrus filius d. Leoni*, Iohannes et Gregorius scriniarii.— (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 326) R. N. A. M. t. IV. p. 89.

(1016) **364**. Die 6 m. martii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 56, sed et Constantino m. i. frater eius an. 53. Maria humilis abbatissa monasterii et cenobii b. Gregorii et Sebastiani atque Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni, puellarum Dei promittit Iohanni et Otho germanis filiis Cesarei de Arcora, et Palumbo filio Bonipetri, qui fuit de Salbati, et Petro filio Mundi qui fuit iterum de Salbati, et Petro filio Iohannis de Simeone et Iohanni, qui nominatur Cathepano, filio Ursi monachi, pro eis et pro Stefano et Petro germanis filius Benedicti clerici, habitatoribus predicti loci Arcora dudum aqueductus, propter duos campos de terra positos in dicto loco; vid. unus coheret cum via publica Nolana et cum terra predicte ecclesie, cum terra ecclesie S. Petri ad Cancellata, et ab uno capite sunt ipsa arcora; alius vero campus coheret cum padule eiusdem monasterii et cum terra predicti monasterii, quam detinet Sergius de Agellu, cum terra Marie relicte Iohannis tabularii Lazari et terra de illi Campanella; quos campos dicta abbatissa dedit eis ad pensionem; propterea ipsi se obligant dare carrum unum de palea singulis annis et vinum dividere, cuius medietas spectat dicto monasterio; promittunt etiam solvere terraticum de quolibet seminatu et omnes fructus dividere. Item predicta abbatissa permittit eis ire ad audiendum officium in dicta ecclesia S. Petri ad Cancellata iuris dicti monasterii, et si ibi facere voluerint plebem et stauritam, eis licentiam concedit. Actum per Iohannem Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 347.

(1016) **365**. Die 3 m. iunii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 56, sed et Constantino eius frater m. i. an. 53. Mirandus presbiter custos ecclesie S. Renati Christi confessoris site vero a patricciana pro vice sua et Maraldelli filii sui dat et concedit Andree filio q. Leonis qui nominatur de Prozzo, habitatori in Cisana, integram terram ad lavorandum, que nominatur a casanova iuris predicte ecclesie iuxta terras d. Sergii Cosula, terram de illi Mircini, Leonis Primicerii thii dicti Andree, terram Gizzi qui nominatur de Aldone cum onere ei prestandi annua tritici modia duo et medietatem vini et vindemiare debet in octava die S. Marie de septembri et ibi etiam Petrus filius dicti Mirandi. Actum per manus Iohannis Curialis et in subscriptionibus adest predictus Mirandus presbiter et testes sunt Iohannes, Leo et Stephanus Curiales.—(*Notam.instr.S.Marcellini*,p.202).

366. Die 19 m. iulii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 56, sed et Constantino m. i. eius fratre an. 53. Leo et Iohaanes filii q. Iohannis, qui cognominabatur Barbarasa et q. Theodonande iugalium cum consensu Anne, abie eorum et per absolutionem gloriose potestatis d. Sergii et d. Iohannis Domini gratia gloriosorum Consulum

et Ducum et una secum habendo abocatore quidem d. Iohannem filium q. b. m. d. Lamberti Langobardi, postmodum vero monachi, quem ipsi gloriosi Consules et Duces eis abocatorem dederunt pro eorum parvulitate vendunt et tradunt d. Theodosio filio q. d. Leonis, postmodum vero monachi, integras sex uncias de gripta subtus domum monasterii Ss. Marcellini et Petri intus civitatem Neapolis siti ad patricciana, regione Portenobensis, cum actione in gradis marmoreis; que gripta fuit empta a dicto Iohanne patre dictorum venditorum, cui fuit vendita per q. Sergium genitorem dicti Theodosii, abium prefatorum venditorum et per monasterium Ss. Dimitrii atque Benedicti, sive per d. Gregorium abbatem dicti monasterii, nam alie portiones dicte gripte possidentur per dictum Basilium iuxta aliam griptam que fuit de illo Tibicia et domum quam emit q. Samuel Ebreus; et hoc pro pretio auri tari 10. Actum per manus Gregorii Curialis et testes sunt Iohannes filius d. Stephani, Gregorius filius d. Petri et Leo filius d. Iohannis. — *Notam. instrum. S. Marcellini*, p. 198.

367. Die 20 m. augusti ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 56, sed et Constantino frater eius m. i. an. 53. Andrea, filio q. Gregorii de Rosa, et Stephano, filio q. Stephani de Pascam, abitatores in loco qui nominatur Tertium, promittunt d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integrum molinum cum clusuria de terra, ubi est positum, in memorato loco Tertium cum ferroras et moles suas et omnias alias armaturias suas, quas ei dedit at detinendum amodo et usque in 4 annis expletis, in eo tenore ut in sua suorumque heredum sit potestate tenendi et fossatas de ipsum molinum mondandi, quomodo meruerit, et in eodem molino macinandi et omnes frugias super se tollere; etiam et memoratam clusuriam de terra lavorare, cancuminas et vites omni annue, ubi necessum fuerit, plantare et ornas ibidem facere et abere debeant et per giro in giro claudere et at cancellum illam adducere ad omne eorum expendio, et de eo quod ibi Deus dederit subtus et super sic faciant, quomodo fecerit totus ipse locus cum portionariis suis; et armaturias de ipso molino conciare, exceptis molis, quas si rerumperis, ambe partes de communale ponere debeant. Insuper promittunt homni annue dare et atducere per festivitate S. Marie de augusto mense triticum bonum siccum modia 27. ad modium iustum et in festivitate S. Sebastiani modia duo de pane bono mundo, et per iovidie sanctum similiter alium modium de pane tractum intus memoratum monasterium nec non per omnem mensem macenare promittunt gratis modias 5 de tritico monasterii. Ipsos vero non adimplentes omnia predicta igumenus et posteri eius abeant licentiam atprendere in omni eorum hereditate seu substantiis de intus et foris; et personibus eorum usque ad propriam iustitiam. Memoratis vero 4 annis expletis, si ipsi in antea illut tenere voluerint, licentiam abeant in alium ordinem, sicut exinde invenerint da duas et tertias personas et si noluerint in ipsum ordinem atprehendere ipsum molinum cum omnibus monasterio atsignare debeant; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus memorato Andrea et Stephano. Testes: Gregorius (1016)

Basilio et Constantino impp. a. 1016.

Petrus filius d. Gregorii, et Stefanus scriniarius.—(*Notam. instr. S. Sebast.* n. 884) R. N. A. M. t. IV. p. 91.

(1016) **368.** Diei 21 m. septembrii ind. XV. Neapoli. Imperante. d. Basilio m. i. an. 57, sed et Constantino frater eius m. i. an. 54. Stephnus presbyter S.Neap. ecclesie, filius q. Donadei ipsius S. Neap. ecclesie pro vice sua et pro vice q. Leoni nepoti sui, qui nominatur Catontium ipsius S. Neap. ecclesie, filii q. Petri exadelfi eiusdem Stephani, abitatores in loco qui vocatur Lanceasinum (1) promittit d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter inclitum censum, quem omni annue ipse et Leone nepote suo cum aliis parentibus et consortibus eorum dare soliti fuerunt in memorato monasterio per plurimos annos et ipsum censum in eodem monasterio hobbenit seu cecidit per legatione dispositi q. d. Marini filii q. Iohannis magnifici et q. d. Anne iugalium, quod est nominatibum omni annue triticum modia 10 et auri tari duos et unum miliaccium et quarta de agnum, unde ipse et memorato nepoti suo dare debent medietatem, etiam et parentes et consortes eorum aliam medietatem. Unde per hanc chartulam ipse Stephanus repromittit et firmat dare per festivitatem S. Marie de augusto mense pro ipsa medietate idest triticum bonum siccum modia quinque ad modium iustum de comedendo et per festivitatem S. Sebastiani auri tare bonum et medietatem miliaccii et per sanctum pasca medietatem de ipsa quarta da agno, reliquam aliam medietatem eiusdem census dare debent ipsi parentes et consortes eorum, quod sunt nominatibi in primis Gregorio qui nominatur Trinca filio q. Iohannis Trinca, et Palumbo Trinca filio Petri Trinca, exadelphi germani, et Vono qui nominatur Moraci filio q. Sergi da Fermoso, et Cesario filio q. Petri de Palumbo seum Iohanne filio Petri de Vona, quamque Urso filio q. Iohanni de Fermoso, insimul ommines ipsius S. Neap. ecclesie abitatores de memorato loco Lanceasinum; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Stefanus presbyter subscripsit. Testes: Petrus filius d. Cesarii Petrus primarius, et Iohannes Curialis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1054) R. N. A. M. t. IV. p. 94.

(1016) **369.** In nomine *etc.* Imperante d. n. Basilio m. i. an. 57, sed et Constantino m. i. frate eius an. 54 die 22 m. septembris ind. XV. Neapoli. Certum est me Aloara h. f. filio q. d. Adenolfi a parte langobardorum, relicta Theodori comitis qui fuit filius d. Iohannis de dno Aligerno pref. a presenti die promptissima voluntate pro dei ammore et salvationis anime mee et pro animabus genitricis meis offero et trado vobis dn. Stephano ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii ubi *etc.* et ad cuncta ven. congregatione monachorum vestri monasterii et per vos in altare meum quem feci ad honorem beatissimi Nicolai Christi confessoris intus subscripto sancto et venerabili vestro monasterio. Idest

(1) Locus iste, qui deinceps *villa Lanceasini* vel *Lanzasini* dicebatur, olim extitit prope *Arzano*, agri Neapolitani pagum ex ipsis Lanceasini ruinis adauctum. In inventario enim bonorum infirmarii monasterii S. Gregorii maioris de Neapoli memoratur terra *in loco Arzani, ubi dicitur Lanzasino*.. (*Notam. instrum. S. Gregorii* n. 441). Ita etiam legitur in instr. a. 1513 ap. Chiarito, *O. c.* p. 161. Villam vero ipsam cum hominibus, iuribus et pertinentiis suis diu habuit et possedit Neapolitana ecclesia (Cf. CHIOCCARELLI, *Antist. Neapol. Catal.* p. 263) ut ex superius relato instrum. liquet, et ex alio etiam sequioris aevi, quod quia plura ad rem Neapolitanam scitu utilia continet, in t. I, p. 204 breviatum dedi.

integrum campum meum, quod nominatur ad canne, positum vero in loco qui nominatur Gualdo una cum arboribus *etc.* coherente sibi ab uno latere et de uno capite terra heredes q. d. Marini de Sirrento et ex alio latere terra Iohannis Rumbi et de alio capite terra Cesarii Munduli. De qua nihil *etc.* set a nunc et deinceps *etc.* et neque *etc.* Si autem quotiescumque tempore *etc.* tunc ille *etc.* anathematis vinculis a 318 patrum *etc.* etiam sit exinde tibi redditurus o beatissime Nicolae *etc.* insuper componat *etc.* auri libras 4 bisantias *etc.* Scripta per manus Iohannis Curialis et scriniarii *etc.* Hoc signum manus suprascripte alloare *etc.* Ego Sergius filius dn. Stephani *etc.* testis subscripsi. Ego sergius filius dn. Lunirisi *etc.* Ego Marinus filius d. Sergii *etc.* Ego Iohannes Curialis et scriniarius complevi et absolvi per subscripta ind. quintadecima.—Ex *Protoc. del monast. di S. Severino* (olim arca 36, n. 1) fol. 55, formulis omissis.

370. Die 2 m. novembrii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 57. (1016) sed et Constantino frater eius m. i. an. 54. Grimoaldo filio q. Martini, abitator in loco qui vocatur Narrectianum, territorio liburiano, promittit d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integram clusuriam de terra, que nominatur ad martiullum qui et campo de piro dicitur, positam in memorato loco una cum arboribus *etc.*; qui et coheret da una parte terra heredum d. Aligerni Guindactii et ab alia parte terra de fundati de vibanum, de alia parte terra d. Sergii et d. Gregorii Ipati et ab alia parte terra heredum d. Ceta domini summa et illi de commite Maurone et ex omni parte sepis et fossatus exfinat; quam clusuriam ipse igumenus dederat eidem Grimoaldo suisque heredibus at responsaticum et detinendum. In eo tenore *etc.* tantummodo omni annuo per festivitatem S. Marie de augusto mense dare responsaticum tritici modia 20 ad modium iustum de comedendo et unum parium de pulli matrici. Insuper et igumenus et posteri eius licentiam habeant in casa eiusdem scaballicare per omni annuo et ipse Grimoaldus manducare et bibere dare debeat usque ad quinque personas et nec ipse nec heredes eius licentiam abeant illam cedere *etc.* et quando abrenuntiare voluerint illam bonam arbustatam et vitatam potestatem abeant; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus Grimoaldo. Testes: Gregorius filius d. Sergii, Gregorius scriniarius et ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ i. e. *Petrus filius d. Leoni.* (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 863) R. N. A. M. t. IV. p. 96.

371. Die 6 m. nobembrii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 57, (1016) sed et Constantino frater eius m. i. an. 54. Visus itaque fuerunt Maru et Gregorius seu Theodonanda quamque Drosu, filies et filio q. Sergii Ferrarii de Davete et q. Pitru iugalium et ipsa Maru conius quidem Iohanni et ipsa Theodonanda coniux Gregorii Erarii filio Simeoni Erarii et ipsa Drosu conius Petri qui nominatur Gucto, hoc est cognati, querere d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergi et Bachi qui *etc.* et cunctam congregatione monachorum eiusdem monasterii et Stephano presbytero S. Neap. ecclesie filio q. Donadei, abitatorem in loco qui nominatur Lanceasinum, de una petia de terra, que nominatur fracta maiore posita in memorato loco una cum arboribus *etc.* coherente sivi ab uno latere terra de illi Ciminula, unde responsaticum exiet igumeno et

Basilio et Constantino impp. a. 1017.

consortibus eiusdem, et de alio latere terra quam tenet Leo filius q. Iohannis Cotontium de memorato loco ipsius S. Neap. ecclesie, unde iterum responsaticum exiet eisdem, de uno capite via pubblica et de alio capite terra heredum Petri de Bona de memorato loco ipsius S. Neap. ecclesie; unde similiter responsaticum eisdem exiet; reclamando et dicendo pars dictorum germanorum atversus ipsum igumenum et Stephanum quia memorata terra ipsorum esset et ipsis pertineret per memoratos iugales genitores eorum et at eis pertinuit per comparatum per iudicatum recetatibum quod apud ipsos habebant; pars autem monasterii et Stephani replicabat dicens: ud memorata terra pertineret de ille terre de memorato loco Lanceasinum, unde memorato monasterio responsaticum omni anno tollere solitus erat et ipsis cecidit per legationem dispositi q. d. Marini de Turre filio q. d. Iohanni magnifici, quem ipsum dispositum apud eos abebant. Unde multam altercationem exinde abuerunt, nunc autem perrexerunt ambe partes in publicum ante iudices et ibidem ostenderunt memoratum iudicatum et dispositum cum alie chartule et ante eis illas relegere fecerunt, et dum ipse relecte fuissent venit memoratus Stephanus presbyter, qui ipsam terram tenuit et dominavit et ipsum responsaticum persolvit cum parentibus suis et testificavit cum aliis omminibus de memorato loco Lanceasinum quomodo memoratam terram usque modo tenuisset. Iterum et Gregorius et germane eius ibidem ante eosdem iudices ostenderunt alios ommines de ista civitate qui eos ibidem adiuvaverant ad vindemiandum et ceciderunt ipsa testimonia eorum. Et dum taliter altercassent iudicatum est inter eos ut iuraret uno manipulo ipsius monasterii et diceret memoratam terram qualiter superius legitur de ille terre esse unde ipsum responsaticum exibit et ipsum Gregorium et germanus eius nullam dominationem ibidem abuisse, monasterio schiente, et ipse Gregorius et germane eius ponerent monasterio securitatem et caubratum ponerent eidem dictum iudicatum. Deinde Deo auxiliante per colloquia vonorum ominum ambe partes venerunt in vonam convenientiam absque omni sacramento et diviserunt memoratam terram inter eas in tertia parte in longum divisum. Unde tetigit in memorato monasterio exinde parti due, et ipsas memoratas germanas et germano parte una quod est tertia, et coheret sivi integre due parti ab uno latere terra de Ciminula unde iterum responsaticum exiet eidem monasterio et consortibus, et de alio latere ipsa tertia de memoratis germanis, de uno capite via publica et de alio capite terra heredum Petri de Vona unde similiter responsaticum exiet dicto monasterio et consortibus suis; etiam et memorata tertia, que ipsos germanos tetigit, abet da parte de ipse due petie de longitudine passi 90 et in alio latere a parte de terra memorati Leoni Citontium passi 92 et in uno capite a parte de via publica de latitudine passi 12 et due parti de passum, et in alio capite da parte terra heredum Petri de Vona passi 12 et pedum unum, et in media loca habet de latitudine passi 12 et palmum unum; memorati vero passi mensurati sunt ad passum ferreum S. Neap. ecclesie et memoratum pedem at pede de S. Maria at platea, et memoratum palmum at manum iuxta. Unde memoratus germanus et germane repromittunt nunquam ipsum monasterium in perpetuis

temporibus querere de ipsis duabus partibus, de quibus ipse Stephanus presbiter et heredes sui per licerem de memorato monasterio tenere debeat et omni annuo responsaticum dare dicto monasterio, sicut chartula quam in monasterio de ipsum responsaticum factam habet continebat, et memoratum iudicatum monasterio caubratum remittunt. Ipsi vero tertiam eorum habere debeant liberam ob omni responsatico seu censu vel qualibet regula vel alia qualibet datione; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus memoratas personas. Et oc memorati sunt quia pro vice eorum et pro vice et portione Sassula germana eorum, que infra etate exere videtur, Iohannes subscripsit. Testes: Petrus filius d. Cesarii, Stefanus et Petrus Curiales. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 205). R. N. A. M. t. IV, p. 99.

372. Die 20 m. decembrii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 57 (1016) sed et Constantino frater eius m. i. an. 54. Sergius in Dei nomine eminentissimus consul et Dux promittit d. Pancratio humili igumeno Monasterii Ss. Theodori et Sebastiani qui *etc.* propter quod sibi dederat ad lavorandum inclitas terras cultas et non cultas de loco qui dicitur kampana *etc.* (V. *infra* in Diplom. Ducum.)

373. Die 7 m. ianuarii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 57 sed (1017) et Constantino Iohannes presbiter filio q. Stephani presbiteri pro bice sua et pro bice Leoni uterini germani sui abitatores in loco qui nominatur Miana 'hat actone foris flubeum, promittit d. Pancrati ven. igumeno monasterium Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et atcuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integra terra que vocatur ad illa fossa posita in memorato loco foris flubeum, quantum est arbustatum una cum arboribus *etc.* coherente sibi et a foris fluveum ipsius monasterii et ribum qui nominatur de Iohanne reserbavit potestate pro illa escas, et de alia parte illa esca quomodo aqua exfinat, etiam et ipsum ribum cum ille scapule; de uno capite a parte illo monte eiusdem monasterii coheret terra quam ipsum monasterium in sua reservavit potestate et ex alio capite in pedem ex ipsa terra monasterii ex terra heredum q. Babitto Pacum quam terram ipse igumenus dedit memorato Iohanni presbitero et al memorato germano suo et eorum heredibus in colligio at laborandum. In eo tenore ut *etc.* bene et diligenter laborare et ipsi arbores trappare et propaginare seum potare *etc.* et quodcumque ibidem omni annuo seminaverit in eius erit potestate, vinum vero mundum et saccapannas et quantas castanees et insertes per tempore abuerit ab ipsis germanis collectas dividere debeant per medietatem et medietatem monasterii ad obedientiam S. Basilii de Nonnaria trahere ipsi germani debeant; et duas personas, dum in unum bendemiaberint, nutrire et quando ibidem glandes abuerit ambe partes illas colligere et dividere per medietatem et trahere similiter ipsi germani *etc.* Insuper igumenus licentiam abeat post ipsorum germanorum obitum memoratam terram super se laborare et si in parte at laborandum dare abuerit at ipsorum germanorum heredibus in memorato placito dare debeat et ipsi licentiam habeant cum omni remelioratione illam abrenuntiare. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus me-

morato Iohanne presbytero pro vice sua et de memorato Leone . . . . alia manu. Testes: Gregorius scriniarius . . . nam testis. ΠΕΤΡΟΥС ΦΙΛΙΟΥС ΔΝ ΛΕΟΝΙ i. e. *Petrus filius d. Leoni* . . . . . iterum testis, et Stefanus scriniarius . . . similiter testis. Exemplaria chartula ex authentica belereata pro d. Bitali igumeno dicti monasterii a Petro Primario et Stephano tabulario Curie civitatis Neapolis. imp. d. Alexio an. 1. die 26 m. febr. ind. V. (an. 1081) — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 969). R. N. A. M. t. IV, p. 106.

(1017) **374**. Die 21 m. iunii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 57, sed et Constantino m. i. frater eius an. 54. Ideoque Petro, qui nominatur Paramitromeno, filio q. d. Marini de altercatione que habui cum d. Martino ven. presbytero custus ecclesie Ss. Cosme et Damiani de vico qui vocatur posulum qui et armentarin dicitur, propter finie terre eiusdem Petri a parte septentrionis et terre memorati Martini a parte meridiana posite in loco qui vocatur septitum ad S. Sossium; unde pars ipsius Petri quesiverat Martinum dicendo ut ipse prebaricasset ipsa fine qui fuit inter dictas terras, hoc est a fine de secundo termine qui est fictus a parte horientis et qualiter badit usque ad tertium termine a parte hoccidentis iuxta terra d. Sergii Gruccia anima et introisset intus terram suam, pars autem memorati Martini hasserebat ut omni tempore sic fuisset ille finis quomodo exfinat sepis seum et unum termine quem fixerant inter secundum et tertium iusta terram memorati Sergii et sic illut ipse Petrus et autor suus tenuisset et dominasset per 40 annos. Et dum taliter altercassent iudicatum est inter eos ut pars memorati Martini preberet sacramentum et diceret qualiter superius memoratum est et pars aduersa poneret exinde securitatem. Ideo in presenti ipse Petrus recepit memoratum sacramentum et definivit exinde questionem et facit chartulam securitatis; pena costituta in auri sol. 20 byth. Scriptum per Petrum Curialem (*deest vero complementum eiusdem*). Signum manus memorati Petri. Testes: Sergius filius d. Iohannis, Gregorius filius d. Iohannis et Iohannes filius d. Marini.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 703) R. N. A. M. t. IV, p. 117.

(1017) **375**. (Christe fave) Die 9. m. decembrii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 58, sed et Constantino m. i. frater eius an. 55. Gregorius filius q. Petri de Iubinum, qui fuit de loco qui vocatur Patruschanum et modo avitare videtur intus castello Puteolano promittit d. Stephano ven. abbati monasterii Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi Insule maris et cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integras duas terras positas in loco qui vocatur Trispide, territorio puteolano, ex quibus una voeatur at triperule, quod sunt modias 4 et quartas 8, et alia que nominatur at corrigie de S. Theodoro cum egripas suas et sunt modia 7 ex ipsa egripas, seu et propter integras tres modia et quartas 7 terre ex integro campo posito in memorato loco, quamque et propter integra terra que appellatur at caballara ibidem posita quod sunt modias 4 et quartas 2 et media insimul mensuratum ad passum ferreum *etc.* utraque cum arvoribus *etc.* quas ipse abbas dederat eidem in colligio ad laborandum. In eo tenore *etc.* ad omne suum expendium seminare *etc.* et desramare iuxta rationem seu albaciare et propaginare *etc.* et omni annuo per estate dare terraticum idest tritici modia 7 et quartas 7

Basilio et Constantino impp. a. 1017.

et media, et alia 7 modia et quartas 7 et media sive de hordeo sive de mileo, quale ipsum monasterium voluerit, bonum tractum usque intus ipsum castellum vel ad ripas maris et mensuratum ad modium iustum de comedendo; vinum vero mundum et saccapanna dividere at palmentum ex ipso loco Trispidi per medietatem, preter grecum quem monasterium tollere debeat et at vicem de comuni pro ipso greco ipse Gregorius alium tantum vinum mustum mundum. Promittit insuper tota bindemmia vendemmiare ad suum expendium, preter vinum at operariis qui de comuni exire debet, et portionem monasterii promittit conserbare in organeis suis usque in dies tres et postea trahere usque at plagia de obserara gratis, et promittit duas personas monasterii per vendemias nutrire. Insuper omni tempore ipse at heredes sui habere debeat palmentum fravitum et susceptorium suum coopertum una cum Benedicto et Petro seu cum Mari et Bono germanis portionariis monasterii, qui sunt de castello Cumano, at si aliquod ad conciandum abuerit illut conciare debeat at expendium monasterii set ipsum magistrum ipse cum nominatas personas enutrire debeat, et quale anno illut potaberit ligna in monasterii sint potestate si vero ipse Gregorius ipsas terras bene arbustatas abrenuntiare voluerut cum omni sua melioratione licentiam habeat. Verumtamen si quidem Iohannes germanus eiusdem Gregorii ad habitandum venerit intus memoratum castellum Puteolanum ipse memorata terra, que vocatur at caballara, lavorare debeat, in omnem ordinem et rationem ut superius dictum est; tantummodo ut si monasterium ibidem obedientiam fecerit aut si super se laboraverit licentiam et potestatem habeat illas terras memorato Gregorio et heredibus suis tollere; sed de plenum nec de legumenatum eum exinde non eiiciat; pena in auri sol. 16 byth. Scriptum et actum per Leonem Curialem. Signum manus memorati Gregorii. Testes: Athanasius filius d. Iohanni, Petrus filius d. Stephani et alius Petrus filius d. Stefani. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 361) R. N. A. M. t. IV, p. 119.

376. Die 25 m. februarii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 58, sed et Constantino frater eius m. i. an. 55. Visa itaque fuit d. Anna ven. abbatissa monasterii S. Gaudiosi ancillarum Dei una cum cunctas et ven. congregatione monacharum memorati monasterii dare Gregorio filio q. Petri Neapolitanum, abitator intus kastello de Cicala situm vero at Nola, at censum detinendum per chartulam idest sex uncias parti sue militie pertinentes memorato monasterio ex integra duo fundoras unum qui nominatur de Paulinum qui ponitur intus curte domnica, halium qui nominatur de roiulum ipsius territorio Nolano una cum sex unciis parti sue militie de omnes terras cultas et incultas sive in monte vel in plano qualiter et quomodo continuit ipsa chartula quam ipsa abbatissa fecerat et ipse Gregorius perditas habebat, unde alia et simile carta ipsa abbatissa factum abet. Modo vero placuit ipsis iterum rumpere omne placitum quem ipse chartule continuit et ipsum Gregorium abrenuntiare dictas sex uncias et ideo per hanc chartulam repromittit quia numquam presummet memoratas sex uncias parti militie memorati monasterii de duo fundora et omnes terras cum hominibus exinde querere *etc.* et ipsa chartula aput ipsam Annam cabsata posuit et si ipsa chartula que perditas abuit (1017)

imbenta dederit tunc sit inanis et vacua; pena in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorato Gregorio. Testes: Petrus filius d. Gregorii Stefanus Curialis, et Iohannes filius d. Petri. — R. N. A. M. t. IV, p. 109.

(1018) 377. Die 19 m. maggii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 58, sed et Constantino m. i. frater eius an. 55. Merissis divisionis facta ha Martino filio q. Stephani Primicerii, qui cognominabatur Perna, havitatore autem in loco qui vocatur Capitinianu quod est foris flubeum, territorio plagiensi, de integras duas terras monasterii Ss. Marcellini et Petri puellarum Domini, quas ipse Martino per chartulam ad pastenandum adprehensit da q. d. Drosu ven. abbatissa memorati monasterii una cum cuncta congregatione monacharum; una que vocatur ad pratu et alia que nominatur ad robore, insimul et de alia petia de terra iuris ipsius monasterii que vocatur nobiscula constitutas vero in memorato loco Capitinianum quem ipsa abbatissa eidem Martino ad pastenandum dedit per alia chartula, quas eidem fecit de duos fundoras et de alium iuris memorati monasterii, quas duas terras dividere visus est in quintam partem inter eum et dominam Musandam ven. abbatissam; hunde eidem Musande pertinet partes tres pro ipso monasterio, et partes duas eidem Martino pro ipsa pastenatione sicut ipsa chartula pastenationis continebat. Hunde tetigit in ista prima portione ipsam d. Musandam pro vice monasterii terra que vocatur ad pratum, que est de uno latere iusta terra de illi moncola et de alio latere iusta terram memorati monasterii quam ad pastenandum tenuit Iohannes Pullarulo, de uno capite iusta alium arbustum monasterii quem ipse Martinus cum memorato Iohanne ad laborandum tenere videtur et de alio capite terra ecclesie diaconie S. Marie cosmidi, de qua reliqua memorata terra que vocatur ad robore tum que est de uno latere iusta terra memorate diaconie et de alio latere iusta terra monasterii S. Pauli catholice maioris, de uno capite iusta terra heredum d. Stephani Curialis et alio capite iusta arbustu Sparani thii sui: huna cum memorata alia petia de terra que nominatur nobiscula que est de uno latere iusta terra dicti monasterii S. Pauli catholice maioris, et de alio latere iusta bia publica, de uno capite iusta holibetum heredum q. d. Leoni Caputi et iusta terra de illi Faciemala, et abinde quomodo badit in bela in memorata bia publica, quas ad bicem tetigit in portione secunda eiusdem Martini pro memoratas duas partes suas, sed ipsa d. Musanda ei refusit super ipsas duas partes eiusdem pro duas quartas quas ipse minus abebat quam ipsa superfluum in terra sua idest auri tari sex; tantummodo omni tempore ipsa d. Musanda et postera eius duas partes, que Martinum tetigerunt, defensare debeat ut ipsa chartula pastenationis continet et si forte ipse aut heredes eius duas partes suas dare abuerit, illas dare debeant memorato monasterio in pretio ut fuerit appretiatum *etc.* si voluerit, sin autem in sua sit potestate dandi cui voluerit et monasterium similiter pro tribus partibus suis: pena in auri libra una byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus Martini. Signum manus Musande abbatisse. Signum manus Drosu monaca, item Maria et Visantia monache ipsius congregationis. Testes Iohannes filius d. Cesarii, Gregorius scrinia-

rius et Sergius filius idem d. Sergii.—*(Notam. instrum. S. Marcellini* p. 198).—Pergam. dei monast. soppressi t. n. VI. R.N. A. M. t. IV, p. 114.

378. In nomine dm. dei salvatoris nostri ihesu xri. imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo nono, sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinguagesimo sexto die tricesima mensis decembri indictione secunda neapoli. Certum est me iohanne...... larico filio quidem domini cesarii athalarici a presenti die promtissima voluntatem promitto vobis domino pancrati venerabilem ygumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casa picta situm in biridiario et at cuncta sancta et venerabilem vestram congregationem monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii propter quod ego vobis modo a die presentis querere visus fuit ud daretis michi daciones pro partem publicam etiam de illa barca vestra pro illum portum istius civitatis sicuti dant alias nabidias istius civitatis per consuetudinem et pars vestra michi illud dare noluit : et fuit exinde inter nobis multa altercationem et perreximus ambas partes exinde in publicum ante iudices et ostensistis ibidem michi unum firmissimum berbum sigillatum quas in eodem sancto et venerabili vestro monasterio fecit quidem vone recordationis dominus iohannes in dei nomine eminentissimus consul et dux (1) et illum atprehensit quidem dominus iohannes ygumeno et archimandrita ud nullas daciones daret ipsas vestris, nabidias nec partem publicam nec pro comitatus nec pro scoldais (2) aud per alium..... cumque modum et ante eodem iudices illum relegere fecimus et vicistis me.... exinde : deinde et ego per anc chartulam repromitto et atfirmo vobis quia nullatenus presummo ego aud heredibus meis nec habeamus licentiam aliquando temporem vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio querere nec tollere qualemcumque daciones de barcas vestras que modo abetis vel si amodo et in antea plus barcas aud nabidias feceritis et abueritis parbis et magnis per nullum modum nec pro partem publicam aud per summissam personam nullam per adimbentam racionem in perpetuis temporibus. Insuper promitto vobis ud si quobis tempore exierit quabis personis qui vos aud posteris vestris vel memorato sancto vestro monasterio exinde quesierit per me aud per meis heredibus tunc omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris illos exinde desuper tollere debeamus absque omni vestra posterisque vestris qualibet damnietatem : memoratum vero verbum vestrum sigillatum membrani scriptum qualiter continet sit firmum et stabilis imperpetuum de omnia que continet excepto illum portuaticum de illa portua de illum bulpulum (3) quod est triticum modium unum at modium iustum et binum urceum unum et sale medium (1018)

(1) Diploma scil. quod supra n. 311 innui et posterius integre exhibebitur.

(2) In Langobardorum republica inter minora officia erant Sculdais sive Sculdascii, qui sub iudicibus in certis locis ordinati ius reddebant, et vectigalia exigebant. Cf. HEGEL, *Stor. della costit. dei munic.* p. 312. Latine *rectores loci* dicebantur (PAUL. DIAC. V, 24) atque aliquando etiam *actores* sive *actionarii.* A Langobardis Neapolitani nomen acceperunt et proprio magistratui vel officiali, qui idem munus habebat, indiderunt.

(3) *Bulpulum* sive *vulpulum* tunc portus, deinde unius ex urbis Neapolis regionibus atque etiam portae nomen. Alibi *Lu vulpulum* scriptum invenio. (*Reg.* 1275, A. fol 37 v.). Ut autem loci situs melius agnoscatui transumptum instrumenti ex membranis monasterii S. Sebastiani heic breviatum exscribere iuvat-„ Die 13 m. novembris ind. VIII. Neapoli. Anno 1264 regnante d. n. Manfredo semper augusto Sicilie magnifico rege an. 7 et eius domin. civ. Neapolis an. 7. Dnus Iohannes et d. Gregorius cognomine Castagnola, filii q. d. Bartholomei Castagnola proponunt edificare ecclesiam ad honorem b. virginis Marie domine nostre et rogant Iohannem abbatem monasterii domni et salvatoris nostri Iesu Christi de insula maris, qui nunc congregatum est in monasterio b. Petri principis Apostolorum qui vocatur ad castellum quod congregatum et edificatum est intus illum castellionem distructum et dictum

modium et quatra de ture ? sicut continet chartula securitatis que vos michi fecistis que vos michi dare debeatis dum ipsa portua detinuerimus quia ita nobis placuit. Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aud summissam personam tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et at memorato vestro monasterio auri solidos quinquaginta bitianteos et hec chartula promissionis ud super legitur sit firma scripta per manus Sergii Curialis per memorata secunda indictione. hoc signum memorati iohannis athalarici ego quia memoratos per eum subscripsi. Et hoc memorati summus quia quando perbenerit ipsas vestras nabidias da roma nobis dare debeatis pro ipsa portua de illum bulpulum portuaticum dum illum detinuerimus per omnem tassidium medium modium da sale et quando benerit da nabicandum da aliis partibus per omnem tassidium quatra de ture unde alium medium modium de sale et alia quatra de ture pertinet at illa portua de illum arcina et dicitur de illu aqquarium (1) et si ego et propriis meis heredibus ipsa portua non detinuerimus a tunc in memorato vestro monasterio nullum querimus pro ipso portuatico: set ut superius diximus michi meisque heredibus propriis ipsum portuaticum dare debeatis dum ipsa portua detinuerimus. ✝ Ego ioh. filius dn. Sergii test. subsc. ✝ Ego ioh. Curialis testi subscr. ✝ Ego Aligernus filius d. Ioh. testi subscr. ✝ Ego Sergius Curialis Complevi et absolvi per memorata secunda indictione. — Ex membrana originali in bibliotheca *Societatis Historicae Neapolitanae.*

(1019) **379.** Die 25 m. aprilis ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 59 , sed et Constantino frater eius m. i. an. 56. Stephanus filius q. Petri de Grimmum promittit d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cunta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integrum fundum positam in loco qui vocatur Paternum at S. Petrum una cum arvoribus et cum palmenta fravita et subseptoria sua et cum pischina intus se et cum introitu suo et omnibus sibi pertinentibus; coherente sivi ab uno latere terra de illi Raviniani et fundam heredum d. Petri filii d. Basilii et de alio latere terra heredum de illi Medici, de uno capite est fundiciolum heredum de illi Scannaiudeum seum et in ipso capite est via comunale, et a foris terra eiusdem monasterii et de alio capite iterum terra eiusdem monasterii, quas in sua reservavit potestate. quem fundum eidem Stephano et suis propriis heredibus ipse igumenus dedit in colligio at laborandum at detinendum: in eo tenore *etc.* tantummodo homni annue per festivitate S. Marie de augusto mense terraticum dare et atducere debeat idest tritici modia dua, et mileum* modia dua insimul tractum *etc.* et mensuratum ad illum modium cum quo

monasterium concedit quamdam terram vacuam, ubi antea fuit fabricata ecclesia vocabulo S. Marie ad mare, que distructa et scarrupata est propter dirutionem murorum Neapolis, ut in dicta terra facerent ecclesiam sub censu libre 1 de cera, posita vero dicta terra vacua intus hanc civ. Neapolis ad illum Vulpulo regione portus iuxta murum publicum dicte civitatis et illam turrim distructam et abbattutam *etc.* Actum per Iohannem Coczulum Curialem. Instrumen. transumptum in Magna Curia in an. 1460 et in alio exemplatum.—*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 680.

(1) *Arcina* seu *Archina* olim locus, ubi postea S. Petri martyris conventus a rege Carolo II. Andegavensi extructus fuit, ita ab regio navali (*archina de domino rege* instr. an. 1181) vulgo appellatus. Cf. opusculum a me an. 1855 editum cui titulus: *Napoli e Palepoli* p.12 e 51. *Aquarium* vero in viciniis extabat, et ex eo aliae etiam in urbe Neapoli regionis nomen. Cf. Tutini , *Dei seggi de Nap.* p. 53. Hinc duos portus tunc temporis, ut et deinde, Neapoli extitisse recte argues; quorum unus, qui dicebatur *de illu Vulpulo* ad occidentem, ubi nunc *il molo grande* positus erat, alius qui de *illum arcina de illum aquarium* appellabatur versus orientem, ubi *il molo piccolo*, extabat.

soliti sunt dare terraticum de alias terres, que monasterium habet in memorato loco, de illis aliis portionariis, et si memoratum fundum plus fuerit de quatuor modia tunc quantum superfluum ibidem invenerit de ipsum superfluum plus terraticum per ratiocineas superiungere. Vinum vero mundum et saccapannas dividere debet per medietatem, et duas personas monasterii per vindemias nutrire. Item promittit melas dividere in quintam partem, idest pro monasterio partes tres et pro se et heredibus suis parti due ; et nuces et alios fructus dividere per medietatem et palmentum et pischinam conciare et mondare et quando necessum fuerit ipsum alium palmentum cohoprire ad suum expendium. Insuper potestatem habeant omnes alii portionarii eiusdem monasterii in memorato loco de illa piscina aquas tollere et aurire per vindemias quantas eis necessum fuerit pro illes ubes de ipsis terris , et si monasterium illos super se lavorare voluerit, licentiam habeat illos tollere memoratis Stephano et heredibus suis et quanto ipse illos abrenuntiare; pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus Stephano. Et hoc memorati sunt ut omni annue ipsas melas cum ipse nuce ipse Stephanus colligere et dividere debeat. Testes : ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ i. e. *Petrus filius d. Leoni*, Petrus filius d. Gregorii et Petrus filius d. Cesarii—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 626) R. N. A. M. t. IV; p. 125.

380. Die 23 m. magii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 59 sed et Constantino frater eius m. i. an. 56. Petrus filius q. Iohanni qui cognomento. . . abitator in foris flubeum, territorio plagiense, non procul da illa Turre qui dicitur da Hoctaba (1) promittit d. Gregorio filio q. idem d. Gregorii cubicularii S. Neap. ecclesie et hic cum consensu   propter ecclesia destructa, que fuit vocabulo S. Petri Christi apostoli posita intus terram, que ipse Gregorius abet in loco qui vocatur Calistum in eodem loco foris flubeum ipsius territorii plagiensis quatenus ipse memorata ecclesia rabire et desuper eum tegulis cooperire et da intus pingere et hedificare debeat ad omne surum expendium hoc est amodo et usque in quadtuor anni expleti et deinde ipse Gregorius dare debeat in memorata ecclesia ipsam petiam de terra sua ubi ipsa ecclesia da ante os annos incoatam abebat, una cum alia petia de terra posita ibi ipsum una cum arboribus *etc.* et prima petia coheret sibi da uno latere terra d. Iohanni germani sui , et de alio latere terra de illi Cacatura, de uno capite terra monasterii S. Sebastiani et de alio capite terra d. Ioanni Tabularii qui cognomento Lateriaro ; alia petia vero coheret sibi ab una parte terra monasterii S. Sebastiani, a duabus partibus terra de ipsi Cacatura et da quarta parte terra memorati Iohanni, germani sui; quas vero ambas petias de terras ipse Gregorius da die presentis per ipsum Petrum offerire debeat in memorata ecclesia. In eo enim tenore ut ipsa ecclesia set omne tempore commune eis et eorum heredibus per medietatem et ambas partes communiter ibidem sacerdotem qui ibidem die noctuque (1019)

(1) Primam *Turris octavae* sive *de hoctaba*, nunc *Torre del greco*, mentionem an. 1267 Claritius (*O. c.* p. 137) se deprehendisse testatur: at longe ante saec. XIII, ut ex hoc instrum. patet, oppidum illud florentissimum hac appellatione designatum fuit. Doctum virum huius membranae notitia effugit.

officiaberit hordinare debeant, et ipse Petrus de ipsum sacerdotem nullum datum aut calciarium querere aut tollere debeat pro suum abere et ipse d. Gregorius licentiam habeat tollere da ipso sacerdotem per omni annue in nativitate domini hoblatas paria duo et cyria duo , et in sanctum pasca similiter, et in festivitate S. Petri item paria duo de hoblata et duo cyria. Insuper in festivitate S. Petri licentiam habeat illuc venire et sacerdos ibidem ordinatus at tres personas manducare et bibere dare debeat. Verumtamen stetit inter eos, ut usque dum ecclesia fabrita abuerit in sua siat potestate illas petias frugiandi et ibi domino placuerit et ipse Gregorius sacerdotem ordinaberit a tunc ipse petie siant de ipso sacerdote. Actamen et firmanus ut si aliquando tempore in ipsa ecclesia stauritas plebis facere et habere potuerint, a tunc ambe partes illas facere debeant et sic ipsi et heredes eorum cum ipse staurite facere debeant, uti faciunt alii dommini de aliis ecclesiis de foris cum suis stauritis ; pena in auri sol. 60 byt. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus Petri. Testes: Iohannes filius d. Stephani, Stephanus scriniarius, et Cesarius filius d. Sillicti.—R. N. A. M. t. IV, p. 137.

(1019) **381**. Die 1. m. octobri ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. n. 60, sed et Constantino frater eius m. i. an. 57. Mari filia q. Iohannis Scoppulaursum et q. Eupraxia iugalibus una cum consensu quidem Cesarii subdiaconi, cuia servienti exe videtur abitatores autem de cabstro Puteolano promittit d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter petiam de terra que vocatur billarustica qui est sursum in illum monte quod est planum et scapulis positis in terris memorati caberii Puteolani quam in memorato monasterio per chartula commutationis dedit q. d. Drosu gloriosa senatrix filia q. d. Iohanni gloriosi consuli et duci cum voluntate d. Ursi viri sui ; de qua inter eos intentionem habuerunt et perrexerunt ibi supra cum iudices et ipsam chartulam commutationis ibidem relegere fecerunt. Et post ipsam intentionem ambas partes venerunt in combenientiam et ipse igumenus dedit ipsi Mari exinde de auri taris: et coheret sibi a memorata integra petia de terra da tribus partibus sunt scapules monasterii et de alia parte est terra, quam detinet Urso qui nominatur Saviniano de memorato cabstro Puteolano. Unde per hanc chartulam Mari repromittit quia nullatenus aliquando tempore de memorata terra presummet ipsum monasterium querere , *etc.* pena statuta in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus memorata Maria. Testes: ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ Δ̅Ν̅ ΛΕΟΝΙ i. e. *Petrus filius d. Leoni*, Stefanus filius d. Cesarii et Iohannes filius d. Sergii.—(*Notam instrum. S. Sebast.* n. 362) Pergam. dei monast. soppressi t. VI, n. 47; R. N. A. M. t. IV, p. 131.

(1019) **382**. Die 20 m. nobembri. ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 60, sed et Constantino frater eius m. i. an. 57. Stephanus filio q. Ursi qui nominatur Ara....no et Maria hoc est iugales, abitatores in loco, qui vocatur Pumilianum foris arcora dudum acqueductus, vendit et tradit d. Pancrati ven. igumeno monasterium Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncte congregationi monachorum eiusdem monasterii, cui ipsi iugales sunt

ommines, petiam de terra que nominatur at illu biniale, posita in memorato loco, et est per passi modia duo et medium at passum ferreum *etc.* sicuti et quomodo ipsis obbenit per chartula comparationis membranis tres, quas ipsis exinde fecit filio q. Leoni Begrano cum voluntate Mari coniugi sue; coherente sivi ab uno latere terra Guiselgari de memorato loco, et de alio latere terra eiusdem monasterii, de uno capite terra Ursi filio et de alio capite terra Gurti de memorato loco. De qua nihil *etc. etc.* propter quod accepit exinde auri tari 15, et pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus memorati iugalium. Testes: Iohannes filius d. Petri, Petrus filius d. Gregorii et Iohannes filius d. Cesarii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 483) R. N. A. M. *Appendix* t. VI, p. 248.

383. Die 24. m. novembri ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 60, (1019) sed et Constantino m. i. frater eius an. 57. Maria h. f. qui Marenda clamatur filia q. d. Sergii, qui cognominabatur Passibola, relicta autem q. d. Theodori Mischini vendit et tradit d. Sergio, qui nominatur Spongatello, filio q. d. Leoni dudum nauclerii, qui dicebatur Scacarititiata integrum orticellum, qui sibi pertinet per q. memorati d. Theodori biri sui, positum vero non procul ab ecclesia S. Archangeli, qui vocatur et ponitur subtus muro publico, regione Portanovense; coherente sivi de uno latere parte septentrionis hortum ecclesie vocabulo S. Felici iuris domum heredes q. d. Sergii de Appium postmodum vero monachi, sicuti inter se sepis exfinat, et ex alio latere parte meridiei est bicalem, unde ipse Sergius exinde anditum et introitum abere debeat a memoratum orticellum, het da duabus capitibus da parte horientis et occidentis sunt hortuas ipsius ecclesie S. Archangeli quomodo sepis exfinat. De quibus nihil *etc.* set a presenti die *etc.* et neque *etc.* Insuper et ab omnis homines *etc.* propter quod accepit exinde auri sol. 14 ana quatuor tari per solidos in omnem decisione. Pena vero in auri sol 12 byz. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorate Marie. Testes: Sergius filius d. Gregorii, ΑΛΙΓΕΡΝΟC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΠΑΡΑΝΙ, i. e. *Aligernus filius d. Sparani* et Iohannes filius d. Petri—Ex arch. Cav. in *Cod. diplom. Cav.* t. V, p. 20.

384. Die 3 m. ianuarii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 60, sed (1020) et Constantino m. i. fratre eius an. 57. Petrus qui nominatur Gizzulo, filius d. Sergii de tribus domibus et Maria naturalis dicti Petri, que Maria agit cum consensu Gizzi viri sui, et ipse Petrus cum consensu Marende germane sue vendunt et tradunt Theodoro filio d. .... qui cognominabatur Maliabava et Marende iugalium duas petias terre positas in loco qui vocatur .... una quarum est clusuria et nominatur terra Matrona, quas genitor dicti Petri comparavit a Gandolfo filio Iohannis Greci de S. Nicola ad portum et a Maria iugalibus, et coheret dicta clusuria cum terra monasterii Insule Salvatoris et cum terra Aligerni de Turre et cum terra ecclesie S. Petri ad mediam; alia terra coheret cum terra predicta ecclesie S. Petri; pro pretio auri solidorum 33 de tari ana quatuor tari per solidum et pena controventionis statuta est in auri sol. 72. Actum per Leonem Curialem.—*Notam. instrum. S. Gregorii* n. 148.

Basilio et Constantino impp. a. 1020.

(1020) **385.** Die 20 m. februarii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 50, sed et Constantino frater eius m. i. an. 57. Stephano et Petro germani filii q. Sergii Coctricati, abitatores in loco qui vocatur Quarto pictulum iusta Giniolo foris flubeum promittit d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergi et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter partem de terris quantum exinde de antea tenebant in memorato loco insimul una cum arboribus *etc.* quod est ipsum esparte quantum tenent ad lavorandum due vero petie de terra qui pent in aliquantulum in uno coniuncte et nominatur fossa de carictina; coherente sivi a parte horientis in aliquantulum terra heredum d. Iohanni de domina Ruta seum et terras memorati monasterii que lavorat....... do *Amabile* et de alio latere parte occidentis terra heredum d. Gregorii de domina Rotunda, ab uno capite parte septentrionis via pubblica et a foris ipsa via sunt alie terre monasterii et de alio capite parte meridiana est memorata terra heredum d. Iohanni; et ipsa alia petia finis habet ab uno latere parte meridiana terra d. Gregorii Bulcani de Capuana et de alio latere parte septentrionis terra heredum d. Gregorii de dna Rotunda, de uno capite parte orientis terra memorata heredum de dna Ruta et a parte occidentis via pubblica; tertia vero petia coheret a parte meridiana terra ecclesie S. Agathe, de alio latere parte septentrionis terra ecclesie S. Petri et a parte horientis et occidentis aliis terris memorati monasterii; quartam petiam que est intra illum arbustum maiore memorati monasterii abet fines ab uno latere parte orientis terra memorati monasterii, a parte occidentis terra S. Georgi maioris, a parte meridiana est iterum terra monasterii et a parte septentrionis via que badit iusta puteum monasterii factum in casa propria eiusdem quam detinent ipsi de Amabile; quinta petia, que in aliquantum dividit memorata via, coheret sivi a parte orientis et occidentis terra de illi Pappaculione, et da ipsa orientali parte terra ecclesie S. Iuliani, a parte meridiana terra monasterii et a parte septentrionis terra heredum d. Bernardi; sesta petia habet fines de uno latere parte orientis via pubblica, de alio latere parte occidentis terra memorati monasterii et a foris terra ecclesie S. Marie que nominatur ad obulum, a parte meridiana est iterum terra monasterii et a foris terra heredum de illum Moniamonia, a parte septentrionis item terra monasterii et in aliquantum de illi d. Sergi Armagaudium; septima petia, que est fundum, ubi ipsi germani abitare videntur cum intersico suo, a parte occidentis coheret fundiciolum de illu Scafatu, et in capite a foris ipsum intersicum est terra ecclesie S. Petri et terra heredum Iohanni de domina ruta et de alio latere parte orientis terra de illi Bocciaboccia et terra heredum d. Stephani Amarrati, de uno capite parte meridiana coheret via unde introitum abere debent et a foris ipsa via est terra eiusdem monasterii. Quem vero fundum cum memorate sex petie ipse igumenus dedit eisdem in colligio at lavorandum. In eo tenore *etc.* in ipso fundo abitare et residere et casam et aream seu hortum et reditas ibidem facere et habere debeant, et de ipso fundo ubi abitaberint habere parti due, et omni anno per festivitatem S. Sebastiani dare obas 50, et per estate palea due parti de carrum tractum usque intus ipso monasterio, et bi-

num et grecum dividere per medietatem, et omni annue per vindemias per omnem salmam de vino mundo et de greco, que ipsos tetigerit de ipsa sorte eorum, monasterio dare et refundere de vino mundo per unaquaque salma urcium unum; medietatem vero monasterii serbare *etc.* et trahere *etc.* et per vindemias duas personas nutrire *etc.* Insuper licentiam et potestatem habeant seminare pratum et lupini usque ad unum modium et medium de terra, et fundum cum terris bene arbustatum et vitatum abrenuntiare cum omni sua melioratione quando voluerint, et ex ipso liberos exire quomodo liberi introiverunt; ipsos vero bene laborantes et omnia adimplentes igumenus et posteri eius iactare non abeat licentiam. Pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus memoratis germani. Testes: ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔN ΛΕΟΝΙ i. e. *Petrus filius d. Leoni*, Stefanus filius d. Cesarii, Gregorius Curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 207) R. N. A. M. t. IV. p. 133.

386. Die 27 m. magii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 60 sed et Constantino m. i. fratre eius an. 57. Gregorius filius quidem . . . . Primicerii Meroaldi et Anna filia quidem Sergii de loco S. Anastasia et Stephanus et Gregorius filii quidem Sergii de loco qui vocatur Trocche, quod est foris flubeum, promittunt d. Marie abbatisse monasterii b.mi Gregorii et Sebastiani, atque Domni et Salvatoris nostri Iesu Ghristi et S. Pantaleonis puellarum Dei, propter quod dedit eis quamdam terram ad pensionem que vocatur ad bovinianum, vel si aliquo nomine nuncupatur, constituta in loco qui vocatur ad. . . . . . . et coheret a parte horientis cum ribo qui vocatur de rosa, et a parte occidentis est ribo qui dicitur de ciraso et cum terris monasterii Ss. Nicandri et Marciani puellarum Dei, et a parte meridiei est ribo trasberso predicti monasterii S. Gregorii qui dicitur de ille mole, et a parte montis ipsius monasterii qualiter ascendit usque ad verticem montis, que terra fuit a predictis pretensa, et postea ad concordiam deveniunt et monasterium solvit eis auri tari 200 et ipsi cesserunt omnia iura predicto monasterio—*Notam. instr. S. Gregorii* n. 199. (1020)

387. Die 9. m. decembrii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 61, sed et Constantino frater eius m. i. an. 58. Pancratius umile ygumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii promittit Iohanni subdiacono bestararius gloriose potestatis d. Sergii in Dei nomine eminentissimus Consuli et Duci, filio q. Sergii ven. presbyteri qui nominatur Sardella, postmodum vero monachi, propter ecclesiam vocabulo S. Eufimia Chisti martira, que sita esse videtur in regione ficariola iuxta muro publico, ubi ipsum custodem posuerat; in ea ratione ut in ipsa ecclesia omne officium sacerdotalem faciat *etc.* et pro alimoniis suis dedit eidem integrum ortum, qui est ante ipsam ecclesiam una cum cella, qui est intus ortum seu cum pischina quamque et cum una petia de terra posita in loco qui nominatur Calbetianum et nominatur at Mulianum quam offeruit q. Drosu uxor q. Briceri Calciolarii et una cum omnia *etc.* Insuper assignat mobilias de memorata ecclesia: idest una planeta linea cum orarium et corporale, et calice sanctum de stagnum super inargintatum cum patina sua de (1020)

stagnum: et unum pannum quod est obsecium (1) cum una sindone, in simul ambos desuper altare, et unum faciestergium stellatum plumatum, et turabulum de rame cum duas cruces una exinde ferrea et alia herea, et una coronella de rame, quaterni due de festivitate memorate ecclesie S. Eufimie et unu quaternu pictulu de sancti Cerbasii, liber comite plenarium franciscum scriptum : serulella pictula hab aqua sanctificata ; ut hec omnibus memoratis salbi exere debeatis in memorata ecclesia. Tantummodo omni anno ipse custos dare debeat monasterio paria due de oblate et post suum transitum omnia revertentur ad dictum monasterium cum uno antefanarium de nocte neapolitanisco, quod ipse in dicta ecclesia dimittere debeat, pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. πανκρατιος ὑγουμενος ὑπέγραψα, i. e. *Pancratius igumenus subscripsi.* λαυρεντιος πρεσυιτερ και μοναχος i. e. *Laurentus presbyter et monachus.* πετρος αμαρτωλος πρεσυιτερ και μοναχος, i. e. *Petrus peccator presbyter et monachus*, ΙΩ ΠΡ ΜΟ i. e. *Ioannes presbyter monachus.* Testes: Sergius filius d. Petri, Sergius tabularius et κεσαρευς φιλείου δω ιοαννεις i. e. *Cesarius filius d. Ioannis* — (*Notam. instr. S·Sebast.* n. 747). R. N. A. M. t. IV, p. 143.

(1021) 388. Die 5 m. ianuarii. ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 61, sed et Constantino frater eius m. i. an 58. Iohanne , qui nominatur Sardo, filio q. Petri de Aligisa et Dominico filio q. Magii de Liuperto , abitatores in loco qui vocatur Caschanum at illi Muti, pro vice eorum et pro vice quidem Bassi filio q. Pipi et ipse Bassi abitare videtur in loco qui vocatur Caschanum at illi Baronaci, territorio Nolano, promittunt d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergi et Bachi qui *etc.* et at cunta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter inclitos casales ipsius cum duos montes, unum qni nominatur urbanum qui et at lamma dicitur, et alium qui nominatur maternum, (2) sicut inter se riatellum et lavinario exfinat, insimul positos in memorato territorio Nolano una cum arboribus *etc.* et memoratus casalis qui nominatur urbanum qui et at lamma dicitur, quod est in una tenientia, a parte occidentis est ribo maiore qui exfinat inter oc et inter terras et montem de omminibus de Barchanum et de Meiana, ex alio latere parte horientis est alium memoratum casale materno sicuti riatello et lavinario exfinat et da inde qualiter ascendit finiendo in parte septentrionis usque ad serra cauditana et de uno capite parte meridiana terra de omminibus de Caschanum, sicut egripus exfinat et de alio capite qualiter ascendit usque at memorata serra cauditana, exceptuando illa corrigia de terra de illis omminibus de loco qui vocatur Cutinianum, qui ibi est a parte de memorato ribo et da parte occidentis quomodo continet firmissima chartula securitatis membranis scripta, quam ipse igumenus atpreensit ab ipsis omminibus de Cutinianum; et alius casalis qui nominatur maternum coheret a parte orientis casale et monte episcopii S. Felice (3) et ex parte occidentis casale cum memorato monte qui nominatur urbanum, quomodo superius legitur et dicta chartula continet, et a parte septentrionis qualiter vadit at memorata serra et a parte meridiana est terra que detinent omines de memorato loco

(1) Cf. supra nn. 245 et 270.

(2) Casale Maternum memoratur etiam in doc. Salernitano a. 951. Vide sis R. N. A. M. t II, p. 23.

(3) Scil. episcopium Nolanae ecclesiae.

Caschanum, unde cum eis intentionem monasterium abet; quos vero casales et montes ipse igumenus dederat memoratis Ioanni, Dominico et Bassi et eorum' heredibus masculis at detinendum. In eo enim tenore ut ipsi inde vicedomini exere debeant, et ipsos lavorare *etc.* set ipsas terraticas omni annue in casis eorum atunare et serbare per totum augustum mensem absque fraude et malo ingenio, tantummodo pro ipso vice dominatico ipsi et eorum heredes masculi habere et refugiare debeant modia trea da terra per passus, usque dum ibidem vicedomini fuerint; et quandoque ommines sive monachi aut ladici ipsius monasterii ibidem venerint pro serbitium ipsius monasterii eos et caballos illorum recipere debeant in casis eorum et ipsis manducare et bibere dare, et suavitate facere sicut iustum fuerit, et ipse igumenus non abeat licentiam eos de ipsum vicedominaticum iactare *etc.* et si ipsi illud abrenuntiare voluerint licentiam abeant et quomodo liberi introiverant, sic exinde liberi exiant; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus memorato Ioanne et memorato Dominico. Testes: Petrus filius d. Gregorii, Iohannes filius d. Sergii et ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ i. e. *Petrus filius d. Leoni* — (*Notam. instr. S. Sebast. n. 1100*). *Pergam. dei monast. soppr.* f. VIII. R. N. A. M. t. IV p. 146.

389. Die 15 m. februarii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 61, sed et Constantino frater eius m. i. an. 58. Stephanus qui nominatur Scarola, filius q. Petri Scarola, et Cesarius et Gregorius seu Gema et Hsillicta, uterini germani et germane, hoc est genitor et filii, et memorata Gema cum consensu Iohannis viri sui et Hsillicta cum consensu Bassi viri sui et memorati Stephano et Cesario seu Gregorio abitare videntur in loco qui nominatur Miana, et memorate germane in loco qui nominatur Fornarii, commutant et tradunt d. Hmusande ven. abbatisse monasterii S. Marcellini puellarum Domini una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii duas petias de terra cum intersico suo in capite de una ex ipse petie, constitutas in loco qui nominatur Campo romani ad illa palmenta, una cum arboribus *etc.* pertinentes memoratis germanis in partes quadtuor per q. Hanna genitricem eorum, et memorato stephano in alia una parte, quod est quinta, per comparatum. Coherente sibi ad ipsa prima petia ab uno latere terra d. Cesarii Brunci et subscripta secunda petia, et abet ibi passi 41 de longitudine, et de alio latere, ubi est intersico, coheret terra Stephani presbiteri de ipsis germanis. hoc est de una genitrice et singulos genitores et abet ibi de longitudine passi 45 et de uno capite est terra Lupi qui nominatur molinatorem et abet ibi passi 42 de latitudine et de alio capite est terra Petri et Iohannis nepotes et exadelfi germani ipsorum et abet ibi de latitudine cum memorato intersico passi 46, et ipsum intersicum coheret ab una parte terra S. Neapol. ecclesie, sicut inter se fossatus et lapis exfinat, et inde abet de longitudine passi 8 et medium, et de alia parte terra memorati Stephani presbiteri et abet inde de longitudine passi 12, et ab alia parte est memorata prima petia et inde abet passi 9 et tertia de passum; et ipsa secunda petia abet finis ab uno latere terra heredum q. d. Gauderisi et abet ibi de longitudine passi 26 et de alio (1021)

latere terra memorati d. Cesarii Bruncio et abet ibi de longitudine passi 30, et de uno capite terra Cesarii thii eorum et abet ibi de latitudine passi 16 et medium, et de alio capite est prima petia et inde abet de latitudine passi 26; memorati passi vero mensurati sunt ad passum ferreum *etc.* De quibus nihil *etc. etc.* propter quod ad vice commutationis recompensationisque acceperunt fundum memorati monasterii positum intus memorato bico Miana una cum integra una petia de terra, que nominatur at campum de illa mela foris Miana una cum arboribus *etc.* et coheret at memoratus fundus ab uno latere parte septentrionis clusuria de quidem Theodoti, relicta q. Iohannis cognomento Boffa seu et fundum de illi Scarola de Capuana, et de alio latere parte meridiana fundum commune ipsis germanis et de quidem Petro germano et thio eorum, et de uno capite parte orientis est memoratus fundus de ipsi Scarola seu et carraria propria ex ipso fundo insimul, que eisdem ipsa abbatissa commutavit, et a foris ipsa carraria, que eisdem commutavit, in parte meridiana est trasenda comune memoratis germanis et de ipsi heredes memoratis thiis eorum; memorata vero petia de terra coheret de uno latere parte orientis terra heredes q. Iohanni Naupigii seu et terra memorati Petri et in aliquantulum terra eorum, de alio latere parte occidentis est terra de illum Pentinatum et de uno capite parte septentrionis terra de illum Bulturum, et de alio capite parte meridiana terra d. Iohanni filii q. d. Marini Arcuccia seu et terra heredes q. d. Stephani filii q. d. Gregorii Millusi, et terra de illum Scabredatum de Porta noba. De quibus nihil *etc. etc.* pena in auri libra 1. byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorati Stephani et Cesari seu Gregori, et Gema et Sillicta. Testes: Iohannes filius d. Sergii, Ursus filius d. Iohanni et Iohannes filius d. Stephani. — R. N. A. M. t. IV, p. 149.

(1021) 390. Die 3 m. martii ind. I. (IV.) Neapoli. Imperante d. a. Basilio m. i. an. 61. sed et Constantino fratre eius m. i. an. 58. Carta divisionis facta a Mara filia Stephani de terris genitoris sui cum Maria puerula nepote sua filia Sparani et Muscate germane sue, et dicta Maria puerula per absolutionem gloriose potestatis d. Sergii in Dei nomine eminentissimi Consulis et Ducis, qui eam absolvit per ipsam suam parvitatem, habendo abocatorem d. Petrum filium d. Theodori et dicta Mara cum consensu Gregorii Ferrarii viri sui, et tetigit in hac portione terra nominata ad Casanicum, et coheret cum terra de illi Aurilii, cum terra de illi Monacelli, et cum terra alia eorum que nominatur ad siliari, que est super Clibum Capuanum, et alia terra tetigit in hac portione iuxta terram d. Sparani Langobardi, iuxta terram de illu Altucintu. Item tetigit alia terra in siliari, que coheret cum terra d. Sergii de Gurgite, cum terra de ipsu Altucintu, et una ipsarum terrarum fuit vendita a d. Marino filio d. Sergii Morfissa, et a d. Sergio qui cognominabatur Aurimino, distributoribus anime suprascripte Muscate et pena controventionis statuta est in auri sol. 40 byth. Actum per Petrum Curialem. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 490.

(1021) 391. Die 9 m. martii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 61, sed et Constantino frater eius m. i. an. 58. Petrus umilis presbytero et notario filio q. Ga-

rami, qui fuit abitator de loco qui nominatur Siricum et modo abitare videtur in loco qui vocatur Saviana, territorio Nolano, promittit d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter medietate de integras sex uncias de integro fundo posito in memorato loco Saviana una cum medietate ex ipsis sex uncias de terris exinde pertinentibus, quas inferius nominatibum dicet; insimul una cum arboribus *etc.* et illut monasterio obvenit par legationem dispositi q. Marini de Turre, unde alia medietate ex ipsas sex uncias de fundo cum alia medietate ex ipsas sex uncias de omnes terras exinde pertinentes de memorato monasterio illut detinet quidem Iohaquinto, qui nominatur Scurello, filio q. Petri Scurelli de memorato loco Saviana, qui re insimul iungitur ipsa medietas monasterii de integro fundo quod est petias duas, cum reliqua alia medietate que est de illi de Turre. Et ipse petie ex ipso fundo pertinentes sunt nominatibis: 1 qui nominatur ad illum Picrillum, 2 que dicitur ad illum monumentum, 3 que nominatur at via Lauritana, 4 ibi ipsum, 5 que nominatur at Lucanianum, 6 ibi ipsum, 7 at Porcosanum at illum Catabulum, 8 iterum at Porcosanum, 9 at illum Cirillum, 10 at via Francisca, 11 ibi ipsum et nominatur at via de Monte, 12 at ipse vinee, 13 ad illa Cruce, 14 ad Siricum, 15 at Pischina, 16 at Catabulum, 17 at Tocculum, 18 at s. Erasmum, 19 ad illa area, 20 ad furnum et 21 at via de Monte; quas memorata medietate de fundo et de terras ipse igumenus dedit eidem Petro at detinendum. In eo tenore *etc.* tantummodo homni annue ipse et heredes sui exinde censum dare et atducere debeant per festivitate S. Marie Genissi qui (1) sunt de septembrio mense, idest fasioli rubei boni sicci modia duo tracti intus porta monasterii et mensurati ad modium capiente quartas 11 at quarta iusta et una gallina bona, et si prevaricaberit memoratum eonstitutum dies octo et ibidem ad pignorandum ipse igumenus venerit aut direxerit aut si cause abuerit pro ipso fundo et terris manducare et vibere dare debeat ut iustum fuerit. Nec ipse igumenus et posteri eius *etc.* nec ipse Petrus vel ipsius heredes abeant licentiam illum fundum vendere, infiduciare *etc.* et si exinde perdiderit absque colludio monasterii de ipsum censum minuere non debeat vel si plus terris ex ipsas sex uncias invenerit abere debeat medietate et memorato Iohaquinto alia medietate et si abrenuntiare voluerit *etc.* pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Petrus presbyter et notarius subscripsit. Testes: Stefanus Curialis, Petrus filius d. Gregorii et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 192). R. N. A. M. t. IV, p. 153.

392. Die 10 m. martii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 61, sed et Constantino frater eius m. i. an. 58. Leone qui nominatur Levorano, filio q. Petri de Iannita abitator in Acerra promittit d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter due peties de terra, una est arbustata et nominatur in campo maiore, posita in loco qui nominatur Pumilianum foris arcora et alia est campese et est iusta illa padule at illu ponte de memorato loco Acerre una cum arboribus *etc.*; coherente sivi a memorata petia arbustata de uno latere terra de illi (1021)

(1) I. e. dies festus Nativitatis b. Mariae virginis, voce a graeco γένεσις, ni fallor, corrupta.

de Alfanum, sicuti inter se levata exfinat et de alio latere de illi Morfisa, sicuti levata exfinat, de uno capite terra heredum d. Petri Palmese et de alio capite terra de illi... et de illu modiosolidos et memorata alia petia de terra campese coheret sivi ab uno latere terra de illum Mannoccia, et de alio latere terra de illu Barvoccia, et de uno capite ipsa padule monasterii qualiter vadit et intrat intus bena de laneum et de alio capite terra Petri Pilia de memorato loco; quas ipse igumenus dedit eidem at lavorandum. In eo tenore *etc.* tantummodo homni annue de memorata petia de terra arbustata terraticum dare debeat in festivitate S. Marie de augusto mense idest de quale bictum ibidem seminaverit modia sex vonum *etc.* tractum *etc.* et bonum mundum et saccapannis dividere per medietatem et medietatem monasterii servare debeat dies 3 et traere at illa obedientia de memorato loco Pumilianum *etc.* et per vindemias duas personas cum caballo nutrire ut iustum fuerit, et at ipsum caballum dare omnem sera due quarte de ordeum. Insuper stetit quod quando ipse arbustum fuerit totus pastenatus et vitatus tunc de inde in antea monasterium de ipso terratico eidem Leoni facere debeat minus omni anno modia dua, et de ipsa padule dividere debeant seminatum in quartam partem, idest partem unam tollere monasterium et partes tres ipse Leone, et quando fuerit tempus de plena de aquas faciet inde quomodo faciunt alii consortes in ipsa padule. Et quando una persona monasterii ad recolligendum venerit nutrire *etc.* et si ipse Leo abrenuntiare *etc.* nec monasterium illos tollere *etc.* excepto si memorata obedientia ordinaberit et pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus memorato Leone. Testes: Iohannes filius d. Sergii, Gregorius Curialis et Stefanus Curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 498). R. N. A. M. t. IV, p. 157.

(1021) 393. Die 25 m. augusti ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 61, sed et Constantino m. i. fratro eius an. 58. Petrus qui nominatur Iurdula filius q. Stephani et adoptibo filio q. Cari, commanente in loco qui vocatur Calbethianum vendit et tradit d. Marie ven. abbatisse monasterii et cenovii b.^{mi} Gregorii et Sebastiani atque Domni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni puellarum Dei et per eam in memorato monasterio integram petiolam de fundum positam in memorato loco et nominatur ad piscina piccula una cum introitum *etc.* coherente sibi ab uno latere et uno capite fundum memorati monasterii et ex alio latere fundiciolum heredum d. Iohannis de Arera et de alio capite via publica. De qua nihil exinde *etc.* et ha nunc et deinceps *etc.* Insuper omni tempore antestare et defensare debeat *etc.* eo quod acceperat auri tari 4 et modium unum de triticum; pena in auri sol. 3 byth. Scriptum per Iohannem Curialem et scriniarium. Signum manus memorati Petri Iurdula. Testes: Gregorius filius d. Petri, Leo filius d. Iohannis scriniarii, et Stephanus filius d. Cesarii. (*Deest absolutio curialis*) — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 349) MINIERI. *O. c.* n. 9.

(1022) 394. Die 30 m. ianuarii ind. V. Neapoli. Imperante. d. n. Basilio m. i. an. 62 sed et Constantino m. i. fratre eius an. 59. Iohannes qui nominatur Acerra filius quidem Mastali, nec non Anna et Masa vendunt et tradunt Marie duas petias terre in loco qui vo-

catur Agellum qui est foris flubeum, et quartam partem ecclesie S. Petri sitam in dicto loco Agelli, que olim fuit Marie filie Iohannis presbiteri de S. Archangelo, et coheret dicta terra cum terra dicte ecclesie S. Petri, cum terra Sergii filii Iohannis de Barbaria, cum terra Ioannis Pirisini, pro pretio auri sol. 15 de tari ana quatuor tari per solidum et pena controventionis statuta est in auri sol. 66 byth. Actum per Iohannem Curialem et scriniarium — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 350.

395. Die 20 m. augusti ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 62, sed (1022) et Constantino m. i. frater eius an. 59. Iohannes et Bernardus, uterini germani filii d. Adelmari, seu Gregorius filius d. Iohannis Brancazzi et d. Marie iugalium, qui sunt germani nati ex una genitrice et ex duobus genitoribus, ipse vero Gregorius per absolutionem gloriose potestatis d. Sergii in Dei nomine eminentissimi Consulis et Ducis, eo quod infra etatem erat, abendo abocatorem d. Cesarium thium suum filium d. Gregorii a dicta gloriosa potestate ei datum, promittunt Leoni filio Iohannis de Ursinianu pro vice sua et pro vice Landolfi germani sui habitatoribus in loco, qui vocatur S. Petrus ad Padule ; propter petiam de terra que vocatur ad vineam auri, positam ad S. Vitum in ipso territorio padulano, et coheret d. terra cum terra monasterii Ss. Seberini et Sossi, ubi eorum venerabilia quiescunt corpora, cum terra ecclesie S. Viti et cum terra quam detinet ad responsaticum Petrus de Cinnamo de dicto loco, quam terram recipiunt ad pensionem predicti Leo et Landolfius germani, unde promittunt eis dare singulis annis fasioli albi quartas septem et pena controventionis statuta est in auri sol. 12 byth. Actum per Stefanum Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 534.

396. Die 2 m. iunii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 62 sed et (1022) Constantino fratre eius m. i. an. 59. Gregorius et Sergius filii q. Iohannis, cui supra nomine Lupaticco, et Iohannes filius q. Petri de Cicino et Iohannes adoptivus filius q. Gregorii, cui supra nomen Marca, hoc est cognati, et Iohannes presbiter et Marinus, filii q. Ursi Lupaticci privigni eius, habitatores in loco qui nominatur Guzzanum quod est in Monte Pausilipense, promittunt d. Musande abbatisse monasterii S. Marcellini, ex eo quod tenent a dicto monasterio duas petias de terra una cum sex unciis alterius terre, que fuit de illi Spatamolla, excepta modica parte quam habet Gregorius Fuscula, sitas in dicto loco iuxta terras S. Eufraxie, de illi Millusi, de illu Barbarasa, ecclesie S. Cecilie, monasterii Insule Salvatoris, monasterii S. Marie ad Cimintaria et Ursi de Pergola ; propterea promittunt dare dicto monasterio anno quolibet tritici modia tria , et terraticum et vinum una cum medietate fructuum et castanearum et glandium. Actum per manus Iohannis Curialis. — *Notam. instr. S. Marcellini* p. 197.

397. Die 10 m. septembrii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 63, (1022) sed et Constantino frater eius m. i. an. 60. Maria que Marenda clamatur, filia q. d. Bitaliani cognomento Arvomacculo, relicta q. d. Sergi cognomento de Gentile, vendit et tradit Iohanni Ferrario qui nominatur Corbulo filio q. Petri Ferrarii qui nominatur Corbulo, petiam de terra que nominatur at correlari positam in loeo, qui nominatur Casole

una cum intersico suo et cum parte de scapula ibi coniuncta parte occidentis, et cum palmentum frabitum et subsceptorium suum, qui in ipsum intersicum exe videtur et qualiter descendit et badit da ipsa clusuria usque at cilium de alia scapula que fuit de illu Botrantinum, quam modo abet Bono Ferrario previgno suo, insimul una cum arboribus et cum portione de piscina comune et cum omnibus *etc.* pertinentem sibi per chartulam comparationis membranis scripta, quam sibi exinde fecit Iohannes filius q. d. Stephani qui nominatur Pappamaurontum, postmodum vero monachi, cum consensu Marie Amalfitane conius sua, et at memorato Iohanni pertinuit per aliam chartulam comparationis, quam ei fecit Stephanus, qui nominatur Rindininum filius q. Petri Herarii Rindininum, postmodum vero monachi et Maria iugales, et at eis obbenit a q. Leone Herario filio Marini Botrantini et at ipso Leoni per chartulam comparationis, quam ei fecerunt Stephanus et Bonus germani filii q. Petri Morci milite de Casole et Summus filius q. Iohanni thio et nepote et memorato Summo pro vice Stephano puerulo nepote suo filio Iohannis germani sui, quas chartulas cum uno disposito, quam fecit q. Drosu filia q. Boni presbyteri, coniux memorati Leoni Ferrarii, continente quomodo ipsa Drosum donabit at memorato Leone viro suo integra quarta parte falcidii sui, in presenti ipsa Maria dedit eidem Iohanni Ferrario. Et at memorata clusuria coheret sivi ab uno latere caba pubblici et de alio latere terra memorati Iohannis Ferrarii, sicuti inter se sepis et fossatus exfinat, et de uno capite est atrium de memorata piscina comune, seum et fundiciolum memorati Iohannis sicuti egripus et parietina seu sepis exfinat, et at memoratum intersicum est ex parte ipsa clusuria et a foris scapula, et a parte occidentis terra eiusdem Marie, et a parte meridiana est scapula qualiter descendit ad terram memorati Boni Ferrarii. De quibus *etc. etc.* propter quod accepit exinde auri sol. 12 de tari ana quatuor per solidum et pena in auri sol. 24 byth. Scriptum et actum per Sergium Curialem. Signum manus memorate Marie. Testes: Petrus filius d. Cesarii, Iohannes Curialis et Iohannes filius d. Sergii. — R. N. A. M. t. IV, p. 170.

(1023) 398. Die 16 m. iunii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 63, sed et Constantino frater eius m. i. an. 60. Petrus Secundicerius, filius q. Stephani qui supernomen Cyti, pro vice sua et pro vice Gregorii cognati sui, abitatores in loco qui vocatur Campo rommani, quod est foris flubeum et Cesarius filius q. Donati de loco, qui vocatur Arinianum, promittunt d. Pancrati ven. igummeno monasterii Ss. Theodori et Sebastiani et ven. congregationi monachorum eiusdem monasterii propter integra silva, que nominatur et ponitur ad illu flatum quod est in montem Besubii, quantum est super et subtus bia publica una cum scapulis et ribis et cum introitu suo omnibusque *etc.* coherente sibi ab uno latere reliquum ex ipsa silva et ribo qui nominatur de lepore quem igumenus in sua reservavit potestate, sicuti aqua exfinad, et ex alio latere est ribo qui, nominatur de corboro, et de uno capite est terra eiusdem monasterii, quam ipse Cesario ab eodem ad pastenandum tenere videtur, sicuti bia et lavinarius exfinat, et a foris ipsa via est coniolum ipsius monasterii, ad vero alio capite est terra S. Neapol. ecclesie, quam

Basilio et Constantino impp. a. 1023.

silvam ipse igumenus eisdem et eorum heredibus dedit ad laborandum et ibidem insertetum faciendum. In eo enim tenore *etc.* et insertas insertare debeant ubi necessum fuerit *etc.* et omne seminatum super se tollere *etc.* insertas vero colligere et dividere per sex uncias, et ipsas sex uncias eorum dividere inter se per medietatem et portionem ex insertas monasterii trahere intus obedientiam S. Basilii in ipso loco debeant; pena constituta in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum der Petrum Curialem. Signum manus memorati Petri et Cesarii. Et oc memorati sunt ut quando ibidem glandes abuerint aut qualecumque fructus ipsi et heredes eorum illos dividere debeant cum monasterio per medietatem et traere usque intus memorata hobedientia et quandoque ibidem escas abuerit post ipse inserte tam ipsi quam monasterium porcos ibidem ponere licentiam abeant. Testes: Iohannes filius d. Stefani, κεσαρειυς φειλειυς δω ιοαννει i. e. *Cesarius filius d. Ioannis* et Gregorius Curialis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 963) R. N. A. M. t. IV. p. 172.

399. Die 20 m. iunii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 63, sed et Constantino frater eius m. i. an. 60. Petrus qui nominatur Rappulo filius q. Voni, abitator in loco qui vocatur Arinianum foris flubeum promittit d. Pancrati ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter una terra quam abet in illum monte monasterii, qui est in monte Besubeo, una cum arboribus *etc.* coherente sivi ab uno latere est campum eiusdem monasterii que lavorat Iohanna presbytero filio Stephani presbyteri sicuti.... terre quomodo aquas exfinat et in capite ex ipso ribo est iterum terra monasterii que lavorat memorato Iohanne, et de alia parte est via que badit per terra monasterii et descendit at Nonnaria et salit usque at ecclesiam domini et Salvatoris, de uno capite a parte de subtus quomodo descendit ipsa terra...... de illum coniolum qui dicitur murcum et de alio capite a parte de supra est alia terra eiusdem monasterii; quam terram exegregaverant sicuti et quomodo continet firmissima chartula securitatis, que de ipsum monte et terris monasterium abet, ipse igumenus dedit eidem Petro at lavorandum; at inclitum insertetum in eiusdem monasterii reservavit potestate. In eo tenore *etc.*; illam laborandi et scoropandi *etc.* caucuminas et vites *etc.* etiam castaneas et insertas pastenare et seminatum recolligere *etc.* tantummodo omni annue de eo quod ibidem bernoticum seminaberit terraticum dare debeat, sicut alii ommines de memorato monte at illum modium cum quo de ipsis terris igumenus tullerit, et binum et saccapannas dividere per medietatem et medietatem monasterii trahere ad obedientia S. Basilii de Nonnaria et illam vindemiare et una persona per vindemias nutrire, et castaneas et insertas et glandes similiter per medietatem dividere et trahere ut supra. Insuper ubi ipse pastinus factus fuerit tunc terraticus moriatur, et terram eidem Petro tollere *etc.* sed quando ipse abrenuntiare voluerit pastenatam et vitatam licentiam habeat et insertetum in monasterii sit potestate: pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus memorato Petro. Testes: Gregorius Curialis, Stefanus filius d. Cesari et Gregorius filius d. Sergii — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 970). R. N. A. M. t. IV, p. 175. (1023)

Basilio et Constantino impp. a. 1024-1025.

(1024) **400**. Die 27 m. ianuarii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 64 sed et Constantino m. i. frater eius an. 61. Iohannes humilis presbiter et primicerius congregationis nominate..... idem vero ecclesie bocabulo veatissimi Petri Christi apostoli, que nominatur et ponitur a Baiane, regione forcillense, cum consensu de cuntos dominios memorate ecclesie promittit d. Theodonande *abbatisse monasterii S. Archangeli* ibi ipsum a Baiane puellarum *Dei* idem regione furcillense..... cellari quo est suptus timatico ?..... constitutas vero suptus superiora..... positas in memorato vico publico qui nominatur Baiane, unde *intentionem* inter eos abuerunt dicendo pars monasterii... inferioras ipsius.... quod ex ipso monasterio esset a tribus partibus, pars autem memorate congregationis ut ipsas inferioras omni tempore fuissent de memorata ecclesia... in iudicio charta.... de memoratos cuntos dominios..... S. Crucis..... *ipse Iohannes promittit* nunquam querere memoratas inferiora pro vicem de memorata ecclesia S. Petri a memorato monasterio: pena in auri sol. Scriptum et actum per Petrum curialem. *Signum manus* . . . . Gregorii. . . . Iohannis qui nominatur Masculo..... Iohannes presbiter et primicerius subscripsit. Testes : Iohannes filius d. Cesarii, Gregorius filius d. Iohannis et Sergius filius d. Leonis. — Sabatini, *Calendario Napoletano*, t. VIII, p. 9.

(1025) **401**. Die 3 m. aprilis ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 65 sed et Constantino frater eius m. i an. 62. Cicino qui nominatur Russo, filius q. Palumbi qui fuit habitator de loco qui vocatur Arcupintum, et Gregorius qui nominatur Capaburria S. Neap. ecclesie, filio q. Leoni, hoc est cognati, abitator in loco qui vocatur Casa auria ipsius Neapol. ecclesie promittunt d. Gregorio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integras terras positas super clibum in loco qui vocatur Paternum ad S. Petrum, que sunt nominative: primo campus qui nominatur at illa Casula, et alia petia qui dicitur de d. Andrea, et alius campus qui nominatur at illum felice, quarta petia que est coniuncta cum illo fundo maiore reservato in monasterii potestate, quinta petia que est in capite de illa carraria, sexta petia que dicitur ille fundiciolum pictulum insimul una cum arboribus *etc.* et cum portione de illa piscina maiore communalem de memorato loco Paternum, que est iuxta ecclesiam S. Petri apostoli; quas terras ipse igumenus eis suisque heredibus dedit in colligio at lavorandum. In eo tenore *etc.* et arbores trappare et propinare *etc.* etiam et ipse Cicino de memoratis terris laborare debeat partes duas et in memorato fundo pictulo residere, et casam et aream seu hortum et reditas ibidem facere et ipse Gregorius lavorare debeat partem unam et quodcumque *etc.* tantummodo per festivitatem S. Marie de augusto mense terraticum dare de quale victum ibidem seminaverint modias 30 tractum intus monasterium et mensuratum ad modium iustum de comedendo et unum carrum de palea bona trilicea et in festivitate S. Sebastiani pictias bonas mundas iustas 20. Unde ipse Cicino partes duas et ipse Gregorio parte una persolvere debeant set ipsa modias 30 terraticum omni annue dare debeant de 30 unum modium de terra et quantum plus fuerit tunc per ratiocineas plus terraticum dare debeant per ipsum superfluum et desuper

vinum mustum mundum et saccapannas dividere per medietatem *etc.* et vindemiare *etc.* et per vindemias duas personas cum caballo nutrire, cui per omnes seras hordei quartas duas dare debeant. Insuper stetit quod monasterium eos exinde iactare licentiam non habeat, sed si in memorato loco obedientiam hordinaverit et ipsas terras lavorare potuerit, licentiam habeat illas tollere; etiam et ipsi Cicinus et Gregorius illas abrenuntiare cum omni sua melioratione et exinde excotere omnem causam eorum, excepto sepis per giro ipso fundum pictulum que inde non bersent; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium Signum manus Cicino et Gregorio. Testes: Iohannes Curialis, ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ Δ̅Ν̅ ΛΕΟΝΙ, i. e. *Petrus filius d. Leoni* et Stephanus Curialis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 635). R. N. A. M. t. IV. p. 133.

402. Die 10 m. aprilis ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 65, sed (1021)
et Constantino m. i. frater eius an. 62. Charta firma facta a Sergio Amalfitano filio q. d. Pardi Amalfitani et q. d. Marie iugalium de omne sua hereditate seu substantia. Et primum omnium disponit ut a die quam obierit badant pro anima sua auri sol. 50 de tari ana quatuor per solidum per manus d. Iohannis filii q. Marini de Sirrento, postmodum vero monachi et per manus d. Sergi Ipati thii sui, filio q. d. Marini de Sirrento, et per manus d. Sergii Ipati thii sui, filio q. d. Iohannis ut distribuant illos pro anima sua cum Leone filio suo, in hoc ordine: vid. si Domino placuerit et ipse ad monasterium perrexerit, dentur exinde in ipso monasterio, ubi se monacum fecerit in quantum previderit ad d. Petro ven. abbate, qui nominatur Santire, spiritali seniore suo, sol. 1., in monasterio S. Marie de domina Aromata sol. 1., in monasterio et cenobio S. Gregorii maioris sol. 1, in monasterio S. Sumone (1) tari 2, in monasterio S. Martini ad monachorum (2) tari 3, in cathedra vel ecclesia S. Marie ad presepe (3) tari 3, et in cathedra vel ecclesia S. Marie catholice maioris tari 2; ad Canforata famula sua tari 8, ad Mauro et ad Mirando famulos suos ana singulos solidos et alios omne famulos et famulas suas ana tari 2 et quantos famulas pue-

(1) Situm huius monasterii, quod saec. XII, ecclesia tantum superstite, obsoleverat (Cf. t. I, p. 318), nuper in quodam instrum. a. 1346 confecto repperi. Ibi enim aedes Vandellae Caracciolae in regione Nidi describuntur, et inter fines earum memorantur ecclesiae S. Samone et S. Andreae ad *Iaconiam* seu *a Nido.* Cum autem S. Andreae ecclesia in via nunc *del Salvatore* appellata adhuc extet, consequens est ut ibi etiam monasterium S. Sumone extiterit. V. *Spoglio di strumenti in pergamena del monast. di S. Domenico maggiore.* Carte dei monast. soppr. n. 596 f. 24 v. nell' Archivio di Stato.

(2) Cum t. I, p. 167 huius operis de monasteriis sub titulo S. Martini in urbe nostra extructis egi, vulgarem opinionem secutus situm illius, quod ad *monachorum* dicebatur, in regione Capuana, ubi nunc hospitale S. Mariae *de pace*, ob antiquam ecclesiam sancto episcopo Turonensi dicatam et olim nibi extantem, recognovi. Nunc autem, re melius perpensa et appellatione *ad monachorum* ad trutinam revocata, in regione Nilensi monasterium ipsum collocandum esse censeo. Ibi enim vicus *monachorum* (*Notam. instr. S. Gregorii* a. 1132 n. 96, an. 1230 n. 16) secus quem illud extitisse facile coniici potest.

(3) Ecclesia parochialis S. Mariae *ad presepe*, quae aliquanto tempore fuit etiam, uti ego conieci, una ex septem Neapolitanae urbis diaconiis (cf. *Chroniche di Parthenope* I, 42) extabat olim in regione Nili, contra ianuam maiorem ecclesiae S. Angeli ad nilum. A forma orbiculari, quam habebat, nomen etiam *Rotundae* accepit. At anno septuagesimo superioris saeculi cum ducis Casacalendae, quae eidem imminebant, aedes restaurarentur et ad meliorem speciem reducerentur, visum est templum pervetustum et monumentis singularibus refertum destruere et aboleri, quod pessimo Neapolitanarum rerum fato peractum est. Tunc cura parochialis ad ecclesiam, quae vulgo *del Gesù vecchio* audit, translata est, et deinceps ad aliam S. Francisci *delle monache*, ubi ad praesens, servato nomine *della rotonda*, extat.

rulos abuerit ana singulos tari; reliquum distribuant ubi ipsi melius previderint: esigantur vero dictos solidos ad suum obitum da supposito Leone et da Manso et Mastalo et Mauro et Blactu hypatis filiis et filia suis et da Iohanne filio q. Marie filie sue et si dilationem fecerint, ipsi distributores, illorum heredes vel persona illa ad cui istum dispositum in manus paruerit appresentare, licentiam abeant ex ipsa hereditate venumdare quantum voluerint ut distribuant illos qualiter superius iudicavit. Item disponit quod abeant donatum ipsi filii sui omnes domos suas intus de civitate Neapolis in regione Nilo una cum omnibus *etc.* et cum curtes et omnes marmores et cantaras et omnem suum hospitatum fundatum et exfundatum de cuncto territorio abellano vivorum et mortuorum seu cespites vel omnes consuetudinarias censoras et regulas seu responsaticas et salutes adque scaballicationes, nec non terras de loco qui nominatur Rominianum et domos et terras bacuas et urna privinas (1) quantas et quales abebat intus civitatem Amalfi et omne hereditatem in pertinentiis ipsius Amalfitane civitatis et in castellis eius et quantam abet et in insula Capritana et omnes solidos quantos et quales abet sive intus ipsa civitate Amalfi et in ipsis castellis et finibus sibe prestatos aut per alium quolibet modum, et omnes famulos et famulas et defisos suos de intus et foris cum omnibus eis pertinentibus seu et omnes armas et loricas et caballos cum illorum paraturiis ut dividant sibi illud inter se in quartam partem; in eo tenore ut si quis ex ipsis filiis suis masculis sine proprio herede de vero uxore et viro obierit, tunc unus alteri inter se moriatur gratis et si omnes quod absit absque herede moriantur, integra illorum donatione gratis rebertant ad supradicta Blacta filia sua et ad supradicto Iohanne nepote suo. Item abeat donatum supradicta Blacta omnes pannos quantos et quales ipsa abet vel abuerit vel ipsa sibi laboravit, cositos et excositos, sericos et iancos, puros et vellatos seu plumatos seu et duas flectas spaniscas (2) et una de arate (*l.* deaurata) et tres listem? inferrate (3) ad una et dua facciolas gricisca et una ardisca et due galule ardisce (4), et ante divisionem unam famulam, et postea unum parium de noscicte auree pensantes uncias 3 et pinnuli (5) aurei parium unum pensantes uncias 3 et acum? auree parium unum pensantes uncia una et media et pannum sericum unum valientem uncias 4 de auro quod fiunt insimul auri 13 et media. Item dare debeant heredes sui ad memorato Iohanne nepoti suo auri solidos 60 de tari ana quatuor per solidum, et si ipsi filii sui masculi totum non recollexerint, a tunc quantum exinde per ratiocineas dare debent, et si supradicta Blacta passiba (6) mortua fuerit, tunc nobem uncias et media de supradictis tridecim et media pro

(1) Ita in cod. Perris, et in exemplo clarissimi viri Matthaei Camera; quid vero haec vox significet nescio.

(2) *Flectae*, quarum inter ornamenta muliebria mentionem fecit Saba Malaspina (L. IV, c.6), fortasse erant fasciae sive vestes in modum hispanicum vel ex hispano opere confectae.

(3) L. *inforrate* i. e. assutae, italice *infoderate*. Vox est Neapolitanae dialectus.

(4) *Facciolae*, vel *faczola*, graece φακιολια. i. e. linteola plerumque, uti heic coniicere licet, ad capitis tegumentum adhibita. Cf. Ducange, *Glossar. med. et inf. graec.* in v. Apud Caietam etiam *faczolum aureum* cum hac significatione invenio. V. *Statuta, privil. et consuetudin. civit. Caietae.* etc. p. 109. — Quid vero significent *galule ardisce* et *gricisce*, nec non *noscicte* penitus nescio. An *ardisce* pro *antisce*, ut in doc. n. 245?

(5) Ita adhuc in quibusdam Neapolitanae urbis villis inaures dicuntur; italice *pendenti*.

(6) Forte in minori aetate constituta.

Basilio et Constantino impp. a. 1025.

supradictas paramentis et pannis gratis rebertant ad supradictos filios suos et ad Iohanne nepote suo et de reliquis 4 unciis in potestate eiusdem sit faciendi omnia que voluerit, et si ipsa virum sibi sociata fuerit, in sua sit potestate faciendi de omnibus dictis unciis tridecim et modia cum paramentis et pannis et supradicta famula omnia que vofuerit. Item si supradictus Iohannes passibus mortuus fuerit memorati 60 sol. dictis filiis et filie suis revertant, excepto si ipse sibi uxorem sociatus fuerit, tunc in sua sit potestate faciendi exinde quod voluerit. Item abeat donatum ipse Iohannes una famula, quam ipse datam abuit ad genitrice sua cum omnibus quando et quomodo dedit quando ad ea virum sociabit, reliquum vero sit de ipsis filiis suis ut dividant illut inter se in sextam partem per equaliter; in eo tenore ut si quis ex ipsis fine proprio erede obierit, uni tunc alterius moriantur, si infra etate gratis, si vero legitimus, tunc dentur ipsis pro eius anima medietate pretii *etc.* dispositionibus vero de omnibus movilibus unus quis ex eis faciat que voluerit. Insuper disponit ut supradicti filii sui militare et defendere debeant per militias suas secondum usum et consuetudinem ipsius civitatis ad supradicta filia et nepote suis omnia da militia pertinentes ubi eius superius portionariis fecit, set liceat viro supradicte filie sue et nepoti suo ire cum eis ad scoballicandum, et dare debeant omni annue ad Marendam monacam filiam suam per estatem tritici modia 12, et per vendemiam vinum mundum hornas 12, ad modium et congium iustum, et per vestimentum auri tari et quatuor, ad eius transitum auri sol. 10 pro anima sua. Item disponit quod post suum transitum vadant libere et absolute supra dicta Canforata seu Marta et Rosa, famule sue una cum omni illarum peculiare et bestimentis seu romaciolis (10) inter omnes liberas mundam et veram libertatem ubique vivere valeant, tantum inquit ac pro firma ut nullatenus se in serbitio tradere et nec serbum sibi virum sociare, et si hoc facere presumpserit licentiam abeant supradicti heredes sui illas atprehendere, sicuti propria illorum famulas et ad vera libertatem perducere; set salva libertate obaudire debeant filiis suis masculis et ipsa Canforata supradictis filiis suis servire debeat, dum in unum habitaverint et ubi inter se diviserint libera et absoluta exire debeat. Iitem supradicta Blacta filia sua habitare debeat in supra dicta domu de intus ipsa civitate, dum passiba fuerit vel si virum sibi sociaberit et vidua remanserit tantum ubi se regere valeat cum causa sua ut iustum fuerit. Item si predictus Iohannes voluerit in commune revocare et ad dividendum venerit cum dictis filiis et filia suis ille lenicule inaurate da viro et illa paraturia de sambuca inaurate, et unum parium de caucinella cum casella de rammea (11) tunc non abeant licentiam querere portionem ab ipsis filiis et filia suis de qualecumqe mobilem de reliqua omnia supradicta. Item disponit ut non abeant licentiam supradicti filii et filia sua et nepote suo uxorem et virum sibi sociare absque voluntate d. Sergii ipathi filii sui et de

(10) L. *stromaciolis*, ut supra n. 96. Dominicus Perris enim, vel quisquis alius ille fuerit, qui membranam originalem in Chartario ab eodem Perris cognominato transcripsit, aliquando Curialium characteres non bene intellexit; nec praeterea in editis errores typographici desunt. Quoties igitur in membrana voces aperte erratas deprehendi, eas vel ex ipsius documenti contextu, vel ex aliorum similium collatione fidenter correxi; reliquis vero, quae tales mihi videbantur, in ancipiti relictis.

(11) Omnia sunt ornamenta ad mundum muliebrem pertinentia.

Post obitum Constantino impp. a. 1025-1026.

aliis propinquiores parentis suis et si qui illut facere presumserit, tunc licentiam et potestatem abeant ipsi et illorum heredes apprehendere integra personas de illum vel de illa sicuti propria illorum famulis et de persona sua facient qudcumque voluerint. Item disponit ut dicti heredes eius in ecclesia comuni sua et de parentibus suis vocabulo S. Marie ad montem aureo de intus civitatis Amalphi rendere debeant auri sol. 6 et in ecclesia S. Laurentii de civitate Amalphi auri sol. 4 et in ecclesia comuni sibi et de parentibus suis vocabulo S. Marie ad Circule (12) propinque istius civitatis Neapoli auri tari 17. quos ipse commenditos abebat; iungendi vel minuendi *etc.* Abeat denique S. Neapoli ecclesia pro luminaria absque iniuria tremissem unum neapolitanum. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus Sergii Amalphitani. Testes: Gregorius filius d. Iohannis, Iohannes filius d. Stefani et Gregorius filius d. Petri. — Exemplaria dipositi relevata ex authentica, quam adduxit d. Iohannes filius d. Leonis, per Iohannem primarium et Petrum Tabularium Curie civitatis Neapolis imperante d. n. Romano et Michaele seu Andronio et Constantino porfirogenito mm. ii. a. 4. die 23 m. martii ind. X (1072) — Ex cit. Chartario Perris n. 79 editum ap. Grimaldi, *Annali del Regno di Napoli* t. VII. p. 305 (13).

(1025) **403.** Die 26 m. decembriis ind. IX. Neapoli. Post obitum Constantini m. i. an. 1. Drosu que nominatur Cuccula, abbatissa monasterii Ss. Marcellini et Petri promittit d. Leoni filio d. Ioannis de Martino propter ecclesiam vocabulo S. Renati Xpi Confessoris, iuris dicti monasterii, posita intus civitatem Neapolis in loco, qui nominatur Patricciana regione Porte nobensis, iuxta domum monasterii una cum domibus et habitationibus seu cellis iuxta Sinagogam Ebreorum et cum hominibus et substantiis et cum codicibus et ornamentis, quam ecclesiam ei contulerunt moniales dicti monasterii, quia iuris ipsius est, cum onere prestandi anno quolibet dicto monasterio paria duo oblationum et ei consignant suppellectilia sacra dicte ecclesie, et sic promittunt observare. Actum per manus Iohannis Curialis et testes sunt Iohannes filius d. Sergii et Iohannes filius d. Gregorii. — *Notam. instrum. S. Marcellini* p. 191.

(1026) **404.** Die 14 m. aprilis ind. IX. Neapoli. Post obitum Constantini m. i. an. 1. Dispositum factum a Sergio naturali q. d. Gregorii Inferni qualiter de omni sua hereditate et substantia de intus et foris inferius indicaberit firmum maneat imperpetuum; et primum homnium disponit ut cum mors sibi obvenerit Iohannes Gundatitio filius q. d. Teofilacti et d. Pandolfo filio q. d. Iohanni de d. Pandolfo distributores sui vendant lectum suum hordinatum cum culcitra et capitale cum indona (14) illorum in ibidem de pinna et cum lena caprina, et cum omni lectisternia sua et unum siscum suum scoplitum (15) et il-

(1) De ecclesia S. Mariae ad circulum egi in *Arch. stor. Nap.* A. III, p. 66.

(2) Documentum ipsum, forsitan ex eodem cod. Perris summatur a clarissimo viro itemque mihi amicissimo, Matthaeo Camera, cui quantum Amalphitana historia debet nemini ignotum est. Cf. *Mem. stor. e dipl. di Amalfi* t. II p. 228.

(4) *Indona* forte ab ενδον *intus*, scil. cum tomento, quod intus culcitram et *capitale* inductum erat, et plumis constabat. Infra n. 493 est culcitra *intomata* scil. tomento farcita.

(5) Supra n. 252 habetur *riscum scomplitum*.

Basilio et Constantino impp. Post obitum Constantini a. 1026.

lum bambace da suum bestire et homnes argatilias (16) et pectines da tile trahere masculini et pretium quem exinde detulerint, distribuant pro anima sua in hoc ordine: at quidem Anna et Mariola, quas ipse procreavit in quidem Maria et Drosu ana tari tres, et duos tari d. Benedicto ven. presbitero spiritali patri suo et tari duos in illum cilicium, unum tare pro istum suum dispositum at recolligendum et exiat exinde illa septima et homnem opsequias suas et reliquum pretium sia in potestatem de memoratis distributoribus distribuendi illas pro anima sua ubi ipsi melius prebiderint. Reliquas vero omnes mobilias suas post suum obitum sit de quidem Maria genetrice sua, et si boluntas Dei fieri et ipse se monachum fecerit in monasterio S. Sebastiani, omnes terras suas cum illo fundo quem habebat at Malitum foris illum fossatum publicum, et omnes terras quas habebat in loco qui vocatur Pischinule sit offertum et traditum in memorato monasterio, tantummodo dare debeat medietate de frugias ex ipso fundo et terris at memorata genetrice sua et post suum transitum remaneat in monasterio. Habeat S. Neap. ecclesia pro luminaria auri tremisse unum; pena in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus Sergii. Testes: Iohannes filius d. Gregorii, Sergius filius d. Gregorii et Iohannes filius d. Cesarii.— (*Notam. instr. S. Sebast.* p. 617) Pergam. dei monast. sopp. t. VII, n. 64. R. N. A. M. t. IV, p. 185.

405. Die 3 m. magii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 66, sed et Constantino frater eius m. i. an. 63. Petrus qui nominatur Gallitula filius q. Ursi de Fermosum, abitator in loco qui nominatur Pumilianum foris arcora dudum aqueductus commutat et tradit Sparano germano suo filio q. Pumiliani, abitator de memorato loco, integram petiam de terra, que nominatur at pratora posita in memorato loco, una cum arboribus *etc.* coherente sivi ab uno latere et de uno capite terra Macrini Lagnese de memorato loco, de alio latere terra episcopii S. Felici Nolani et terra heredum q. Fermosi germani sui, ex alio capite terra memorati episcopii et abet per unoquoque latere de longitudine ana passi 44, et pro unoquoque capite de latitudine ana passi 18, mensurati ad passum ferreum *etc.* De qua nihil *etc. etc.* et at vicem in commutatione recompensationisque accepit petiam de terra, que nominatur ad illa gruce posita in memorato loco, una cum arboribus *etc.* coherente sivi ab uno latere fundum heredes q. Guisi Causamala, de alio latere terra de illi desicule et de consortes suis qualiter inter via discernit, de uno capite via pubblici, que nominatur sommese, et ex alio capite terra Iohannis filii q. Leoni Pappahasinum et abet pro unoquoque latere de longitudine ana passi 52, et de latitudine pro unoquoque capite ana passi 15 mensurati *etc.* De qua nihil *etc. etc.* et pena in auri sol. 26 byth. Scriptum et actum per Sergium Curialem. Signum manus Petro. Testes: Gregorius Curialis, Iohannes Curialis et alius Iohannis curialis—(*Notam. instr. S. Sebast.* n. 194). R. N. A. M. t. IV, p. 187. (1026)

406. Die 24 m. iulii ind. IX. Putheoli. Post defunctione Constantino Imperatore an. I. Iohannes umilis presbytero greco et monacho, dispensator et rector monasterii Ss. Ser- (1026)

(16) *Argatilia* (*argatella, ariatella*) vox Neapolitanae dialectus, italice *arcolaio*.

Basilio et Constantino impp. a. 1026.

gii et Bachi qui *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii promitte d. Marino ven. presbytero, filio q. Iohannis, abitator in castro Putheolano, propter ecclesiam iuris memorati monasterii vocabulo S. Petri, que est intus iamdictum castrum, iuxta episcopium S. Proculi, ubi eum custodem ordinaverat: in eo enim tenore quatenus omnibus diebus vite sue officium sacerdotale ibidem facere debeat, hoc est vespero, et matutinos, missarum solemnias et oris laudibus, sive ad ora aut ante ora vel post ora, et de luminariorum concinnationes per dominicorum dies et per festes faciat. Pro alimoniis vero dedit et tradit ipso d. Martino terram vacuam cum gripta et cum terra vacua super ipsa gripta posita in platea pubblica, que nominatur curtense et pergit ipsa platea ad S. Celsum, una cum arboribus *etc.* et est coniuncta a parte septentrionis cum ortum heredum q. d. Marini archidiaconi et cum ortum d. Iohanni ven. presbytero, qui nominatur Basubetrana et de germanis suis, et a parte meridiana cum domum Sergii Boffa seum et casa eiusdem monasterii, et a parte orientis est anditus comunalis, et a parte occidentis est memorata platea publica; seum dedit et integra una petia de terra ipsius ecclesie posita in loco, qui vocatur Campana campese et est per passi modi dua et quarte due, coheret sivi a parte horientis via pubblica et a parte occidentis est monte monasterii qui salit at campilione, et a parte septentrionis est terra monasterii et a parte meridiana est terra Sicenolfi presbyteri de ipso castro; seum et aliam una petia de terra ipsius ecclesie posita ad arcum borrana: coheret sivi ab uno latere parte orientis est terra monasterii et de aliis qui ibidem at fines sunt et da tribus partibus est via publica; seum et alie due petie de terra que nominatur at cinacclum, iterum et alium terram que est coniolum, posita in loco qui vocatur Lauritum; iterum et alia una petia de terra que vocatur ad argentarium quod est per passi modium, unum et alia una petia de terra que nominatur at mollentiana, quod est per passi modium, una cum arboribus *etc.* hec autem omnibus diebus in sua sint potestate faciendi *etc.* tantummodo omni annue dare debeat oblata paria dua, unum in nativitate Domini et unum in sanctum Pasca. Etiam et repromittit at omni suo expendio facere una sepolturia ante regiam ipsius ecclesie pro corpusculo eiusdem Marini sepelliendo, et si illam non fecerit licentiam habeat ipse Marinus se facere sepellire in aliis sepulturiis quas factas abebat de antea in ipsa ecclesia, et si vite sue mortuus fuerit de casa sua sive masculos aut femines licentiam abeat illos sepelire in memorate sepulturie. Et non abeat licentiam ipse Iohannes *etc.* post autem ipsius Marini transitum *etc.* etiam et Iohannes in monasterii reservavit potestate omnes abitationes et terras vacuas de giro in giro ipsa ecclesia: pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium et subscribunt: ιω αμαρτωλός μοχ και πρ i. e. *Ioannes peccator monachus et presbyter*, CTEPANOYC MON i. e. *Stefanus monachus*, ιω μοχ και αμαρτολος i. e. *Ioannes monachus et peccator* et λέον αμαρτολος πρ και μοχ i.e. *Leo peccator presbyter et monachus;* Testes: Deodede archipresbiter et primicerius, Stefanus presbyter et primicerius et Ioannes presbiter.—(*Notam. instr. S. Sebast.* n. 492) Pergam. dei monast. sopp. t. VII. R. N. A. M. t. IV, p. 193.

Constantino imp. a. 1026-1027.

407. Die 7 m. augusti ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 66, sed et Constantino frater eius m. i. an. 63. Aurilianus primicerius cognomento Caballinus filius q. Petri Caballini cum voluntate de Rosa posteriora coniux sua havitatoribus in loco qui vocatur Somma, territorio plagiense, vendit et tradit Sparano filio q. Auriliani de Fontana et Sapatino filio q. Iohannis,cognominabatur Filiola, hoc est cognatis, havitatoribus in supradicto loco Somma, integra una petia de terra constituta vero in supradicto loco et nominatur ad illum torum cum aspectibus et introitum suum omnibusque ei *etc.* pertinente vero sibi per chartulam commutationis, quam sibi exinde fecit d. Petrus humilis iunior abbas monasteri S. Petri principis apostolorum cognomento et ponitur ad illa ercica cum cuncta sancta congregatione monachorum supradicti monasterii que aput ipsosa presenti remansit; et coheret sivi de uno latere terra heredum q. Madee a Materie et de alio latere bia publica que vadit at montem, de uno capite terra ipsorum et de alio capite *terra* que vocatur de illi Bascilii quomodo aqua est finis. Unde nihil exinde *etc.* ut a presenti die et deinceps *etc.* et neque ab ipso Auriliano primicerio *etc.* habeant exinde requisitionem *etc.* Insuper omni tempore antestare et defensare debeat eisdem Sparano et Sapatino hostendentibus chartulam commutationis pro eo quod accepit exinde auri tari 18; pena in auri sol. 9. byz. Scriptum et actum per Iohannem curialem. Signum manus suprascripti Auriliani. Testes Marinus filius d. Iohannis. Iohannes filius d. Faci? et Petrus Curialis. — Ex membrana originali in archivo Cav. Arca VI, n. 97 bis. *Cod. dipl. Cavens.* t. V, p. 109. (1026)

408. Die 20 m. augusti ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 66, sed et Constantino frater eius m. i. an. 63. Sergius et Stephanus devoti monachi, filii quidem Iohannis qui fuit filius q. Stephani clerici et Eupraxie iugalium, et dictus Stephanus cum consensu d. Leonis abbatis monasterii S. Angeli siti in insula Procide, et dictus Sergius cum voluntate d. Aligerni filii quidam d. Stephani Guindazzi , vendunt Iohanni domum intus hanc civitatem Neapolis in vico, qui nominatur nustriana, et coheret cum domo d. Sergii Volpicelle et cum domo Sergii qui nominatur Appuntaculum. Et hoc pro pretio auri sol. 50. Actum per Iohannem Curialem.—*Notam. instr. S. Gregorii* n. 101. (1026)

409. Die 20. m. septembrii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 64. Sergius filius d. Petri Pantaleo convenit cum d. Marino filio d. Iohannis de Moneta de quadam gripta posita in loco, qui nominatur Galloro sito ad Clibum et coheret cum terra de illi Aurilii et cum terra de illu Citrola et cum terra ecclesie S. Marie ad monetam, que est ipsius Marini de Moneta et parentum suorum et cum terra monasterii S. Vincentii puellarum Dei. Actum per Gregorium Curialem.—*Notam. instr. S. Gregorii* n. 193. (1026)

410. Die 2. m. martii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 64. Euprasia et Sergius, genitrix et filius, relicta et filius q. Iohannis qui fuit filius q. Stephani clerici vendunt et tradunt Iohanni filii q. Magi medietatem cuiusdam domus posite intus civitatem Neapolis in platea publica que nominatur nustrana, et coheret dicta domus cum domo d. Stephani de Bitaliano, d. Sergii Bulpicella, pro pretio auri tari 20. Actum per Iohannem Curialem et testes subscribuntur sine cognomine—*Notam. instrum. S. Gregorii* n. 194. (1027)

Post obitum Constantini imp. a. 1027.

(1027) **411**. Die 9. m. martii ind. X. Neapoli. Imperante. d. n. Constantino m. i. an. 64. Antiqua consuetudo huius civitatis est ut qualecumque chartula aut dispositum vel testamentum annotaberit qualecumque curialis aut notarius vel tabularius sive primarius et pro sua.... ud illud sternere et complere non concurrerit postea primarius qui huius civitatis prefuerit illa vel illud sternere et complere et firmum vel firma esset et permaneret, ut pro occansionem neminem periret. Nunc autem benerunt mihi Petro primario note alve de chartula offertionis, quam scripsit q. Leo Curialis, set pro dibina bocationem minime illa sternere concorrit, proinde ego memoratus Petrus primarius illa scribo et firmo in anc paginam ut de omnia qualiter continet firma et stabilis permaneat et ipse note continent ita: Die 20 m. martii ind. V. Neapoli. Eupraxia filia q. cum consensu Iohanni viri sui pro Domini ammore *etc*. offert et tradit d. Filippo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc*. et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii et per eos in illum grucixfissum, quem ipsa pingere fecit et illum positum abet intus ecclesiam S. Basilii que est in illa obedientia eiusdem monasterii de Nonnaria, petiam de terra que vocatur fabale posita in loco qui vocatur Arinianum quod est foris flubeum, cum arboribus *etc*. coherente sivi ab uno latere ribum et de alio latere terra que tenet Anna et filii sui, de uno capite terra Gregorii filio Sparani de memorato loco Arinianum que eum pro pastinatione tetigit et de alio capite terra eiusdem monasterii. Unde nihil *etc. etc.*; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Petrum primarium Curie civ. Neapolis qui post subscriptionem testium quod hic manibus suis prenotabit, eo quod in ipsa scedula prenotatos non inbenit et secundum consuetudinem illa complevit et absolvit. Testes vero sunt. † Ιω. † Petrus et † gg· i. e. *Gregorius*.—Pergam. dei monast. soppressi. t. VII, n. 66. R. N. A. M. t. IV p. 189.

(1027) **412**. Die 12 m. aprilis ind. X. Neapoli. Post obitum Constantini m. i. an. i. Iohannis Vicedomini filius q. Stephani et Rosa et.... puerule filie Sergii filii predicti Iohannis Vicedomini, hoc est avus et nepotes, per absolutionem gloriose potestatis d. Sergii in Dei nomine eminentissimi Consulis et Ducis, habendo abocatorem quidem Leonem qui nominatur Cascano per ipsam gloriosam potestatem eis datum, vendunt et tradunt d. Theodonande ven. monache, que nominatur Spicarella, de monasterio Ss. Gregorii et Sebastiani atque Dni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni puellarum Dei omnes terras eorum positas in loco qui nominatur Piscinole, cum piscina comuni cum heredibus Stephani de Urso; quas terras ipse Iohannes habuit a Maria avia sua, filia d. Stefani archidiaconi S. sedis Syrrentine ecclesie, relicte Sergii Curialis qui cognominabatur de Avellica, que olim fuerunt vendite a Iohanne Modio solido, filio d. Sergii, una quarum terrarum constituta est in campo de Apolline, alia una fuit vendita ab Anna filia Stephani, qui cognominabatur Mazzella, relicta Gregorii Monacolupo, tertia fuit vendita a Gregorio, qui nominatur Cutina, filio quidam Iohannis de Pipera et a Maria puerula filia Stephani Cutina que fuit filia predicti Iohannis, que posita est in dicto loco Piscinula; et ipsa Maria puerula per absolutionem gloriose potestatis quidam d. Iohannis

in Dei nomine eminentissimi Consulis et Ducis habendo abocatorem d. Iohannem filium d. Gregorii Tirritanta a dicta gloriosa potestate ei datum, alia terra fuit d. Sergii Grassi filii d. Sergii de domna Mira et Mauro Amalfitano filio quidem Iohannis de Pipera, et una terra illarum posita in capu de Apolline coheret cum terra de illi Mamavivi et cum terra de illi Gruccianima, et de illi Brancacii et ecclesie S. Marie de dona Galatea, alia terra coheret cum terra de ipsi Gruccianima Sergii qui nominatur Bulpone, et cum terra ospitalis S. Neapoli. ecclesie, alia terra coheret cum terra Iohannis presbiteri, filii Ursi de Pipera, alia terra coheret cum terra Iohannis Modio solido et Stephani de Aligira, alia terra coheret cum terra de illo Piperone. Et hoc pro pretio auri tarenorum 32, ex quibus 16 sunt boni de illis monetis veteris. Actum per Gregorium Curialem — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 97.

413. (Christe fave) Die 16 m. aprelis ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Constantino a Deo conserbato Monarchico m. i. anno 64. Gustabile et Landemri germani filii q. Gautii, qui fuerunt de intus Laneo et amodo avitare videntur in loco qui vocatur Maranum, pro vice etiam Gilio germano eorum promittunt d. Iohanni presbytero filio q. custus ecclesie S. Seberi Christi confessoris site in bico qui vocatur radio solis qui et gurgite dicitur, regione summa platea, et ipse Iohannes cum volumtate d. Gregorii ven. igumeni monasterii Ss. Theodori et Sebastiani *etc.* et de cuncta eius congregatione monachorum propter integras tres petias de terra pertinentes memorate ecclesie iuris dicti monasterii; duas ex eas positas at Sinianum et alia at Anianum, utraque cum arboribus *etc.* coherente ab una ex ipse petie de uno latere terra d. Anastasii de Seniorissa, seu et terra d. Stephani de Calcara, de alio latere terra d. Iohannis Crispani, de uno capite via publica et ex alio capite terra d. Iohannis Pisani, et ad ipsa alia petia de terra ibi ipsum coheret da tertia parte terra memorati Iohannis Crispani et da quarta parte via publica: et memorata petia de terra ad Anianum iterum coheret sibi de uno latere terra d. Petri Saragnuli, de alio latere via publica, de uno capite terra memorati d. Iohannis Crispani et ex alio capite terra heredum q. d. Stefani Modio solidos; quas eis eorumque heredibus dedit in colligio at lavorandum et pastenandum. In eo enim tenore *etc.* et nullam partem de seminato exinde dare *etc.* vinum vero mundum et saccapanna per sexuncias dividere *etc.* et vindemiare ad proprium expendium debeant, vinum vero ad bibendum *etc.* et duas personas per vindemiam nutrire et pro caballo ordei modium unum dare debeant, et nullatenus presumet illas tollere, *etc.* et quando illas abrenuntiare voluerint, si tunc illut bene arbustatum et vitatum fuerint, licentiam abeant; pena in auri sol. 13 byth. Scriptum per Stephanum scriniarium discipulum d. Leonis Curialis actum per Stephanum dudum scriptorem, nunc vero Curialem. Signum manus memorati germanis. Testes: Gregorius filius d. Cesarii, Petrus Curialis et Iohannes filius d. Iohannis—(*Notam. instr. S. Sebast.* n. 880). R. N. M. A. t. IV. p. 191. (1027)

414. Die 5 m. augusti ind. X. Neapoli. Post defunctione d. n. Constantino m. i. anno 2. Petrus Fractere filius q. idem Petri pro vice sua et pro vice Stephano ute- (1027)

Post obitum Constantini imp. a. 1027.

rino germano suo seum et Petro filio q. Lucie germane sue et Iohanne filio q. Petri de Debitiam , qui fuit de loco qui nominatur Fullotani et modo abitare videtur intus civitatem Neapolis, promittit d. Iohanni ven. presbytero greco et monacho, dispensator et rector monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuucta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integrum molinum positum in memorato loco Fullotani qui modo est distructum quem eis dedit ad conciandum et detinendum cum aquis et cursoras suas et cum terra sua ex ipsum molinum pertinente et arcaturias suas et cum introitu suo et cum terra ubi abebant illum ortum, sicut abuerunt alii molinatores qui ante illum tenuerunt. In eo enim tenore quatenus ipsi et heredes eorum illum conciare et fossatum mondare debeant, et monasterium dare debeat calce quantum ibidem necessum fuerit pro fravicandum illum molinum et omnes ferroras et illas molas et illum frabum ambas partes nutrire et pargiare debeant per medietatem, et omnes ferroras quantas ibidem necessaberint et illum roticinum ponere per medietatem , et ipsi Petrus et alii ponere debeant omne lignamen quantum ibidem necessaverit et ille mole monasterium ponere debeat. Ubi vero Domino placuerit et ipse molino atpreehenserit at macenandum, tunc da inde in antea usque in duos annos expletos quodcumque Deus dederit in eiusdem Petri sit potestate, et ipse Petrus cum Stephano et nepote tollere debeat medietatem , et Iohanne de dibitia aliam medietatem; tantummodo per omnem evdomada macenare debeant gratis de triticum monasterii, in una evdomada modia 10, et in alia 12, et una persona monasterii nutrire dum illum macinaverint, et ubi compleverint memoratos annos duos, a tunc da inde in antea quodcumque pargiaturias et macinaturias exinde abere potuerint dividere debeant illas per medietatem, et ipse monasterio traere debeat medietatem suam et molinatores item inter eos ipsam medietatem eorum et da memoratos duos annos in antea de ipsum ortum pargiare debeant monasterio at quodcumque necessaverit in ipso molino facere et ferrora et roticinum et molas ambe partes illos dare et ponere debeant per medietatem. Insuper memoratum monasterium dedit ipsis molinatoribus tres excatorias quas in memorato loco abebat, et duo ex ee sunt exaude et una est exconsita, et de ipsa excatoria exconsita ipsi omni anno monasterio dare debeant in auro tare unum et unum parium de anati, et si non fuerit tempus de anati facient quomodo alii portionarii qui in memorato loco escatorie tenuerint, et de ille excatorie que sunt exaudem illas excotere debeant et dare quomodo faciunt alii ommines cum suis portionariis de memorato loco.Insuper ipse dispensator non abeat licentiam eos iactare *etc.* et dum illum tenuerint promisit molinatores defendere da omnes homines omnique persona a parte de ista civitate, et quando ipse Petrus et alii ipsum molinum abrenuntiare voluerint, tantummodo siat conciatum et armatum, licentiam abeant. Pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. Signum manus memoratas personas. Et oc in fine memoratur ut memoratum molinum una cum aquis *etc.* Testes : Iohannes Curialis, Theodorus filius d. Iohannis et Iohannes filius d. Stephani — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 823) R. N. A. M. t. IV p. 196.

Constantino imp. a. 1028.

414*. *Charta appar iisdem notis chronologicis signata et pari contextu ac praecedens ab eodem Sergio primario scripta et absoluta atque ab eisdem testibus roborata, qua Iohannes umilis presbytero greco et monacho, dispensator et rector monasterii Ss. Sergii et Vachi etc. una cum cuncta congregatione monachorum dat dictum molinum ad conciandum cum pactis, quae in superiori instr. expressa sunt, verbo* molinum *in nota in fine adiecta tantum in* ortum *mutato. Subscribunt vero:* ιω αμαρτολοσ αββα πρ i. e. *Ioannes peccator abba presbyter*, κοσμας Μο πρ i. e. *Cosmas monachus presbyter*, ΛΕΟΝ ΑΒΒΑ πρ i. e. *Leon abba presbyter* et CΤΕΦΑΝΟΥC ΜΟΝ i. e. *Stefanus monachus*. — R. N. A. M. t. IV, p. 199. (1027

415. Die 18 m. augusti ind. X. Neapoli. Da post transitum d. Constantino m. i. an. secundo. Gauderisi qui super nomen Kacci filius q. d. Aligerni Riccla porcina (1) definivit cum. d. Iohanne ven. presbitero et primicerio chartule congregationis ecclesie S. Petri ad illos Ferrarios, custus vero ecclesie S. Seberi de regione summa platea, de intentione quam inter eos abuerant de integro uno modio de terra posito in loco qui nominatur Marsiccianum et est coniuncta cum terra eiusdem Gauderisi a parte occidentis. Unde ipse d. Iohannes memoratum Gauderisium quesiverat dicendo ut ipse tulisset de memorato modio de terra et iunxisset illut at memorate terre sue, et pars eiusdem Gauderisi dicebat ut non esset ita, de quam multum litigium exinde inter eos abuerunt et perrexerunt exinde ad legem et ibi ipse d. Iohannes ostendit chartulam ordinationis que continebat memoratam ecclesiam abere ibidem unum modium de terra mensuratum at passum ferreum *etc.* Et iudicatum est inter eos ut ambe partes pergerent at memoratas terras et illas passiare facerent, et si modium ecclesie S. Severi completum invenerint figerent terminos inter memoratam terram Gauderisi et modium ecclesie ut amplius causatio non fieret, sin autem de quantum minus beniret ad ipsum modium complerent illum et ponerent terminos et facerent exinde chartule promissionis. Et quia in presenti illum modium de terra ambe partes passiare fecerunt et invenerunt minus percompleverunt illum sicut iudicatum est, et terminos posuerunt, et ipse Gauderisi fecit chartula promissionis; pena constituta in auri sol. 36 byth. Coheret vero at memoratum modium de terra ab uno latere parte orientis terra de illi Bonisculi sicuti egripus exfinat, et abet ibi de longitudine passi 52, et de alio latere parte occidentis est memorata terra (1028)

(1) Paulo post, scil. dic 10 m. magii ind. XIII (a. 1029), Stephanus Cacci, filius q. Aligerni qui nominatur *riccla* porcina, (*et ideo frater huius Gaiderisi*) promittit eidem d. Iohanni presbytero, custodi dicte ecclesie S. Seberi, arare, cultere seu seminare petiam de terra iuris memorate ecclesie et omne seminatum in sua sit potestate, vinum vero et saccapanna *etc.* et ipse vindemiare et aqua in illa binaria ponere at omni suo expendio debeat et unam personam nutrire *etc.* fructoras vero et castaneas et insertas colligere et bactere ante homines ipsius locatoris et medietatem eidem deducere debeat ad eiusdem expendium. Preterea fidantias, que exinde exierit, ipse et heredes sui dare debeant asque omni occasione et, quandoque memorato Iohanni placuerit illos eidem Stephano tollere licentiam habeat, postquam illut quod ibidem seminatum habuerit, exinde tullerit pena in auri; sol 12. vit. Scriptum per Sergium Curialem. Signum manus Cacci. Testes: Aligernus filius d. Iohannis, Petrus filius d. Iohannis et Iohannes filius d. Leoni — Instrumentum in quo deficit initium et anni impp. non sunt appositi, extat in R. N. A. M. t. VI, p. 219; et est praecipue notandum quia primum *de fidantiis*, de quibus pluries infra, mentionem faciat.

Constantino imp. a. 1028.

et abet ibi de longitudine passi 41, de uno capite est scapula pertinente de memorato modio, qualiter descendit at kaba publica et abet ibi de latitudine passi 19 in capitem ex ipsa scapula et de alio capite est terra ecclesie S. Sossii de memorato loco et abet ibidem iterum passi 19. Scriptum et actum per Iohannem Curialem et scriniarium. Signum manus Gauderisi. Et hoc memorant quia beniat mensuratus ipse modius de uno capite parte meridiana, hoc est da illum qui pertinet de memorata ecclesie S. Seberi et est iusta memorata causa ecclesie S. Sossi simul cum ipso plano desuper ribum. Testes: Aligernus filius d. Iohanni, Sergius Curialis et Stephanus filius d. Petri — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 871). R. N. A. M. t. IV p. 202.

(1028) **416.** Mense februario ind. XI. In civitate Suessula. Temporibus d. n. Constantino m. i. an. 65. Sellecta relicta q. Sergii Porclacca et abitantes in Sessola clarefacit quia ante os annos mortuus erat ipse vir suus et relassaverat eam in magnum devitum,et quia mulier non poterat vindere sine mundualdo et abocatore suo, proinde convocabit Iohannem filium Benedicti, qui est abocatorem suum, et iverunt ante presentiam comitibus suis et per eorum absolutionem licentiam abuit de vindere pro ipso devito, et, dum firmiter illut facere velit, bona sua voluntate per hanc chartulam vendit Monda filia q. Frodaldi et uxor Donati filii q. Andrea de Sessola, idest modica terra intus in Sessola vetere, que habet fines ab uno latere terra et casa sua, quam sibi reserbabit et inde habet passi tres et gubita dua et da alio latere terra Donati viri ipsius Munde et habet inde in longitudine passi tres et cubita dua et da uno capite est terra de filii Sparani de Mara, et inde habet passum unum et gubita dua et uncie quatuor et da alio capite est terra Fasani filii Stephani Lupi, et habet inde passum unum et gubita tria; quam terram venumdedit una cum via et andite sue ad habendum et possidendum quia receptum habet auri tari dui; ea vero ratione ut illam antestore *etc.* quod si non potuerit ut per legem perdiderit de colludio si pulsata fuerit a Dei evangelia, satisfaciat duplum supradictum pretium *etc.* pena in auri sol. 10 viz. Scriptum per Adeodatum presbyterum et notarium in civitate Suessole. Testes: Petrus archipresbyter, Iohannes et Aufimus. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 131), R. N. A. M. t. IV. p. 204.

(1028) **417.** Die 7. m. magii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 65. Stephanus presbyter filius q. Petri, custus ecclesie S. Iohannis que vocatur in Curte regione portanobense promittit d. Sergio et d. Eupraxie filiis q. d. Iohannis qui fuit filius q. d. Sergii de d. Dometio de Aborei et memoratus d. Sergius pro vice sua et pro vice d. Iohannis uterini germani sui, qui infra etatem esse videtur, et ipsa d. Eupraxia cum voluntate d. Gregori filii quidem d. Petri Russi viri sui, propter integram portionem de memorata ecclesia pertinente ipsis et ceteris consortibus eorum de quantum et quomodo eis pertinet et de omnibus rebus pertinentibus dicte ecclesie, ubi eum custodem hordinaverunt, homnibus diebus vite sue et post suum transitum ibidem hordinare debeat una persona quale sibi placuerit. In eo enim tenore *etc.* et omni anno hoblatas parias tres dare debeat, idest duo in natibitatem Domini, et unum in sanctum pasca, et quando per

Constantino impp. a. 1028.

festivitate S. Sebastiani prandium fecerit, ibidem ipsos Sergium et Eupraxiam vel heredes eius habere debeat ad recumbendum et ad domus eorum dirigere unum missum de carne vel de pisci, et si minime ipsum prandium fecerit, gallinam unam. Insuper homni anno in sabato sancto hobum benedictum et unam petiolam de casum et in sanctum pasca quatuor uncias de lucanica dare debeat, et quod ibi oblatum fuerit si mobile *etc.* set sepulturias proprias ipsi Sergius et Eupraxia sibi reservaverunt in eorum potestate: pena in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialum Stefauus presbyter subscripsit. Testes: Marinus filius d. Sergii, Petrus filius d. Iohannis et Gregorius, filius d. Petri — R. N. A. M. t. IV, p. 207. (1)

418. Die 23 m. augusti ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 65. (1028) Marinus et Gregorius, uterini germani filii q. d. Iohannis de d. Cristophulo et q. d. Marie h. f. qui Marenda clamabatur iugalium definiunt de intentione quam habuerant cum d. Gregorio filio q. d. Stephani cognomento Inferno propter casas Maraldi presbyteri et Gictio germanisi et de Iohanne filio Alberici, hoc est thiis et nepote, filiis et nepote q. Iohannis Gictii, abitatoribus de loco Puli territorio Liburiano, massa patriense, hominibus eiusdem Gregorii; de qua ipsi germani eum quesiverant dicendo pars eorum ud memorati homines cum eis pertinentiis et ad memorato genitore eorum pro medietate pertinerent et ipsi illos tenuissent et dominassent; et pars d. Gregorii replecans dicebat: absit quia veritas non est, sed dicebat ud sui hommines fuissent et siat et ipsi germani et genitore eorum nullam in eis dominationem hahuissent, se sciente. Et post multam haltercationem iudicatum est exinde inter eos ud, si ipsi germani potuerint hostensionem facere quomodo in memoratis hominibus dominationem abuissent aberent illos in antea, et ipse Gregorius. poneret exinde ipsis taliter securitatem, sin autem ipse Gregorius iuraret ipsos germanos in eis nullam dominationem, se sciente, abuisse, et ipsi germani ponerent exinde securitatem; et quia pars istorum non potuit quidem taliter ostendere, et pars Gregorii parata esset prebere ipsum sacramentum, nunc per colloquia vonorum hominum venerunt exinde ad combenientiam ud ipse Gregorius daret memoratis germanis auri sol. 8 de tari ana *etc.* et ipsi germani repromitterent memorato d. Gregorio quia nullatenus presumment eum aut heredes eius querere de memoratis casis Maraldi presbyteri, Gictii seu Iohannis, thios et nepote una cum filiis filiabus nuruis atque nepotibus, et cum ipsorum fundoris et cum terris fundatis et exfundatis et cum cespitibus et consuetudinibus eorum et cum omnes hangarias et dationibus illorum *etc.* pena in auri sol. 24 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memoratis

(1) Aliud etiam instrum. ad hanc ecclesiam pertinens et die 7 m. sept. ind. IX (impp. annus omittitur) confectum habetur, ubi quaedam d. Maria h. f filia q. d. Gregorii monachi dedit d. Iohanni ven. presbitero filio quidem Petri Surrentini portionem suam. quod est quartum, de memorata ecclesia S. Iohannis in curte cum portione sua de omnibus rebus *etc.* ut in ea officium sacerdotale faceret *etc.* ita ut ad obitum quidem Boni presbiteri, qui in memorata ecclesia custus erat, memorata portione in eiusdem Iohannis revertat potestate diebus vite sue. Scriptum et actum per Sergium Curialem. Testes: Ioannes filius d. Petri, Gregorius filius d. Eusebii, et Ioannes filius d. Christofori, omnes graeco caractere subscripti — R. N. A. M. *App.* t. VI f. 216.

Constantino imp. a. 1028.

germanis. Testes: Petrus filius d. Mastali, Sergius scriniarius et Iohannes filius d. Sergii — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 151) R. N. A. M. t. IV. p. 210.

(1028) **419**. Die 18 m. nobembrii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 66. Vonus filius quidem Petrucci Caputi pro vice sua et pro vice Gregorii, qui nominatur Insertavinea, uterini germani sui et Iohanne qui nominatur Boso filio q. Stephani Pectinato, seu Sergio qui nominatur Coppula filio..... hoc est parentes abitatores in loco qui vocatur Arcupintum, promittunt d. Gregorio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integrum campum qui nominatur ad illa cesa cum intersicas suas et cum una corrigia de terra que nominatur ad fossatellum, positam in loco qui vocatur ad S. Stephanum at Caucilionem, pertinentem vero de infirmario monasterii et ipse campus una cum intersicas insimul ab uno latere parte orientis coheret terra de illi Cacapice et terra heredum d. Cesarii de d. Anna Romana seu et terra heredum d. Iohannis de domino Romano, sicuti et sepis et fossatus exfinat, et de alio latere parte occidentis est terra que fuit de illu Rindininu et terra ecclesie S. Stephani, seum et memorata corrigia ibique coniuncta seum et terra heredum de illi Ciriarii de Portanoba, et terra de ipsis Cacapice quamque et terra de aliis qui ibi at fines sunt; de uno capite parte septentrionis est terra heredum q. d. Sergii de Appium de Portanoba, et terra Petri qui nominatur Saracino, seu et terra de ipsi Ciriarii; et de alio capite parte meridiana, ubi sunt ipsa intersica est terra heredum Sergii Morfissa Biluce et terra de illi monacula et de aliis qui ibi at fines sunt: et at ipsa corrigia coheret sivi ab uno latere parte meridiana terra de ipsi Rindinini et de alio latere parte septentrionis terra de ipsi Ciriarii et de uno capite parte orientis memorato campo et de alio capite parte occidentis via publica, quem campum cum memoratis intersica et corrigia ipse igumenus dederat memoratis parentibus et heredibus eorum in colligio ad laborandum. In eo tenore *etc.* et terraticum dare debeat per festivitate de augusto mense idest triticum modia 25 et mileum modia 12, et germani modia 11 ad modium iustum de comedendo, et vinum dividere *etc.* et medietatem monasterii traere gratis usque at illa obedientia de Carminianum et per vindemiam duas personas cum caballo nutrire *etc.* et homni anno duas vices per annum cum tres personis per vices in casa eorum recipere et manducare et bibere dare debeant quomodo iustum fuerit; pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus memorato Bono et Iohanne. Et oc memorati sunt ut memoratas duas vices per annum at ipsas tres personas et at caballos illorum. Testes: ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ i. e. *Petrus filius d. Leoni*, et Iohannes filius d. Sergii et alius Iohannes filius d. Sergi — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1118) R. N. A. M. t. IV p. 212.

(1028) **420**. Die..... m. decembrii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 66. Iohanne, qui nominatur Tertiatore filio q..... de Punticelum et modo abitare videtur in loco qui vocatur Pomilianum foris arcora, promittit d. Gregorio ven. igumeno

monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integrum campum qui vocatur ad Muscarellum positum in memorato loco Pumiliani cum duas intersicas ibidem in lateras coniunctas unum a parte meridiana et alium a parte septentrionis; coherente sivi insimul ab uno latere parte meridiana terra de omminibus de memorato loco et de alio latere parte septentrionis iterum terra de ipsis omminibus seum et terra de illi Munduli, de uno capite parte orientis terra heredes de illi Ipati et de alio capite parte occidentis iterum terra de omminibus de memorato loco, quem integrum campum cum intersicas ipse igumenus dedit eidem et eius heredibus in colligio at lavorandum et detinendum. In eo tenore *etc.* et unum modium de terra exinde abere, ubi abitare et residere debeat et casas et area seu ortum et reditas et super eum subtus et super frugiare et omnia *etc.* tantummodo terraticum dare et aducere de quale victum ibidem seminaverit modia 15 *etc.* et vinum et saccapanna dividere per medietate *etc.* et medietatem monasterii trahere ad illa obedientia monasterii de memorato loco Pumilianum *etc.* et duas personas per vindemiam nutrire, unam ad campum et aliam ad palmentum, et duas vices per annum in casa sua igumenum cum tres personas per vices recipere, et ipsis et at caballis manducare et bibere dare debeat et igumenus non abeat licentiam ipsum iactare *etc.*, et quandoque ipse illum abrenuntiare voluerit licentiam habeat *etc.* et sicut liver introivit sic inde liber exeat. Pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium tabularium. Signum manus memorato Iohanne. Testes: ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ i. e. *Petrus filius d. Leoni*, Stefanus Curialis et alius Stephanus Curialis — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 444) R. N. A. M. t. IV. p. 215.

421. In nomine *etc.* Imperante d. n. Constantino a Deo conservato monarchicho m. i. anno 66 die 13 m. augusti ind. XII. Neapoli. Certum est me Stephanum naturalem b. d. Aligerni qui cognominabatur Septinini. A presenti die promptissima voluntate commutavi et tradidi vobis d. Stephano ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii ubi *etc.* et cum tota vestra congregatione monachorum et per vos in eodem sancto et ven. vestro monasterio. Idest ex parte de terra mea que vocatur decibile posita vero ad sanctum Grisantum, quod est inter Arcora dudum aqueductus, una cum arboribus *etc.* qui mihi pertinet per firmissimum dispositum supradicti d. Aligerni: coherente sibi de uno latere ex reliquam ex ipsa terra mea, quam in mea reservavi potestate, ex alio latere terra heredum q. d. Iohannis Cofinelli et abet per unoquoque latere ana passi 7: de uno capite terra suprascripti vestri monasterii qui monasterio pertinet per firmissimum dispositum supradicti d. Aligerni, de alio capite et termino reliquum ex ipsa terra mea quam in mea reserbavi potestatem et abet per unoquoque capite ana passi 34 *etc.* mensurati a passum ferreum *etc.* de qua nihil *etc.* et a nunc et deinceps *etc.* et neque a me *etc.* insuper omni tempore *etc.* antestare et defensare debeamus da illi pastinatoris et da illorum heredibus qui ipsa terra a pastenandum detinet: propter quod a bicem commutationis recompensationisque impresentis accepi a vobis exinde. Idest medietate vestra suprascripti vestri monasterii de sex uncias qui in suprascripto vestro monasterio pertinet per iam dictum dispositum suprascripti d. Aligerni ex integra terra que nominatuprischanum foris flubeum ubi ad actone dicitur una cum arvoribus *etc.* qui indibisa rer (1029)

Romano imp. a. 1030.

iacent cum alia medietate mea exinde et ipsa sex uncias qui mihi pertinet pro suprascripto d. Aligerno per suum dispositum et ipsa sex uncias iterum indibisa reiacent cum alias sex uncias exinde de suprascriptis heredibus quod iam dictus Iohannes Cofinelli quas ego per commutationem ab eis detinere videor: Coherente sivi insimul de uno latere terra heredum q. d. Gregorii Castaldi, de alio latere terra Stauritas plebis ecclesie S. Stephani ex ipso loco actone et de illi de corrospi sicuti inter se aquarium exfina: de uno capite terra de illu ferrula, ex alio capite est terra que exinde tetigit illi pastinatores: unde nihil *etc.* sicuti et quomodo continet alia chartula commutationis quam vos una cum suprascripta cuncta vestra congregatione monachorum suprascripti vestri monasterii mihi exinde fecistis. Quia ita nobis stetit *etc.* si autem *etc.* tunc ego compono *etc.* auri solidos 5 byz. *etc.* Scripta per manus Leonis curialis *etc.* Ego Gregorius Curialis testis *etc.* (1) Ego Leo curialis complevi et absolvi *etc.* — *Protoc. del mon. di S. Severino* fol. 33.

(1030) **422.** Die 30 m. octobris ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 1. Stephanus filius quidam Iohannis, qui fuit filius Stephani clerici et quedam Eupraxie ingalium tam pro se quam pro Sergio germano suo vendit Iohanni filio quidam Magi duo inferiora subtus domos ipsius Iohannis positas intus hanc civitatem Neapolis in platea que appellatur Nustriana et coherent dicta inferiora ad domo d. Stefani de Batiliano pro pretio auri tar. 10. Actum per Leonem Curialem—*Notam. instr. S. Gregorii* n. 149.

(1030) **423.** Die 8 m. aprilis ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Rommano m. i. an. 1. Maria h. f. filia q. d. Stephani de Turre cum consensu d. Aligerni viri sui vendit et tradit d. Leoni ven. diaconi S. Neap. ecclesie filio q. Gregorii Trippola idest integram corrigiam de terra, que nominatur ad illam lamam constitutam in loco qui vocatur *suptus caba* parte occidentis simul cum arboribus *etc.* una cum integra medietate de scapulas suas ibidem in lamam parte hoccidentis ; pertinente sibi per parentorum suorum et coherente ab uno latere parte horientis terra que fuit q. d. Anastasio Cacapice que modo detinet ille Cuculo et ex parte ille Nasugacta , et de alio latere memorata parte hoccidentis, in qua sunt ipsis scapulis, terra monasterii S. Marcellini et in aliquantum terra d. Iohannis Morfixa, de uno capite parte septentrionis terra monasterii S. Marie que appellatur ad Cementaria et ad vero alio capite parte meridiana terra de hominibus de Sol et Luna. De qua nihil *etc. etc.* propter quod accepit auri sol. 25 de auri ana quatuor per solidos et pena in auri sol. 50 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memorata Maria. Testes: Sergius filius d. Gregorii, CΕΡΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΠΑΡΑΝΙ i. e. *Sergius filius d. Sparani.* et . . . . filius d. Sergii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 193). R. N. A. M. t. IV. p. 222.

(1030) **424.** Die 18 m. aprilis ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. a. 1. Stephanus filius Iohannis Papaleone commutavit et tradidit d. Stephano filio q. d. Leonis integras duas portiones, unam que est a parte septentrionis que tetigit pro portione sua et aliam que est a parte meridiei, que fuit portio q. Sergii Ferrarii germani sui, que sibi ab eodem germano suo obvenit per chartulam comparationis, et duas inferioras, unam

(1) Alii duo testes , quia forsitan caractere graeco subscripti, in exemplo, vacuo relicto, omittuntur.

Romano imp. a. 1030.

vero ex eis copertam cum integra superiora super se, aliam autem scopertam cum ex parte de superioram ..... super se de domo posita intus hanc Neapolitanam civitatem intus curtem comunem, que vocatur de Sancta Maria de domina Galatea, regione summe platee, utraque cum aeribus et aspectibus suis, cum introitibus suis, uno a parte de supradicta platea per duas curtes comunales et alio a vico publico comuni, et per supradictum seu et per transendam comunalem que vadit subtus modicum solareum qui est de heredum Iohannis Ferrarii rupulo et per gradus lapideos communales, qui sunt in ipsa superiora scoperta, et per regias que exinde omnibus pertinentibus et se insimul iungitur et divisum reiacent supradicte due portiones commutate ut supra cum reliqua una tertia exinde que est in medio hoc que est portio heredum Anne germane sue. Coheret sibi insimul a parte orientis in aliquantum de domo d. Iohannis filii d. Theodori, seu et hortu d. Stephani de Corte et a parte septentrionis est supradictus hortus heredum iam dicti d. Stephani seu et domum supradicti d. Stephani Papaleonis, ab occidente quoque coheret supradicta domus ipsius d. Stephani, a meridiana namque est inferiora et solareum ipsius d. Stephani seu et supradictum solarellum et domum iam dictarum heredum d. Iohannis Ferrarii Surculo. De quibus ipse Stephanus Papaleone nihil sibi reservavit *etc.* Propter quod ad vicem in commutationis recompensationisque prefati ipse d. Stephanus commutavit et tradidit prefato Stephano Papaleone integram terram suam positam in loco, qui nominatur Marano, una cum scapula et rivo suo et cum arboribus et fructis suis et cum portione sua de palmento et subsceptorio frabito comune, que est intus terra portionis d. Marie Marenda, et seu et cum portione ipsius d. Stephani de piscina comunali et cum introitu eorum et omnibus eis pertinentibus; cohaeret sibi ab uno latere terra d. Petri Primarii, et ex alio latere est supradicta terra portionis dicte Marie Anne sue, de uno capite coheret supradicto rivo sicuti aqua definat; et ex alio capite coheret via comunis. Et est signatum tali signo. CCCCLI.—*Summar. instr. S. Sebastiani* f. 198.

425. Die 9 m. septembrii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Rommano m. i. an. 2. (1030) Heupraxia filia q. Cesarii subdiaconi et q. Maria iugalium, que fuit filia Iohannis Scoppulaursum, qui fuerunt abitatores de castro Putheolano, et modo ipsa abitare videtur intus cabstro Cummano, vendit et tradit d. Laurentio ven. presbytero et monaco, dispensator et rector monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii idest integrum omnem licerem et portiones suas quantum et quomodo ipsi Heupraxie h. p. obenit et pertinet aut pertinentes fuerit per quovis modum de integro campo memorati monasterii qui nominatur Sessana posito in memorato territorio Putheolano; quem campum atpreensit a memorato monasterio per chartulam ad pastenandum q. Iohannes de Cramo proabbio suo et per ipsa chartula pastenationis est legatum in memorato monasterio, iterum et q. Eupraxia abbia sua genitrice memorata Maria genitrice sua, filia memorati Iohannis de Cramo iterum illos legavit in memorato monasterio et ipsas chartulas monasterium ipsum apud se habet. De qua nihil *etc.*

etc. propter quod exinde accepit auri tari sex, etiam et memoratam genitricem suam ipse igumenus scripsit in sacro sancto dipticos monasterii; pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. Signum manus memorata Eupraxia. Testes: Stefanus filius d. Cesari, Iohannes filius d. Sergii et Leo filius d. Iohannis.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 354) R. N. A. M. t. IV. p. 223.

(1030) **426.** Die 16 m. novembris ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 2. Iohannes filius quidam Sergii et Petrus et Gregorius germani, adoptivi filii seu generi quidam Cesarii, habitatores loci qui vocatur ad Agellum foris flubeum, promittunt dne Marie abbatisse monasterii et cenobii beatissimi Gregorii et Sebastiani atque dni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleonis puellarum Dei propter petiam de terra eis tradita a dicto monasterio ad laborandum, posita in loco qui nominatur S. Petrus ad Cancellata, et coheret dicta terra cum bonis d. Leonis de Ripadia et coheret cum dicta ecclesia S. Petri in ipso loco Cancellata ipsius monasterii iuxta terras heredum q. d. Iohannis Ducis et iuxta padulem ipsius monasterii; propterea se obligant dare dicto monasterio singulis annis in festivitate S. Marie de augusto mense terraticum de omnibus fructibus, quos seminaverint ductos ad dictum monasterium et dividere vinum per medietatem et promittunt omnibus vicibus, si dicte monache venerint ad dictum locum Agelli, recipere tres caballos earum et eis dare paleas quantum iuxtum fuerit et pena contraventionis instituta est ad auri sol. 30 byth. Actum per Leonem Curialem et testes sunt Iohannes filius d. Stefani, Iohannes filius d. Gregorii et Stefanus Curialis et scriniarius. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 46.

(1030) **427.** Die 20 m. decembris ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 2. Stephanus filius quidam........ cognomento de Pepera habitator loci Piscinule vendit et tradit Gregorio et Stephano germano nepotibus suis, filiis quidem Iohannis cui supranomen de Pepera, petiolam terre positam in dicto loco Piscinole pro pretio auri tarì 10. Actum per Petrum Curialem. —*Notam. instrum. S. Gregorii* n. 160.

(1031) **428.** Die 11 m. ianuarii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 2. Stephanus Primicerio filio q. Romani Primicerii et Sergio qui nominatur Picillo filio q. Iohannis Pappadeum et Iohanne qui nominatur Crispulo filio q. Leoni Crispulo seu Iohanne qui nominatur Miscino filio q. Rommani Pappadeum, hoc est thius, et nepotes, abitatores in loco qui vocatur ad Actone ad S. Stephanum foris flubeum, promittunt d. Laurentio ven. presbytero et monacho, dispensator et rector monasterii Ss. Sergii et Vachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii quod nunquam aliquando tempore presument aut licentiam habeant memoratum monasterium querere propter una chartula membranis scripta, quam atpreensam abuerunt a dicto monasterio at lavorandum memoratus Romanus Primicerius genitore eiusdem Stephani Primicerio cum q. Stephano qui dicebatur Pappadeum et cum Urso germanis suis, thiis et abiis ipsorum de inclitas duas coniolas de terra cum scapulis et rias suas et omnibus *etc.* unum vero ex ipsa coniola est desuper S. Mariam que nominatur Lassamanica de memorato

Romano imp. a. 1031.

loco Actone, et aliam est de subtus ipsa ecclesia et qualiter vadit et descendit usque at ribum, qui est coniunctum cum scapulis et terris, ubi est illa obedientia S. Basilii de loco qui vocatur Nonnaria, et de alio latere est ipse coniolus de subtus coniunctus cum ribo qui nominatur de fontana; memorata vero chartula, si quovis tempore inbentam dederit, sit inanis et bacua et nullam habeat firmitatem; insuper et caupsatam apud monasterium ipsi thius et nepotes ponere debeant: pena in auri sol. 36 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. Signum manus memorato thio et nepotes. Testes: Iohannes filius d. Sergii, ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ i. e. *Petrus filius d. Leoni* et Marinus filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 967) R. N. A. M. t. IV. p. 225.

429. Die 20 m. ianuarii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 2. (1031) Sergius qui nominatur Cacabora, filius d. Cesarii Pati concordatur cum Iohanne qui nominatur Passibulo nepote suo filio d. Stefani cui supranomen Passibulo pro faciendis fenestris in pariete comuni in eius domibus positis intus civitatem Neapolis in vico qui nominatur Campana. Actum per Petrum Curialem.—*Notam. instr. S. Gregorii* n. 338.

430. Die 14 m. februarii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Rommano m. i. an. 2. (1031) Sergius qui nominatur Baresanum, filius q. Gregorii Barsani promittit d. Laurentio ven. presbytero et monacho, dispensator et rector monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter quod ipse contravit terra et monte seu silba insimul posita in loco qui vocatur Romani at Massa, (1) dicendo pars eiusdem Sergii ut nichil ibidem monasterium aberet sed exeret suum et de parentibus et consortibus suis; etiam et ibidem supra perrexerunt cum iudicibus pubblicis et monasterium ostendit chartula securitatis membranis scripta, quam in monasterio posuit q. d. Sergio magnifico filio q. d. Iohannis monachi et de d. Gregorio filio q. d. Sergii seu Iohanne filio q. d. Sergii Baresani hoc est parentes, quomodo monasterium ibidem portionem aberet da q. d. Eusebia et ipsa chartula securitatis ibidem supra relegere fecerunt; et iudicatum est exinde inter eos ut ipse Sergius poneret chartula promissionis et monasterium omni tempore exinde de silva et monte seu terra una quatra aberet; idcirco ipse Sergius repromittit quia nullatenus presummet aliquando tempore ex ipsa

(1) Locus, qui alias (n. 399) *Campus romanus* dicitur, si patrio scriptori, cui Iohannis Villani nomen vulgo datum, fides habenda, ita appellatus fuit ex callido L. Fabii Labeonis iudicio, qui, cum arbiter inter Neapolitanos et Nolanos a senatu datus fuisset, ita illorum fines terminavit, ut aliquantum agri in medio relinqueret, quod populo Romano adiudicavit (Cicero, *De officiis* I, 10; Val. Maximus, L. VII): *Preseno i termini*, inquit ille (*Cron. di Parten.* L. I, c. 10,) *et lassaro un poco di campo in mezzo, il qual campo, lo dicto Q. Fabio acquistò al popolo di Roma....... il quale territorio per fino al dì de hoggi se chiama Campo Romano, dove nasce lo bonissimo greco, sopra al termino del quale territorio fu edificato lo nobile castello di Somma.* Utcumque sit, eiusdem loci situm ex hoc documento et ex alio coaevo, quod breviatum heic subiungere iuvat, facile discimus. « Monasterium (*S. Salvatoris in insula maris*) vendidit illis de Sicundrici quamdam terram sitam in casali Masse, ubi dicitur ad Campum Romanum, cuius fines sunt terra illorum de Cusitori de Neapoli, terra S. Georgii catholice maioris de Neapoli et via publica unde habet introitum et exitum et si qui alii sunt confines pro aureis sol. 21 iustis pesatis *etc.* Quod instrumentum est in tempore Basilii imp. in die 30 m. augusti VII ind. et est sign. hoc signo LXXXIII. *Catasto di S. Pietro Castello* n. 82.

quatra monasterium querere aut contrare, et desuper se tollere omnes germanos et germanas suas viros et consobrinos et illorum heredes; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. Signum manus memorato Sergio. Testes : Iohannes filius d. Gregorii ΠΕΤΓΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ϹΤΕΦΑΝΙ i. e. *Petrus filius d. Stephani* et Petrus Curialis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 325). R. N. A. M. t. IV, p. 229.

(1031) **431**. Die 26 m. aprelis ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Rommano m. i. an. 2. Theodoro qui nominatur Pischicello filio q. Leoni Pischicelli definivit cum d. Laurentio ven. presbytero et monacho, dispensator et rector monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii de intentione que inter eos abuerant propter mare eiusdem da piscationes de salpes qui sunt iuxta in insula memorati monasterii que nominatur at S. Bicentium (2) et iuxta ecclesia S. Varvare quam monasterium habet prope ecclesia sua S. Sergii de intus castro Lucculano et dicitur ipsum mare at vibarum (1) foris illa foce ad illum cantarum da foris ille plane ipsius monasterii; etiam et de ipsis maris ipse Theodorus contravit unum mare, picendo pars eiusdem ut ipsum mare suum exet et eum tenuit et dominavit per 40 annos et nullam dominationem monasterium ibidem habuisset; pars vero monasterii replecans dicebat: absit ut sint ita, set proprium eius esset ut alia maria que ibidem habet etiam et ostendit exinde chartulam: unde multam altercationem habuerunt. Nunc autem iudicatum est inter eos ut iuraret pars monasterii et diceret ut memoratum mare de memo-

(1) De hac parva insula, in ora littoris Neapolitani posita, quae postea ad regium navale adiecta in continentem abiit, praeter patrios topographos, specialiter egit Chiarito *O.c.* p. 185, quem vide sis. Heic tamen subiungere liceat cuiusdam instrumenti a Chiarito non memorati summarium, quod ipsius insulae topographiam apte illustrat. Est autem huiusmodi — " In nomine *etc.* anno 1278 regnante d. n. Karolo *etc.* die 8 m. madii ind. VI. Neapoli. Certum est me rao cognomento de Griffo filio q. Bartholomei de Griffo et q. d. Theodore h. f. iugalium personarum a presenti die promptissima voluntate promicto vobis d. Guilelme ven. abbas monasterii Ss. Sergii et Bachi, qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum Theodori et Sebastiani qui nominatur ad casa picta situs in viridiario iuris sancte neapolitane ecclesie et ad cuncta congregatione monachorum ipsius sancti et ven. monasterii vos autem cum consensu de quidem d. Aynclerio ven. archiepiscopo ipsius sancte sedis neapolitane ecclesie propter quod per combenientiam ego vobis in presentis de meo proprio dedi uncia una de auro de tari de Sicilia pesata ad uncia iuxta et aput vos illa habetis ad vestram potestatem que vos illa dedistis et expenxistis in riparatione ipsius ecclesie S. Sebastiani que vos illa refacere et renovare et fecistis qualiter manifeste apparet pro inde et vos supradictus Guilelmus ven. abbas ipsius monasterii S. Sebastiani *etc.* vos autem cum consensu et voluntate de supradicto d. nostro ven. archiepiscopo ut superius legitur per ipsa combenientia et per hanc chartulam dedistis et tradidistis mihi supradicto Raoni *etc.* et ad illis filiis meis, et ad illis filiis de ipsis filiis meis ad detinendum et ad dominandum, et ad refrugiandum idest integra isulilla que modo sauda et dixtructa et deguastata et arida et sine edificio esse videtur que ipsa isulilla vocatur sanctum Bicentium et est pertinente ipsius Vestri monasteri: posita vero intus mare cum facie de loco qui nominatur Gructa revolta, seu et cum facie de ecclesia sancte Marie que nominatur ad palazeum, quamque et cum facie de illa plagia que dicitur de sancto Sergio: una cum griptis suis ex inde pertinentes et cum introitibus suis et omnibus sibi pertinentibus. Et coheret ad ipsa integra isulilla que vocatur sanctum Bicentium *etc.* ab orientali parte de giro in giro est illu mare *etc.* ad recolligendum vobis vestrisque posteris et in ipso sancto monasterio exinde cenxum pro omni annuo inde masculum de quadragesima maiore idest unu substare da oleo bono et optimo ad illu substaru iuxtu atuctus intus sancto vestro monasterio absque omni amaricatione *etc.* Rogatum per Petrum Gruccialma Curialem. Leonus Maroganus Curialis et Paulus Pulderieus Curiali testes. (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 571). Pergam. dei monast. soppressi t. 20 n.' 1659. Quid autem *cenxum masculum* sit ego omnino nescio.

(2) Locus etiam nunc vulgo dicitur *a beveriello.*

Romano imp. a. 1031.

rato monasterio exet, sicut sunt alia maria eiusdem et ipsi Sergius poneret exinde securitatem; et quia in presenti ipse Theodorus relaxat ipso monasterio memoratum sacramentum, deinde ipse Sergius per anc chartulam repromittit quia nullatenus presummet de ipso mari memoratum monasterium querere; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. Signum manus memorato Theodoro. Testes: Gregorius filius d. Sergii, Leo tabularius et Gregorius filius d. Petri—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 555). R. N. A. M. t. IV, p. 229.

432. Die 3 m. iunii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 2. (1031) Stephanus umilis abbas monasterii Ss. Seberini et Sossi ubi *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii promittit Marie h. f. et Aligerne germanis filiis q. Iohannis qui cognominabatur dischipulo et quedam Muscata posteriore iugalibus et ipsa Maria coniux presenti Sergii Cafatina propter medietatem de inclita terra que vocatur centula, posita in loco qui vocatur Miana una cum arvoribus *etc.* coherente sivi ab ipsa medietate de uno latere terra heredum q. Leoni Greci, filii q. Manvili Greci, de alio latere terra heredum q. Leoni, filio q. d. Marini, de uno capite terra heredum Iohannis filio q. d. Theodori, de alio capite est alia medietate ex ipsa terra que est de infirmario memorati monasterii, quia nunquam presumet memoratam medietatem ex ipsa terra querere per chartulam offertionis, quam fecit q. Petro a Deo deboto monacho eiusdem monasterii in iam dicto infirmario. Ita ut nullatenus ipse germane aliquando tempore presument memoratum monasterium querere de portione que fuit memorati Petri monachi ex integro fundo posito in memorato loco Miana, vel de portione pischine, que est intus eodem fundo, quod pertinet per chartulam emptionis quam fecit memoratus Petrus per absolutionem d. Stephani abbatis memorati monasterii; pena in auri sol. 16 byth. Scriptum et actum per Leonem Curialem. Subscribunt Stephanus humilis abbas, Andreas humilis monachus, Iohannes *et alius* Andreas *item* humiles monachi. Testes: Sergius filius idem d. Sergii, Iohannes filius idem d. Iohannis at ΚΕϹΑΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΑΛΙΓΕΡΝΙ i. e. *Cesarius filius d. Aligerni* — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 975). R. N. A. M. t. IV. p. 231.

433. (Christe fave) Die 4 m. iunii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. (1031) i. an. 2. Iohannes humilis abbas monasterii beatissimi Gregorii qui nominatur de Regionarium situm vero at Cimbeum regione Furcillense una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii cum consensu de dominiis iam dicti monasterii promittit Stefano Primicerio filio q. Leoni Musca et Petro qui nominatur Sasaffa filio q. eidem Petri Sasaffa, oc est cognatis avitatoribus in loco qui nominatur Ponticellum quod est foris flubeum, propter integra clusuria de terra que nominatur centimola positam in loco qui nominatur Tertium eodem loco foris flubeum; coherente sivi da una parte terra heredum q. de illum Putreulana, sicut inter se fossatus et sepis exfinat, da secunda parte terra de illum Capometra, da tertia parte terra eiusdem monasterii, a quarta parte terra Gregorii qui nominatur de Gurgite qualiter inter se fossatus et termini exfinant, quas eidem eiusque heredibus dedit at terraticum. In eo autem tenore quatenus *etc.* et omni anno perestatem in memorato monasterio terraticum dare debeat de que ibidem seminaber tanta modia quanta ibi bernoticum seminaverit, et nunquam presummet *etc.* et quando-

que illam abrenuntiare *etc.* licentiam habeat; pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Subscribunt Iohannes humilis abbas, Iohannes humilis monachus. Signum manus Petri monachi qui nominatur Muscu, Iohannis qui nominatur de nera ipsius congregationis, et Iohannis qui nominatur Armagaudium dominius memorati monasteri. Iohannes et Stefanus item dominii subscribunt. Testes: Iohannes filius d. Stefani, Gregorius filius d. Iohannis et Saductus filius d. Stefani.—(*Notam. instr. S. Sebast.* n. 657) R. N. A. M. t. IV. p. 233.

(1031) **434**. Die 20 m. iulii ind. XIV. Neapoli. d. n. Romano m. i. a. 2. Iohannes qui nominatur Camice de villa Panicoculi commutavit cum abbate Georgio presbitero et monacho ecclesie bb. Sergii et Bacchi Christi martyris; que sita videtur esse in vico Senarino qui ita nominatur iuris monasterii et domini Salvatoris nostri Iesu Christi de insula maris. Idest integra petia de terra posita vero in prescripto loco Panicoculi, que est coniuncta cum terra heredum q. Leonis archidiaconi, cognomine Terporcella, de uno capite cum terra heredum q. magistri Augustini, de alio latere est terra suprascripte ecclesie Ss. Sergii, et Bacchi, de alio capite cum terra de domiuo Iohannis de Cancella, et si qui alii sunt confines, et per dictum permutationem dicte terre recepit unam petiam terre supraseripte ecclesie S. Sergii posita in suprascripto loco Panicoculi, que est coniuncta de uno latere cum terra domini Sergii Fassinelle, de alio latere terra de illorum de Apino, de uno capite est terra ecclesie sancti Simplicii de suprascripto loco, de alio capite est via publica, et si qui alii sunt confines. Et est signatum hoc signo CVII. — *Catasto di S. Petri a Castello* n. 107.

(1032) **435**. Die 16 magii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 3. Petro qui nominatur Baruso filio q. d. Aligerni Baruso et q. d. Marie h. f. qui Marenda clamabatur ingalium definit cum d. Laurentio ven. presbitero et monacho, dispensator et rector monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii de intentione que inter eos abuerunt de una haperturia quod est canalicellum quam ipse Petrus fecit in astracum de superiora domui sue et decurrit in anditum monasterii qui pergit ad ecclesiam S. Agate iuris eiusdem monasterii et monasterium illut contravit dicendo: ut illud fravire deberet ipse Petrus ut non decurreret per ipsum canalicellum ipsa aquas in memorato anditu *etc.* pars Petri dicebat ut ita non esset, eo quod ipse auditus erat comunalis suus et monasterii quantum badit ille orto suo etiam et ipse orto suo est a parte meridiana et ipse andito a parte septentrionis, set ipse orto suo est coniunctum cum orto memorate ecclesie et quia perrexerunt ibidem ambe partes cum iudices pubblicos et ibidem ipse rector ostendit una cartula comparationis in tumbo scripta que atprehensit q. d. Benedictus religiosus igumenus memorati monasterii da q. d. Eupraxia filia d. Petri militis cum consensu d. Aligerni viri sui in qua continebatur quomodo ipse introitus est de memorata ecclesia S. Agathe et iudicatum exinde est inter eos quatenus ipse Petrus ipsum canalicellum fravire debeat, ut per ipsa domum sua nullas aquas decurrere aut versare in memoratum aheditor debeat nec

Romano imp. a. 1032.

ibidem ante parata aut qualivet spurcitiam non faciat, set ipse introitum abere debeat ad memoratam domum suam et ad ortum, quod est insimul in uno coniuntum per anditum comunalem, qui venit da vico publico qui salit at illa porta noba et at ficariola, et usque at illa porta sua qui ingredit in memoratam domum, et da illo cantone de ista porta que est a parte occidentis qualiter monstrat in parte septentrionis et badit usque ad memoratam ecclesiam S. Agathe siat anditus proprius monasterii; iterum et ipse Petrus in eadem domu sua introitum abere debeat per alia regia sua qui est iusta memorato vico ; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. Signum manus memorato Petro: et hoc memorati sunt ut ipse Petrus per memorata porta et regia introitum abere debeat cum omni sua utilitate die noctuque. Testes: κεσαρειυς φιλειυς δν ιcαννει i. e. *Cesarius filius d. Iohanni*, Sparanus filius d. Petri et Petrus filius d. Stefani. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 456). R. N. A. M. t. IV, p. 235.

436. Die 16 m. magii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 2. (1032) Gregorius qui nominatur Mediacapu, filius quidam Iohannis et Eufemie iugalium, vendit et tradit Voncieno subdiacono custodi ecclesie S. Sergii petiam terre positam in loco, qui nominatur Marano et Calbeczano, et coheret cum terra de illi Gruccianima quam tenet vigore carte comparationis facte a Sergio archidiacono S. Neapolitane ecclesie et a Sergio archipresbitero custode ecclesie S. Petri qui vocatur ad media, qui fuerunt distributores anime Nicolai filii d. Cristofari Greci nomine Petri qui dicebatur Marino, et alie carte comparationis facte ab Anastasio filio d. Iohannis qui cognominabatur Buccino et Sergio genitore et filio pro pretio auri sol. 19 de tarì ana 4 per solidum et pena contraventionis statuta est in auri solid. 40 byth. Actum per Stefanum Curialem. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 396.

437. Die 20 m. septembrii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Rommano m. i. an. 3. (1032) Laurentio umile presbytero et monacho, dispensator et rector monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii et una... .... Pancrati igumeno..... ipsius monasterii..... atpreensit per chartulam, concedit presbytero, qui nominatur Cintruto, filio q. Iohannis sex uncias de integra ecclesia vocabulo S. Euthimii posita intus hanc civitatem Neapolis in vico qui nominatur sol et luna, una cum integras sex uncias de dommibus et de avitationibus at de cellis, et de codicibus et ornamentis et cum medietate de omnes hereditates et de terris et ortuas, que tenet ipsa ecclesia intus et foris; unde aliam medietatem datam abet a quidem Iohanne clerico filio quidem Mundi presbyteri per chartulam ordinationis ; in eo enim tenore quatenus in ipsa medietate omnibus diebus vite sue omne officium *etc.* tantummodo in omni annue in memorato monasterio dare debeat oblatas parias duas *etc.* pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. λαυρεντιcς πρεσβύ μοναχ και ρὲκτορ υπέγραψα i. e. *laurentius presbvter monachus et rector subscripsi*, ΙΩ ΠΡ ΚΑΙ ΜΟΧ i. e. *Ioannes presbyter et monachus*, κοσμας κλερικος και μοχ i. e. *cosmas clericus et monachus*, *et* Βηταληος κλεριχ ς και μοχ i. e. *Vitalis clericus et monachus*. Testes: Petrus filius d. Gregorii,

Romano imp. a. 1032.

Iohannes filius d. Sergii et Leo tabularius — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 752). Pergam. dei monast. sopp. t. VII, n. 89. R. N. A. M. t. IV. p. 239.

(1032) **438**. Die 5 m. decembrii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Rommano m. i. an. 4. Sergio, qui nominatur Tocculo, filio q. Stephani Tocculi et q. Anna iugalium definivit denique cum d. Laurentio ven. presbytero et monacho, dispensator et rector monasterii Ss. Sergii et Vachi qui *etc.* et cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii de intentione que inter eos abuerunt propter ex parte de terra que vocatur pratalem, posita super Nonnaria foris flubeum, etiam et ipsa est coniuncta a tribus partibus, hoc est a parte orientis, occidentis et meridiana cum casalem monasterii que vocatur pratale, et ab alia parte septentrionis cum terra eiusdem Sergii; unde dicebat pars ipsius Sergii quia memoratum ex parte ex ipsa terra suum exet de memorata terra sua, et pars monasterii replecans dicebat: absit ut sit ita, sed pertinet ad memoratum casalem, hoc est qualiter monstrat et exfinat unum egripum et termini qui ibidem per ipsum egripum, ficti sunt et da ipsi termini qualiter descendit finiendo inpartem occidentis in alium egripum ubi est fictus unum termine in pictium ex ipso casale iuxta terra ēcclesie S. Iohannis qui vocatur in Curte : unde multam haltercationem inter eos abuerunt, nunc autem perrexerunt ambas partes ibique supra cum iudices publicos et per partes ostenserunt chartulas et illas relegere fecerunt: et declaravat una chartula membranis scripta, ut sic exet ipsa fine inter ipsam terram eiusdem Sergii et casalem monasterii, sicut memorati termini exfinant, et dum taliter ibidem altercassent iudicatum est inter eos quatenus ipse Sergius poneret monasterio chartulam promissionis sine omni sacramento. Deinde ipse per hanc chartulam repromittit quod nunquam aliquando tempore ipsum monasterium querere presummet ex ipsum ex parte; etiam et si exiverit quavis persona qui at querendum venerit super se tollere debeat; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. Signum manus memorato Sergio. Testes: Iohannes filius idem d. Iohannis, Gregorius Curialis, et Petrus filius d. Stefani — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 371) R. N. A. M. t. IV. p. 241.

(1032) **439**. Die 29 m. decembrii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 4. Horta est itaque intentio inter Iohannem filium q. d. Theodori et Stephanum Pantaleo filio q. Leonis et q. Petru h. f. iugalium personarum propter duas portiones de domu, que fuerunt de quidem Stephano filio q. Iohannis qui dicebatur Papaleo, quem memoratus Stephanus illam commutatam habebat cum consensu Gemme coniugis sue; posita vero domus intus hanc civitatem Neapolis intus curtem communem que nominatur de S. Maria que appellatur Galatea, regione summa platea; unde dicebat pars ipsius Iohannis quia ipse ambe portiones de memorata domu memorati Stephani ipse Stefano Pantaleo illa comparata havevat et portionem at eum exinde dedisset, pars autem Stephani asserebat ut illa comparatam non habebat et pretium non dedisset nec at dare abet, set memorato Stephano illut eidem commutasset cum terra posita in loco qui vocatur Muruni cum scapula et ribo et quomodo continet chartula commutationis sue, quam in iudicio ipse Ste-

phanus ostendit. Et dum multum exinde inter eos intentio verteretur, in hoc iudicatum est ut persona Stephani preberet sacramentum dicentem, ut memorate portiones de memorata domu fuerunt de Stephano filio q. Iohanni et memoratus Stephanus illa comparata non habuit et pretium ad eum exinde non dedisset nec at darem habuisset, sed in commutationem dedisset memorato Stephano Papaleo pro terra de Muruni absque omni colludio. Ideo ipse Iohannes recepit in presenti memoratum sacramentum et definivit questionem in omnibus et promittit nullo unquam tempore ipsum Stephanum Pantaleo de hac intentione querere *etc.* Pena in auri sol. 40 byth. Scriptum et actum per Leonem tabularium. Signum manus memorati Iohanni. Testes: Sergius filius d. Stephani, Ursus filius d. Theodori et Iohannes filius d. Stephani — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 361) R. N. A. M. t. IV p. 243.

440. Die 25 m. aprelis ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 4. (1033)
Iohannes qui nominatur Franco, filius q. Stephani Franci et medici definivit cum Mari et Gregorio uterinis germanis filiis q. Marini qui super nomen Tunca S. Neapol. ecclesie et habitatoribus in loco qui nominatur Balusanum, de intentione, quam inter eos habuerunt, propter ex parte de portione dictorum germanorum de inclito fundo posito in memorato loco Balusanum, una cum arboribus *etc.* qui coheret sibi ab una parte fundum eiusdem Iohannis quem comparatum habebat da illum sanguinarum seum et in aliquantum fundum Gregorii qui nominatur Scarola, sicut inter se hebricus et sepis exfinat, da alia parte fundum quem ipse Iohannes comparaverat da heredes q. d. Petri de dni Adalgisi, de tertia parte est reliquum ex portione ipsorum germanorum, et da quarta parte terra memorati Gregorii qui nominatur Scarola; unde pars ipsius Iohannis quesierat ipsos germanos dicendo: ut ipsum ex parte ex ipsa portione ex ipso fundo suo qualiter per memoratas coherentias exegregaverat suum fuisset et siat, et pertinet per comparatum per chartulam comparationis, nec non et de alia una petia ex integro ipso fundo et de portione sua, que est quarta, de piscina comune, quam sibi fecit quidem Rocci filius q. Ursi cum consensu Divitie coniugis sue; pars autem ipsorum germanorum asserebat quia beritas non est, set dicebat ut ipsum ex parte suum esset et sibi in portione tetigisset una cum ipsum reliquum pro medietate sua a q. Gregorio, cui super nomen Mutiomutio, per chartulam combenientie divisionis membranis scriptam que in iudicio hostenserunt; de qua multam altercationem habuerunt et perrexerunt illuc super cum iudices et ostenserunt ipsam chartulam que continebat quomodo ex integro fundo ipsis germanis pertineret medietatem et at memorato Gregorio thio eorumdem, cuius portionem ipse Iohannes comparatam habet a memorato Rocci, aliam medietatem. Deinde iudicatum est ut ipse Iohannes poneret exinde dictis germanis hanc chartulam promissionis. Proinde ipse Iohannes repromittit nullatenus aliquando tempore ipsos germanos querere de dicta portione de fundo *etc.* pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memorati Iohanni. Testes: Iohannes filius d. Leoni, Gregorius filius d. Leoni et Sergius Curialis.—(*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 876) R. N. A. M. t. IV p. 245.

Romano imp. a. 1033.

(1033) **441**. (Christe fave) Die 20 m. magii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Rommano m. i. an. 4. Stephanus humilis abbas monasterii Ss. Anastasii et Basilii situm at media , qui nunc congregatus est in monasterio b. Marie que appellatur Cappelle una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii commutat et tradit Vone Puteolane filie q. Gregorii Puteolani qui cognominabatur Baraberana , coniux presenti Voni Primicerii puteolani, abitatrice vero intus castello Puteolano, tertiam memorati monasterii, ex integra terra que vocatur at sexana, posita in eodem territorio puteolano, que indibisa reiacet cum alias duas partes que pertinent at monasterio S. Sebastiani, et coheret sibi a parte septentrionis terra Stephani qui dicitur Trurula puteolano et via que pergit at ecclesiam S. Proculi eodem territorio puteolano , sicuti sepis et egripus exfinant, a meridiana vero parte et ab oriente est silices publica, ab occidente autem parte terra memorati monasterii S. Sebastiani. De qua nihil *etc. etc.* pro eo quod at bicem impresentis in commutationem accepit duas petias de terra que nominatur at bitica posita in dicto territorio, utraque cum arboribus *etc.* ; coherente sibi at ipsa prima petia de terra a parte septentrionis terra eiusdem monasterii, sicuti sepis et fossatus exfinant, a meridiana parte terra Iohannis Puteolani de iacono Paulo, ab occidente quoque parte via pubblica et abet ibidem de latitudine passi 37, et ab oriente est silice publica et abet ibidem de latitudine passi 27; et at secunda petia de terra abente a parte septentrionis terra memorati Iohannis et de alia parte terra Marini Puteolani nepoti eiusdem Vone, et ab oriente est silice publica et abet ibidem de latitudine passi 15 et ex alia parte via publica et abet ibidem de latitudine passi tridecim at passum ferreum *etc.* Unde nihil *etc.* et pena in auri sol. 16 byth. Scriptum per Iohannem scriniarium filium d. Leonis Curialis , actum vero per Leonem Curialem. Subscribunt : Stephanus humilis abbas , Adeodatus humilis monachus , Leo humilis monachus et Iohannes humilis monachus. Testes : Iohannes filius d. Petri, ΛΑΝΔΟΛΦΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ϹΤΕΦΑΝΙ, i. e. *Landolfus filius d. Stefani*, et Iohannes Curialis — (*Notam. instr. S. Sebast* n. 450) R. N. A. M. t. IV. p. 237.

(1033) **442**. Die 20 m. magii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 4. Vasilio greco et Davit Clerico, filii q. Iohannis Greci, abitatores intus castro Putheolano, promittunt d. Laurentio ven. presbytero et monacho, dispensator et rector monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter integra una petia de terra que nominatur at illum tribeum posita in territorio putheolano una cum arvoribus *etc.* et cum palmento fabrito cum subsetorio suo; coherente sivi ab uno latere terra Iohannis filii q. Pauli Clerici de ipso castello, sicuti egripus exfinat, et de alio latere via publica, da uno capite terra heredum d. Gregorii Brancactii de funtanola, sicuti sepis et fossatus exfinat, et de alio capite terra ecclesie S. Marie que nominatur Romea, sicuti inter se egripus exfinat; que vero integra petia de terra dederat eisdem eorumque heredibus in colligio at lavorandum; in eo tenore *etc.* tantummodo omni annue terraticum dare debeant de quale victum ibidem seminaverint modia trea, tracta intus

ipso castello at illa casa monasterii et mensurata at modium, cum quo monasterium tulerit de aliis portionariis suis, et desuper quantum vinum et grecum Deus dederit mustum mundum et saccapannas dividere debeant per medietatem et medietatem monasterii trahere intus ipso castello, et unam personam cum caballo nutrire per vindemias et vinum at bibendum et pargiandum dare, quomodo consuetudo est in ipso castello, et monasterium non habeat licentiam illos tollere *etc.* ipsi vero germani licentiam abeant abrenuntiare *etc.*; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. Signum manus memorato Basilio et Davit. Testes: Petrus filius d. Gregorii, Leo tabularius et Iohannes Curialis — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 357) R. N. A. M. t. IV p. 247.

443. Die 6. m. iulii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 4. Gregorius archidiaconus S. Neapol. ecclesie, dispensator monasterii Ss. Apostolorum promittit d. Anne ven. abbatisse monasterii et cenobii beatissimi Gregorii et Sebastiani atque domni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni puellarum Dei propter molinum, quem detinet in beneficium a dicta S. Neapol. ecclesia, positum in loco qui vocatur Fullotani, quem habuit a d. Maria abbatissa dicti monasterii cum duobus hortis penes dictum molinum. Nunc conveniunt de quantitate frumenti macinandi in dicto molino, et conciare debeant illum ad comune expendium et foleas et cepullas et porros ipsorum hortorum dividere debeant. Actum per Gregorium Curialem et testes subscripti caractere greco et longobardo. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 493. (1033)

444. Die 1 m. octobris ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 5. Sergius et Iohannes in Dei nomine eminentissimi consules et duces concedunt et tradunt d. Anne ven. monache, filie quidem Iohannis q. Varvocia nunc monachi integrum, monasterium et cenobium vocabulo beatissimi Gregorii et Sebastiani atque dni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleonis puellarum Dei *etc.* (V. *infra* in Dipl. Ducum). (1033)

445. Die 10 m. octobrii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 5. Martinus umilis presbyter, custus ecclesie Ss. Cosmas et Damiani, que fulgit in loco, qui nominatur de posulu qui et armentarium dicitur, vendit et tradit Stephano Ferrario qui nominatur Bonisculo filio q. Petri et Drosum, hoc est iugales, clusuriam de terra que nominatur ad nipititum posita at S. Sossium super Piscinule una cum arboribus et introitu suo per terram que fuit de ecclesia S. Marie de foris porta Furcilla, et que appellatur S. Gerusale seu et per terra de illum Cannalonga et da inde usque at via publici cum omni sua utilitate; pertinente sibi per comparatum per chartulam comparationis que sibi exinde fecit d. Iohannes filius q. d. Stephani Langobardi, postmodum vero monachi, cum voluntate d. Anne h. f. coniugis sue et per chartulam securitatis que fecit q. d. Petrus qui nominatur Parametiomeno, quas eidem Stephano ipse Martinus in presenti dedit cum omnia que continet: coherente sivi ab uno latere terra que fuit d. Petri presbyteri qui nominatur Patricii seum et terra de illa Staurita plevi memorata ecclesia S. Sossii et terra d. Leoni Luppari, et de alio latere coheret terra que fuit memorati d. Petri, et de uno capite terra que fuit d. Marie Russe de d. Agatha quam modo detinet Staurita plevis eccle- (1033)

sie Salvatoris nostri Ihesu Christi de memorato loco Piscinule, et de alio capite terra d. Sergii Gruccianima. De quibus nihil *etc.* et neque *etc.* Insuper antestare *etc.* ostentente memorata chartula cum ipsa securitate propter quod accepit auri sol. 31 de tari ana quatuor per solidos et pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Sergium curialem. Martinus presbiter subscripsit. Testes: Petrus filius d. Mastali, Iohannes Curialis et Petrus filius d. Cesarii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1211). R. N. A. M. t. IV. p. 249.

(1034) **446.** (Christe fave). Die 8 m. ianuarii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 5. Stephanus presbyterus, filio q. Iohannis qui nominatur de Bona mutale Aquila, promittit d. Musande abbatisse monasterii cenobii Ss. Herasmi, Marcellini et Petri ancillarum Dei et at cuncta congregatione monacharum eiusdem monasterii propter ecclesiam vocabulo S. Renati Christi confessoris, que sita esse videtur at patricciana, regione porta novensi, iuris memorati monasterii una cum cella ante se parte hoccidentis et omnibus *etc.* ubi eum custodem ordinaverat: in eo enim tenore quatenus omnibus diebus vite sue ibidem omnem officium sacerdotale facere *etc.* modo vero ipsam cellam conciare et fabricare seu in altum ascendere et cohoperire et homni annuo oblatas paria duo dare, unum in nativitate Domini et alium in S. Pasca , et modo in eadem ecclesia dare et relinquere debeat auri solidos tres et tunc ipsa abbatissa dare debeat terra at nomen ipsius ecclesie et ipse illos frugiare debeat; post suum vero transitum homnia quantum per inbentaneum sibi consignaverat in eiusdem monasterii revertat potestate; pena in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorati Stephani presbyteri. Testes: Sergius filius idem d. Sergii, Petrus filius d. Iohannis et Iohannes filius d. Gregorii. — R. N. A. M. t. IV, p. 251.

(1034) **447.** Die 15 m. magii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 5. Marinus, filius q. d. Leonis qui appellabatur de d. Agatha, vendit d. Stephano filio q. Leonis omnem portionem suam ei obventam ex hereditate d. Iohannis abii sui, et fuit Stephani langobardi exadelfi germani sui , nec non Sergii de Tauro et bona sunt posita in loco Marani. Actum per Sergium Curialem. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 421).

(1034) **448.** Die 20 m. iulii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i. an. 5. Stephanus, filius q. Gregorii qui nominatur Cutitricato, qui fuit abitator in loco qui nominatur Malito S. Petri et modo abitare videtur in Malito S. Neapol. ecclesie , promittit d. Stephano filio q. idem d. Stephani Inferni propter integrum fundiciolum cum medietate de integra corrigia de terra positum insimul in memorato loco Malitum foris illo fossato publico una cum arboribus *etc.*; qui coheret sivi at memoratum fundiciolum ab una parte fundum heredes d. Marini Tata, da secunda parte terra de illi Surdi; da tertia et quarta parte fundum d. Iohannis Angilo, et at memorata sex uncias de memorata corrigia de ambobus lateribus terra monasterii ecclesie S. Severini maioris, de uno capite terra d. Sergii Amalfitani qui dicitur de d. Sillitta, da alio capite est alia sex uncias d. Gregorii germani eiusdem Stephani; quas memoratas sex uncias cum memorato fundiciolo ipse Stephanus Inferno dedit eidem Stephano in colligio et lavorandum seu arbustandum. In eo

tenore quatenus *etc.* tantummodo per homni annue per estatem terraticum dare debeat de quot ibidem seminaverit idest modia duo at modium capientem quartas 12 at quarta iusta cum una gallina insimul. Et si ipsum terraticum cum ipsa gallina non adduxerit et ipse Stephanus Inferno venerit ibidem ad pignorandum, tunc eidem et at tres personas et at caballis eius manducare et bibere dare debeat. Vinum vero et saccapanna dividere *etc.* et here *etc.* et conserbare *etc.* et per vindemiam unum omminem nutrire *etc.* et nullatenus tratollere *etc.* excepto si super se lavorare voluerit, et quandoque abrenuntiare *etc.* Pena in auri sol. 10 byth. Scriptum et actum per Sergium Curialem. Signum manum memorati Stephani. Testes: Iohannes filius d. Sergii, Marinus filius d. Aligerni et Iohannes filius d. Gregorii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 608). R. N. A. M. t. IV, p. 257.

449. In nomine *etc.* Imperante d. n. Michael m. i. an. primo die 21 m. septembris ind. III. Neapoli. Certum est nos Lamberto et Adenolpho uterinis germanis filiis d. Iohannis de domno Lamberto. A presenti die promtissima voluntate venumdedimus et tradidimus tibi Sergio presbytero defiso nostro filio q. Landolphi defisi nostri: idest integram portione et pertinentia habendi Iohanni uterini germani tui defisi nostri ex integras terras posita in loco cognominato Patruschanum una cum arboribus et introituis suis et omnibus sibi pertinentibus: quas insimul nobis cecidit pro devitum quas suprascripto absens Iohannes germano tuo defiso nostro nobis debuit, et ipse fuga lapsus est de ista civitate; de quibus nihil *etc.* sed a nunc et deinceps *etc.* et neque a nobis *etc.* Insuper et ab omnis homines omnique personas omni tempore nos et heredes nostris tibi tuisque heredibus seu relinquentibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus propter quod accepimus a te exinde in presentis in omni decisione seu deliberatione idest auri tari quinque sicut inter nobis bone voluntatis convenit. Insuper promittimus adque firmamus tibi ut quandoque tibi tuisque heredibus seu relinquentibus placuerit ipsas terras usuras dare per quovis modum vestre siat potestatis et nullam requisitionem aut contrarietatem exinde habeatis tu aut tuis heredibus seu relinquentibus, aut persona illa cui per vos datum fuerit per nullum modum nullamque adinventam rationem nec per summissas personas in perpetuis temporibus: si autem nos aut nostris heredibus quovis tempore contra hanc chartulam ut super legitur venire presumpserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissam personam tunc componimus tibi tuisque heredibus seu relinquentibus auri solidos tres byzanthios et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus Sergii notarii filio d. Iohannis curialis per suprascriptam indictionem. † Hoc signum manus memorati Lamberti et memorati Atenolfi quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi et memorati tari confessus percepisse. † Ego Iohannes filius domini Sergii testis subscripsi et supradicti tari confessi percepisse. † Ego Sergius curialis testis subscripsi, et supradictos tari confiteor percepisse. † Ego Sergius curialis testis subscripsi et supradictos tari confessus percepisse. † Ego Iohannes curialis post subscriptionem memorati Sergii scriptoris filii mei et suprascriptorum testium roborationem complevi et absolvi per memoratam tertiam indictionem — Ex membrana originali in archivo Cav. *olim* in arca 27 n. 20, *nunc* arca VII, n. 68. (1034)

450. Die 5 m. nobembrii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Michael m. i. an. 1. Heufimia filia q. Petri qui nominatur Pappasanta, relicta q. Cesarii cum voluntate Seniorícti posterioris viri sui vendit et tradit d. Petro ven. abbati monasterii b. et gloriose Dei (1034)

genitricis semperque virginis Marie site in monte qui appellatur at Sementara et atcuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii integra superiora sua costituta super inferiora cellarei, qui tetigit Petro et Iohanni puherolo germano filiis suis, que abet de memorato q. Cesario anteriori viro suo, posita vero intus hanc civitatem Neapolis at Ninfe iuxta portam que dicitur de d. Petro de d. Adalgiso, una cum haeribus et aspectibus suis et cum introitu suo a memorato vico publico per grade lignee qui ibidem ascendunt, et cum portione de terra vacua ante se parte septentrionis et cum vallatorium in capite ex ipsis gradis; pertinente sibi per dispositum de memorato Cesario et eam tetigit a filiis suis in portionem per notitia que apud ipsum abbatem remisit, coherente sivi ha parte orientis domum heredum q. Petri de Castellum cognati sui, sicut inter se clusa de vimina et signate exfinat, et a parte occidentis grade ex muro publico seu et terra commune, unde iterum ipsa portio sua eidem abbati vendiderat. De quibus nihil *etc.* propter quod accepit auri tari 32 et pena in auri sol. 16 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorata Heufimia. Testes: Iohannes Curialis, Iohannes filius d. Sergii, et Aligernus filius d. Iohannis. — R. N. A. M. t. IV. p. 259.

(1035) **451**. Die 8 m. ianuarii ind. III Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 1. Maria filia q. . . . qui nominatur de Primario et Petrus eius filius, relicta et filius q. Donati, qui nominatur de Angelo, et Iohannes filius q. Sergii, hoc est thius et nepos seu Abia habitatores in loco qui nominatur Cusanum, vendunt Sellicte exadelfe germane seu thir ipsorum, filie q. Stephani de Primario coniugi Iohannis qui nominatur Fiolaro, petiam de terra que nominatus presbitero vonito, posita in loco qui nominatur Cusanum iuxta terras de illi Fiolarii et hoc pro pretio auri tari 16. Actum per manus Sergii Curialis et testes sunt Petrus filius d. Gregorii et Gregorius filius d. Sergii et Stephanus filius d. Cesarii. — *Notam. instr. S. Marcellini* p. 201.

(1035) **452**. Die 9 martii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 1. Grima et Leo germani, et Petrus et Ursus seu Sparanus germani vendiderunt Marino et Leoni germanis filiis q. Iohannis de Auriliano integras duas petias de terra posita in loco qui vocatur trentamiliacca in supradicto loco Pumiliani ad arcora una cum arboribus et introitu earum et omnibus sibi pertinentibus. Coheret sibi una ex dictis petiis de terra de una parte terra de illis Matelione ex ipso loco, de alia parte terra ipsorum emptorum, de alia parte terra de illo Camaniola, de alia parte est supradicta alia petia de terra vendita ut supra. Que alia terra hos habet fines: ab una parte terra Civa? Primicerii, de alia parte terra ipsorum emptorum, de alia parte terra ecclesie S. Archangeli ad signa, sicuti inter se terminus exfinat, de alia parte est terra prima suprascripta sen et terra de ipso Matelione de supradicto loco. Et est signatum tali signo CCCCLI. — *Summarium instr. S. Sebast.* f. 198 a t.

(1035) **453**. (Christe fave) Die 20 m. martii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 1. Stephanus filius q. Aligerni.... vendit d. Stephano ven. abbati monasterii Ss. Seberini et Sossii, ubi *etc.* cuius est defisus, integram petiam de terra que vocatur at tabula

positam foris arcora dudum aqueductus que est per passi modia sex at passum ferreum *etc.* et coheret ab una parte terra d. Iohannis . . . . de alia parte terra heredum q. d. Iohannis Cofinelli, at vero alia. . . . . . . ex alia parte terra de illu Cofinellum de ponticellu, exceptuavit. . . . . . finis que ipsi abbati non venumdedit hoc est duas modias de terra que vocatur caba. De qua nihil *etc. etc.* pro eo quod accepit auri tari 18 et pena in auri sol. 10 byth. Scriptum per manus Sergii scriniarii filii d. Leonis Curialis. Signum manus memorati Stephani. Actum per Leonem Curialem. Testes: Leone filius d Iohannis, Stephanus Curialis et scriniarius et Petrus filius d. Stephani. — Pergam. dei monast. soppressi. t. VII; R. N. A. M. t. IV, p. 261.

454. Die 2 m. iunii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 1. Dominico (1035) filio q. Fermosi, cognomento Gallitula, cum voluntate Grime coniugis sue, avitatores vero in loco qui vocatur Pumilianum quod est foris arcora dudum acqueductus, vendit et tradit Martino qui vocatur Langnise et Leoni, germanis filiis q. Iohannis de Stefano de Sparanu, et Petro et Iohanni, germanis filiis q. Stefani Langnise, hoc est de una genitrice et de singulos genitores, avitatoribus in memorato loco, idest petiam de terra que nominatur asignanu, posita in memorato loco, et coherente sivi da tribus partibus terra eorum, da quarta parte est terra d. Gregorii Tronilla. De qua nihil *etc. etc.*; pro eo quod impresenti accepit auri tari 4. et pena in auri sol. 5 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memorati Dominici. Testes: Gregorius filius d. Marini, Petrus filius d. Theofilacti, et Bitalianus filius d. Petri monachi — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 768) R. N. A. M. t. IV, p. 263.

455. Die 27 m. iulii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 1. Petrus (1035) qui nominatur Maorosararo, filius q. Leonis, cum consensu et voluntate Marie coniugis sue, habitator ville Pischinule, convenit cum abbatissa monasterii Ss. Marcellini et Petri, a qua habuit sex uncias, que sunt pro medietate certi fundi seu terre sue, positi in loco qui nominatur Anquila, qui est foris flubeum, iuxta terras Eufrasie, quidam d. Petri qui nominatur Trusuli, d. Marie coniugis d. Lamberti et de illi Sampigii. Actum per manus Petri Curialis et testes sine cognomine. *Notam. instrum. S. Marcellini* p. 192.

456. (Christe fave) Die 16 m. martii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. (1036) i. an. 2. Stephanus qui nominatur Cotticato, filius q. Petri, habitator in loco qui vocatur Setari quod est foras flubeum, cum voluntate presentis Heupraxie coniugis sue, vendit et tradit d. Stephano ven. abbati monasterii Ss. Seberini et Sossii ubi *etc.* et per eum in memorato monasterio omnem licere et portionem suam ex integro casali, qui nominatur at illu Buccatortiu, posita in loco qui vocatur ad S. Petrum at Calistum eadem parte foras flubeum una cum arboribus *etc.* sibi pertinentem per q. Mariam genitricem suam, que fuit filia Sergii Cotticati de loco qui vocatur Giniolo eadem parte foras flubeum, et ad eundem Sergium pertinuit pro pastenatione sua de memorato monasterio. De qua nihil *etc. etc.*; pena in auri sol. 2 byth. Scriptum per Sergium scriniarium filium Leonis Curialis et actum per dictum Leonem, qui anc chartulam per eius preceptione

a Sergio scriptam post subscriptionem testium et ipsius Sergii scriniarii , complevit et absolvit. Signum manus memorati Petri (1) cum voluntate Eupraxie coniugis sue. Testes: Petrus Curialis, ΛΑΝΔΟΛΦΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΤΕΦΑΝΙ, i. e. *Londolfus filius d. Stephani* et Stephanus Curialis. — Pergam. dei monast. soppr. t. VIII, n. 101; R. N. A. M. t. IV, p. 265.

(1936) **457**. (Christe fave) Die 29 m. martii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. . . . (2). Petrus filius q. Augusti et q. Rute iugalium personarum cum voluntate Eufimmia coniugis sue, abitatores in loco qui vocatur Pomilianum qui est foras Arcora dudum aqueductus , vendit et tradit Petro filio q. Stephani cognomento Lagnise et Iohanni filio q. Ursi, hoc est thio et nepote, abitatoribus de memorato loco, idest petiam de terra, que vocatur at muscarellum, positam in eodem loco et coherente sibi de uno latere terra d. Gregorii Sergonate, de alio latere terra heredum q. Petri Beterone, de uno capite terra Iohannis de Sexanta, territorio supra Lano, de alio capite terra Petri Muca et terra heredum q. Sparani germani sui ex ipso loco Pumilianum. De qua nihil *etc. etc.* pro eo quod impesenti accepit auri tari sex et medium et pena in auri sol. tres byth. et tare unum. Scriptum per Sergium scriniarium filium d. Leonis curialis et actum per eundem Leonem. Signum manus memorati Petri. Testes: Iohannes filius d. Marini, Iohannes filius idem d. Iohannis, et Petrus filius d. Stephani. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 407). R. N. A. M. t. IV, p. 267.

(1936) **458**. Die 12 m. magii ind. IV. Insule maioris. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 2. Marinus illustris Comes et Theodora regalissima Comitissa iugales, filio et nurua q. d. Gregorii incliti Comitis Millusi, cum had honorem Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi atque intemerate eius genitricis semperque virginis Marie et beatissimi Christi confessoris Benedicti, et S. Restitute Christi virginis et martire seu et sancte Ianne facerent ymaginem, in qua eorum sancte effigies pingere fecerint intus ecclesiam monasterii S. Marie site in monte, qui dicitur Cementara, et illam de eorum rebus et substantiis ditaverint pro redemptione animarum suarum et de genitoribus eorum et de eorum filiis atque nepotibus, nunc autem nominatibe per scriptis in anc paginam (3) offerunt, firmant et tradunt d. Petro ven. abati ipsius monasterii et per eum in eadem ymagine integrum casalem qui nominatur at

(1) Sergius scriniarius, qui membranam scripsit, ex allucinatione vel ignorantia et heic venditori nomen Petri tribuit, cum contra ipsum in istrumenti initio Stephanum appellasset, et supra venditionis pretium adnotare omisit.

(2) Supplendum est : *secundo*, uti indictio *quarta*, imperante Michaele, recurrens , omnino deposcit. Male in editis conjicitur annus *quartus*.

(3) " Quoniam, inquit in instr. Curialis; certum est quod omnis secularis causa, que coram presentia vonorum hominum statuitur , tantummodo verbis firmitatis subsistere poterat, si bitam hominibus et memoriam rerum fixa in perpetuum prestita fuisset: eos denique testes semper homo cum bellet presentes abere : set propter fragilitatem carins competit hoc ipsum scripture interbeniente firmari: ut horta in inpostmodum dubietatem, requisita vel repertam certamque paginam et relecta scriptura, conbocatis testibus servens unusquisque propriorum digitorum testium proprietatis, recognoscens nomen vel genum recolcant testes singuli interfuissent: et omnia vera exent; Is vero absentibus relectis in omnibus vel recognitis singulorum litteris ex dignitatem haut antiquitatem hostensa paginam ista tuta res firmetur: et dubium ac murmur fnnditus hamputetur. "

Michaele imp. a. 1036.

Bicum, in quo oratorium a novo fundamine construxerant in honorem ipsius S. Restitute, situm vero in memorata insula eorum que Enaria vocitatur, que et Insula maior dicitur, una cum integrum monte et turre seu bineas , palmentum et subscetorium suum ibidem : coherente sibi ha parte septentrionis plagias maris unde omnem piscationem exinde offerunt , et ab alia parte, quod est ab oriente, terra Petri Ruxi et terra episcopatui S. sedis ipsius Insule, sicuti egripus exfinat et quomodo atbolvit in parte meridie iuxta terra ipsius episcopatui, sicuti labinarium exfinat, et iterum rebolvit in parte occidentis iuxta terra de illis Lancialonga, sicuti lebata exfinat et qualiter salit usque at via publica et in ipsa via rebolbit in eadem meridiana parte usque at montem domnico et redit iuxta halia terra ibidem coniunta que nominatur at ille cese, et da ipsa horientalem parte terram que nominatur at Calquie super illo balneo: ha parte occidentis est mons qui nominatur at Bicum et Lamma seu et alius mons domnico: et iterum offerunt integra terra, que nominatur quiali cum integrum cuniolum in parte septentrionis. Insuper offerunt terra que nominatur ad illa velogna at memorato loco super dicto loco calquie, qui coheret ab una parte monte domnico et a duabus partibus via et integrum casale qui nominatur Cala et Sala cum lamma inter se insimul, coherente sibi a parte horientis ribo et bia qualiter ascendit usque at monte et a parte hoccidentis vinea Petri Ruxi et Marende filie Maru de Mastalu coniugis Iohannis qui nominatur Pictulo, et terra Petri de Conbento , sicuti lavinario exfinat, et terra de illi Isclani in ipso latere sicuti exfinat egripus et podium, et a parte septentrionis terra monasterii Salvatoris Insule maris, et a parte meridie cilium de ipso monte. Simulque offerunt integrum casalem et bineas, que nominatur at simplignana, qualiter descendit usque at monte quod est a parte monasterii S. Hangeli alloquio, quod est a parte horientis coniunctum cum bineis, quas detinet Gregorius et Stephanus de Matrona et germani eorum, ha parte hoccidentis sicut redit super terra monasterii S. Constantii et badit iusta cesa que nominatur de campulo, et quomodo ascendit usque at cilio montis. Quamque et offerunt integra portione sua ipsius Marini de terra que nominatur ad illo sorbedo at legimata, qui coheret a parte orientis monte domnico, et a parte occidentis via publica, a parte meridie portio heredes Stephani germani et cognati eorum Comitum et a parte septentrionis est puteus et gurgo. Simulque offerunt vineam que nominatur de Isco que coheret a parte orientis   et a parte meridie atbolvit via et qualiter ascendit usque in vertice montis. Simulque offerunt integra casa de intus castro eorum Gironis cum omnibus peculias, mobilias seu horganeas, hoc est maioris et minoris, et iterum firmant omnes chartulas quantas et quales *etc.* quas bero terras cum arboribus et cum cuniolas et scapulas seu egripas et lammas et rioras montibus *etc.* et cum bineis et cerbetis *etc.* simulque et cum accuccioras et aquillatoriis seu maris piscationibus *etc.* De quibus nihil *etc. etc.* Actamen statuunt ut nullatenus presummet ipse abbas et posteri eius ex ipsa hereditate alienare *etc.* ad semper abendum *etc.* Et omni tempore ipsa congregatio cotidie ad ipsa imagine luminaria facere debeat et canticum ad ipsos sanctos dare. Insuper commemorationem in sacris orationibus ; et per omnes

dies, quandoque missas in sacros dipticos decantaberint, ibidem dare debeant tres horationes. Si quis autem potens vel impotens *etc.* pena in auri libras tres byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorati iugales. Testes: Iohannes Curialis, Gregorius Curialis et Petrus filius d. Cesarii. — SABATINI, *O. c.* t. V., p. 75. (1) R. N. A. M. t. IV, p. 269.

(1036) **459**. Die 26 m. iunii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Michaelio m. i. an. 2. Sergius in Dei nomine eminentissimus Consul et Dux, filius d. Iohannis Consulis et Ducis qui perrexit in Costantinopolim, secum habendo d. Sergio abio suo, olim dux nunc vero monachus, concedit et tradit d. Maioni, dudum abbas monasterii Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi Insule maris ecclesiam Ss. Sergii et Vachi *etc.* (V. *infra in* Diplom. Duc.)

(1037) **460**. Die 15 m. aprilis ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 3. Petrus filius q. d. Gregorii abbas monasterii S. Salvatoris d. n. Iesu Christi insule maris una cum cuncta sancta et ven. congregatione monachorum memorati sancti et ven. sui monasterii donat et tradit Gregorio Guttr (*sic*), filio q. Gregorii..... ucteum, qui dicitur de Nastata, nunc vero monacho, duas petiolas seu sex uncias de terra de memorato monasterio in massa, positas in loco ad S. Andream ad Sextum quod est foris Resina; item predictus Petrus dat memorato monasterio auri tarenos duodecim pro parte et medietate, que sibi exinde pertinet pro genitore suo, que indibisa reiacet cum alia medietate, quam predictum monasterium in sua reserbavit potestate; que quidem terre designate sunt per hos fines: de uno latere est terra de Maria germana ipsius Petri, a parte meridiana est Resina et habet ibidem de latitudine passus 26, quas quidem sex uncias et memoratas petiolas predicta congregatio monachorum memorate insule Salvatoris tradunt predicto Petro cum volumtate d. Sergii domini Satimalis ? (2) in Dei nomine eminentissimi Consulis et Ducis. Rogatum per manum d. Iohannis Sergii (*l. scriniarii*) filio d. Leonis Curialis in quo subscribitur: Ego Sergius olim dux nunc vero monachus. Testes: Ioannes, Dodo? et Iohannes Monachi. Iohannes filius d. Sergii. — TUTINI, *Notam. scriptur. S. Georgii maioris.* Ms. fol. 41 in bibliotheca Brancatiana.

(1037) **461**. Die 20 m. decembris ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Michaeli m. i. an. 4. Marinus filius quidam Stephani Primicerii, habitator loci qui nominatur Gualdo ad illi Picorario, cum consensu d. Petri et d. Iohannis qui nominantur de Sirrento, thii et nepotes, vendit et tradit d. Iohanni, viro laudabili medico, filio quidam d. Gregorii clarissimi medici, petiam terre positam in dicto loco Gualdi, ubi dicitur ad palmola, (3) quam ei obvenit a dicto Stephano Primicerio eius genitore, et eidem Stephano pervenit a Martino genitore suo, et eidem devenit a Petro Longo et a d. Theodonanda abbatissa monasterii Domini et

(1) Membrana olim Neapoli in archivo monasterii S.Mariae de Albino, quod vulgo *Donnalbina* dicitur, extabat.

(2) Haud dubito quin Tutinius heic male membranam originalem legerit. Quid enim Satimalis? Sergius hic, qui in Neapolitanorum ducum serie quartus habetur, certe Iohannis filius fuit, uti iam dixi t. I, p. 130. Recte igitur Capacius (*Hist. Neap.* t. 1, p. 144) inquit: *Qui* (Sergium) *Satimalis filium dicunt et Satimalem etiam ducem faciunt, velim scripta ostendant, quae negari non possunt.*

(3) Cf. supra instrum. n. 172.

Michaele imp. a. 1038.

Salvatoris nostri Iesu Christi atque Pantaleonis ancillarum Dei, que terra est mensure modiorum trium et medii, mensuratum ad passum ferreum S. Neapolitane ecclesie et coheret cum terra dicti monasterii S. Pantaleoni que ei tetigit, quod nunc congregatum est in dicto monasterio S. Gregorii maioris, que nominatur ad illi buctari, ab alio latere cum terra eiusdem monasterii et cum terra heredum dicti Petri Longi et cum terra S. Neapolitane ecclesie, pro pretio auri solidorum 16 de tari ana quatuor turi pro unoquoque solido. Actum per Sergium primarium. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 251.

462. (Christe fave) Die 1. m. ianuarii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 4. Atenolfus filius q. d. Gregorii *qui* cognominabatur Spina, postmodum vero monachi, et q. d. Anne h. f., iugalium personarum, cum voluntate presenti Gregorii germani sui, offert et tradit d. Stephano ven. abbati monasterii Ss. Seberini et Sossii ubi *etc.* et per eum in eodem monasterio medietatem ex integra portione, que sibi pertinet per memoratam genitricem suam, de integro campo qui vocatur ad illu Buccatortiu, positum in loco qui vocatur at S. Petrum ad Calistum qui est foras flubeum, cum medietate de palmento et subscetorio suo insimul frabito, unde alia medietate cecidit gratis ad memoratum Gregorium germanum suum, excepto quantu sibi pertinet per comparatum, et at vicem in portione ad ipsum germanum suum tetigit omnia quantum habebat in loco qui vocatur Catulli, eadem parte foras flubeum. De qua nihil *etc.* Tantummodo ut quandoque sibi Deus incordaberit ut se monachum faceret, tunc ipse abbas et posteri eius eum enutrire vestire et calciare debeant *etc.;* insuper et quidem Petrum famulum suum enutrire, *etc.* sicut ceteros servientes memorati monasterii, si ab ipso suo servitio nequaqua recedat *etc.*; pena in auri sol. 40 byth. Scriptum per Sergium scriniarium filium d. Leonis Curialis et actum per dictum Leonem. Signum manus memorati Atenolfi. Testes: Sergius filius d. Ursi, Sergius Curialis et Iohannes filius d. Stephani. — R. N. A. M. t. IV, p. 277. (1038)

463. Die 15. m. februarii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Michaelio m. i. an. 4. Petrus Ferrarius et Anna h. p., uterini germani filii q. Gregorii de Rotunda et quidam Marie que Marenda clamatur, iugalium, pro vice eorum et pro vice Iohannis germano eorum, qui infra etatem exe videtur, et cum consensu memorate genitricis eorum promittunt d. Laurentio ven. presbytero et igummeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii, eo quod contrastit a memorato Gregorio Rotunda omnem licerem suum seu pertinentias suas, quas ipse abuit de integra ecclesia S. Petri, que nominatur at Calistum foris flubeum, dicendo pars eius ut ibidem sortem aberet, et fuit exinde inter monasterium et memorato Gregorio intentionem, et post ipsam intentionem ambe partes venerunt in convenientiam quatenus dividerent illam per medietatem, sicuti continet chartula que fecit memoratus genitor suus, et per ipsa chartula fecit ut si de eum non remanserit proprius heres, tunc ipsa medietate sua reberteret et exeret offertum in memorato monasterio; etiam et ipse Gregorius tullit una petia de terra pertinente de memorata ecclesia et ipse illa venundedit et quia quesivit ipsos germanos ut illam recolligerent et ambe partes steterunt exinde ad legem, et iudicaverunt ut illam (1038)

ipsi germani recolligerent et non potuerunt recolligere; et quia ceperunt ipsi germani rogare ipsum igummenum ut darent ibidem aliam unam petiam de terra que est coniuncta cum terra ex ipsa ecclesia at vicem pro memorata terra que vendita fuit , et abrenuntiarent monasterio portionem eorum et igummenus refunderet auri tari 5 : etiam et in presenti dant et tradunt in memorata ecclesia ipsam petiam de terra una cum arboribus: coherentem sibi ab uno latere parte meridiana et de uno capite parte orientis est terra heredum q. d. Petri Ipati de Sanctum Arcangelum at signa, et de alio latere a parte septentrionis est coniunctum cum alia petia de terra ubi est memorata ecclesia et de alio capite parte occidentis est terra monasterii S. Sebastiani; et repromittunt nullo unquam tempore monasterium de memorata ecclesia querere *etc.* etiam et abuerunt memoratos tari 5; etiam et unam chartulam, que fecit a memorato genitori eorum Petrus filius Iohannis Scocci de fravicandum ipsa ecclesia seum et alia una chartula commutationis, que fecit a memorato genitori eorum Gregorius nepos eiusdem, remiserunt in presentis apud ipsum igumenum et pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. Signum manus memorato Petro Ferrario et memorate Anne. Testes: Iohannes filius d. Gregorii, Leo tabularius et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1247). R. N. A. M. t. IV, p. 279.

(1038) 464. Die 20 m. februarii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Michaelio m. i. an. 4. Iohanne Calciolario, qui nominatur Pentiulo, filio q. Petri Calciolarii et q. Sillitte, iugalium, promittit d. Laurentio ven. presbytero et igumeno monasterii Ss. Sergii et Vachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii, eo quod eum modo a presenti die in ipso monasterio recepit, ut eum monachum facere et nutrire, vestire et calciare debeat ut ceteri monachi cenobiati, et ipse in monasterio servire et omnem imperium intus et foris facere debeat et ipsum monasterium pargiare debeat auri tari 8, quos ipse dare debuit a creditoribus suis. Et ipse a die presenti offert et tradit in ipso monasterio domum sua dixtructa et cooperta, posita vero intus civitatem Neapolis in vico qui vocatur ficariola iuxta porta noba, que dicitur de domino Urso Tata, quod est nominatibum integra una inferiora cellarei cum integra superiora super se et cum sex uncias de alia una inferiora distructa ibidem coniuncta cum aliis sex unciis heredum q. Stephani Calciolarii thii sui, item alia una inferiora distructa iterum coniuncta cum ipsa inferiora et superiora, hoc est a parte orientis et est coniuncta a parte septentrionis cum orticello heredum de illo Puldericum, sicuti inter se proprium pariete suum exfinat, una cum aeribus suis et cum introitu per memorato vico publico, qui pergit a memorata porta, et per anditum communale et per gradis pretineis communibus una cum ballatorio commune, qui est in caput ex ipsis gradis et per regia propria sua; et at ipsa inferiora introitum abere debeat per alia regia communale sua et de heredibus Stephani thii sui qui ingredit in memorata inferiora, unde introitum abere debeat a memorata inferiora et cum integra piscina que est intus inferiora maiore: et coherent memorata superiora et inferiora insimul coniuncta cum domu d. Magii ven. presbytero et domum Argiro, et at ipsa

Michaele imp. a. 1038.

inferiora distructa da parte septentrionis est orticellum, ubi licentiam abeat monasterium edificare illum solareum qui est super ipsa inferiora, et a parte occidentis est domus heredum Stephani thii sui et a parte meridiana sunt habitationes ecclesie S. Agate et a parte septentrionis est memoratus anditus. Insuper omni tempore *etc.*; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. Signum manus memorato Iohanne. Testes: Leo tabularius, Gregorius filius d. Petri et Sergius Curialis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1321) R. N. A. M. t. IV, p. 281.

465. In nomine *etc.* imperantibus domno Michael magno imperatore anno quinto (1138) mense aprelis secunda (1) ind. Ideo quem ego iohannes archipresbyter rectores de ecclesia sanctus georgius de ipsi arci de castellum de cicala bona etenim mea bolumtate per an chartulam damus tibi romoaldus filius olprandi de loco sanctus paulus de cicala una pecia de terra que fuit de mare episcopus mezupane qui offertum abuit in ipsa ecclesia at pastenandum et est posita ubi dicitur at monticellum et ipsa terra abet finis de uno latere terra basilii grecu et de alio latere terra dominus petrus millusu qui tenet ad censum mari magister palumbus et de uno capite abet finis ipsu fossatu et de alio capite terra sergii de gautio de sanctus paulus et petrus portaru hec nominata terra qualiter finis eius predicte sunt ded. . . . . romoaldo ad pastenandum et debetis plantare arbores et vites pomifera fructifera vel infructifera iusto et legittimo ordines: ut bene pareat pastenatus subtus vel supra et laboretis cum vestros vobes et at manus diligenter apto tempore et de vestra seminare sementa debeatis ad omne vestrum expendiu et dare nobis debeatis terraticum de quinque una et ipsa vindemia vos vindemiare debeatis cum bestris operariis et conciaturia et quicquit ibidem dominus deus dederit vino mundo per equaliter inter nobis dibidere debeamus at palmentum legitimu calcatum ante omine nostrum: et ipsa peciola tollere debeatis et pro ipsa peciola dare nobis debeatis unum pullu bonum palmentaticu et at duas personas omminu manducare et vibere ut iustu fuerit: hec nominata terra qualiter finis eius iamdicte sunt ab omnibus ominibus antistare et defendere promittimus et obligamus quot si minime antistare et defendere noluerimus: aut si nos ipsis per quobis ingenio remobere vel dirumpere quesierimus: tunc obligamus nos qui supra nominatus iohannes archipresbyter obligamus et nostris posteris tibi romoaldus et ad tuis eredibus ad componendum biginti solidi bisanteis et anc chartulam pastinacionis sit firma et stabilis in perpetuum quam et te alferi notarius scribere rogabimus. actum nola. † Ego iohannes archipresbyter. † Ego petrus presbyter. — Ex membrana originali in arca VII n. 112 bis *olim* 14 n. 6 apud archiv. Cavense.

466. Die 30 m. iunii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Michaelio m. 1. an. 4. (2) Bona (1138) que nominatur Sissana, relicta d. Iohannis qui dicebatur Sissano, et Petro Sissano atobtibo

(1) Sic in membrana totis litteris scriptum, sed omnino male; ut in sequenti not. (2) dicam.

(2) Annus quintus imperii Michaelis Paphlagonii nullo modo cum ind. II conciliari potest. Michael enim proprie die 12 m. aprilis II ind. (an. 1034) coronam accepit et non amplius quam 7 annis imperavit. Notarius igitur aut ex allucinatione pro ind. sexta scripsit secundam aut pro anno primo quintum. Cum autem haud facile tunc tamporis fuerit novi imperatoris notitiam eodem mense tam brevi intervallo Nolam pervenisse, ego ibi ind. VI reponendam esse censeo. Neque contra ipse annus imperii quintus et ind. VI in mense aprili recte conveniunt, nisi si quis suspicari velit notarium contra morem Curialium Neapolitanorum vel a die coronationis Michaelis, vel a septembri praecedenti epocham sumpsisse. — Di Meo nodi nexum non solvit sed caedit, cum contra membranae fidem pro ind. secunda sextam legit.

Michaele imp. a. 1038.

filio eorum promittunt d. Laurentio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Vachi qui *etc.* et at cunta congregatione monachorum eiusdem monasterii , eo quod voluerant facere solareum super anditu communale eorum et de memorato monasterio et de consurtibus eorum, et ipse anditus vadit ad domum quam obtulit in ipso monasterio Iohannes Calciolario qui nominatur Pentiulo per chartula offertionis quam apud se igumenus abet et ad domum heredum q. Stephani Calciolarii qui nominatur Pentiulo et at domum ipsius Bone et filii et de consortibus eorum, positas vero intus civitatem Neapolis in vico qui nominatur ficariola iusta illa porta noba que dicitur de domino Urso tata, etiam et igumenus illut contrastit ut illud non faceret. Et quia ambe partes ibidem portaverunt iudices publicos et ibidem ipse igumenus ostendit et relegere fecit memoratam chartulam offertionis, et invenerunt duas furcas ibidem fictas a parte orientis iuxta domum Maionis presbyteri et desuper ipsas furcas lignamen positum, qui ibidem unum caput detinet et alium caput in domu ipsius Bone et filii et sunt super ipsum anditum communale, et ipsi iudices iudicaverunt ut ibidem starent et aberent illas donec infracedaberint da pedes et ipsa mater et filius plus lignamen ibidem ponere aut abere nec mutare non debeant, excepto ipsas qui modo ibidem sunt, et ubi infracedaberint illos tollere et destruere ut super ipsum anditum communale nullum edificium facere aut abere debeant. Ideo ipsa mater et filius repromittunt et firmant per hanc chartulam uti iudicatum fuerat, et quod ille grades fravite, qui ascendunt in memoratam domum, siat qualiter modo sunt, et illas alias furcas que sunt at coste ipsam domum et abet ibidem canales ligneos, unde currit aqua celestis at illam piscinam eorum, eis monasterium contrare non debeat et pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. Signum manus memoratas personas. Testes: Ursus filius d. Iohannis, Leo filius d. Iohannis et Iohannes filius d. Gregorii— (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1160). R. N. A. M. t. IV, p. 284.

(1038) **467.** Die 20 m. augusti ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 4. Sergius filius promittit Sergio diacono filio q. Iohannis presbyteri, qui nominatur Catapano , dare ei portionem ecclesie S. Silbestri Christi confessoris atque pontificis et S. Stephani que sita est in vico qui nominatur sol et luna, cum omnibus suis pertinentiis, redditibus, domibus et codicibus ad portionem suam pertinentibus; et pena constituta est in auri sol. 30 byth. Actum per Petrum tabularium.—*Notam. instr. S. Gregorii*, n. 23.

(1138) **468.** Die 28 m. augusti ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 4. Ursus filius d. Gregorii Curbania commutat et tradit Stephano, filio d. Stephani Marcellini et d. Theodonande iugalium, petiam terre que vocatur ad ciurbina, positam in loco qui vonatur Gualdum, quam ipse Ursus emit ab Anna exadelfa germana sua, filia d. Marini Curbania thii sui, cum voluntate d. Sergii de dno Cesario de dna Theodora vitrici sui; et coheret cum terra ecclesie S. Simeonis, quam quidam fecit ven. recordationis d. Iohannes Consul et Dux et cum terra heredis d, Gregorii Armagaudiu et cum terra heredis d. Iohannis Millosi da Toccu. Et in excambium predictus Stephanus commutavit et reddidit dicto Urso petiam terre, que vocatur ad circulu, positam Foris griptam , que cohe-

Michaele imp. a. 1038.

ret cum terra Sergii Cucuria, cum terra monasterii S. Antoni sitis in scapula montis Pausilipensis (1) et cum terra heredis Sergii qui cognominabatur Caputo, et cum terra Gregorii Vicedomini; et pena controventionis statuta est in auri sol. 40 byth. Actum per Iohannem Curialem. Testes vero subscribunt sine cognomine caractere greco et longobardo. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 544.

469. In nomine *etc.* Imperante d. n. Michaelio m. i. anno quinto die 15 m. septembris ind. VII. (1038) Neapoli. Certum est me Heuprasia h. f. que nominatur Campanella filia q. d. Iohannis de Socri et q. d. Drusum h. f. iugalium personarum relicta autem d. Stephani qui dicebatur Campanella a presenti die promtissima voluntate venumdedi et tradidi tibi Stephano filio d. Iohannis de Martesergiis (2) idest integra una clusuricella mea de terra que nominatur panupictulum positam vero foris loco qui vocatur Miana: pertinente mihi per parentorum meorum: una um arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: coherente sivi ab uno latere terra d. Ioannis Pisani filio d. Gregorii Pisani et de alio latere coheret terra tua memorati Stephani de uno capite est in aliquantum terra memorati d. Iohannis Pisani et terra (3) et de alio capite est terra de quidem Stephano Ferrario qui nominatur Arretiaculo: sicuti ex omni partem scpis eam circumdat: de qua nihil mihi exinde intus memoratas coherentias aliquod remansit aut reservavi nec in alienas cuiuscumque personas quod absit commisi aut iam committo potestatem: set a presenti die et deinceps *etc.* et neque a me *etc.* insuper omne tempore ego et haeredibus meis tibi tuisque haeredibus exinde ab omnis homines omnisque personis in omuibus antestare et defensare debeamus: propter quod exinde accepi a te in presentis idest auri tari 15 sicut inter nobis convenit: si autem *etc.* tunc compono *etc.* auri sol. 12 byth. et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus Sergii primarii per memorata septima indictione. ┼ Hoc signum manus memorata Heuprasia que nominatur Campanella quod ego pro ea subscripsi et memoratos tari traditos vidi. ┼ Ego Leo filius domini Iohannis testi *etc.* ┼ Ego Marinus filius d. Iohannis testi *etc.* ┼ Ego Leo tabularius testi *etc.* ┼ Ego Sergius primarius complevi et absolvi per memorata *etc.* — Ex membrana originali in arca VII. n. 116 bis *olim* 27 n. 31 in archivo Cavensi.

470. Die 25 m. octobris ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 5. Gre- (1038) gorius, qui nominatur Cutina, filius Iohannis qui nominatur de Pipera et Maria puerula filia Stephani qui nominatur Cutina, qui fuit filius Iohannis, hoc est thius et nepos, habitatores loci qui nominatur Piscinula et dicta Maria puerula per absolutionem gloriose potestatis d. Iohannis in Dei nomine ..... (4) habendo abocatorem vendunt et tradunt

(1) Huius monasterii meminit etiam aliud coaevum instrumentum, quod heic breviatum subiungere iuvat: Die 15 m. aprilis ind. (III) Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 3, Iohannes Guindacius filius q. d. Gregorii pro Dei omnipotentis amore et redemptione anime sue, et pro anima patris, et matris sue offert, et tradit d. Iohanni abbati ven. monasterii domini et Salvatoris nostri Iesu Christi de Insula maris idest integram omnem portionem suam que sibi pertinet, vel obvenire et pertinere debet per quemcumque modum de integro monasterio vocabulo beatissimo Antonio, que situm est in scapula monte Posilipense, una cum quantum ipse portione pertinet de omnibus *etc.* (*Omittuntur nomina Curialis et testium*) — *Catasto di S. Pietro a Castello* n. CCCXXXII; Chiarito, *o. c.* p. 172.

(2) Ita in exemplo, quod ab optimo clarissimoque viro d. Bernardo Caietani O. S. B. nunc episcopo Sitinensi accepi. Di Meo verum (*Annali* t. VII, p. 192) legit: *de Magistris Sergiis.*

(3) Vacuum heic in membrana relictum.

(4) Instrumentum, uti in Ms. adnotatur, heic consumptum erat.

d. Marie filie d. Stephani ven. archidiacono S. Sedis Sirrentine ecclesie fundum terre cum alia petiola terre positum in loco qui nominatur Piscinule, et nominatur ad cesula, et cum alia corrigiola terre posita in campo de Apolline iusta fundum Stephani qui nominatur de Urso; et coheret dictum fundum terre cum terra heredis Iohannis presbiteri filii Ursi de Pipera, et cum fundo de illo Atellano, de uno capite cum cabacomune. Petiola vero terre coheret cum terra Iohannis Modiosolidos, cum terra Iohannis Gruccianima et cum terra Stephani presbiteri qui nominatur de Aligisa pro pretio auri tari 24 et pena controventionis statuta est in auri sol. 12 byz. Actum per Iohannem Curialem et scriniarium et testes subscripti caractere longobardo. — *Notam. instr. S. Gregorii*, n. 496.

(1041) **471.** Die 20 m. ianuarii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 7. Dominus Laurentius abbas monasterii S. Sebastiani de Neapoli locavit et concessit Petro filio q. Stephani Primicerii de Romano Primicerio, habitatori in loco qui vocatur Actone ad S. Stephanum foris flubeum, integrum fundum cum integris duabus cuniolis de terra, que sunt insimul in uno coniuncte ipsius monasterii; una vero ex ipsis cuniolis est parte desuper ecclesia S. Marie que vocatur Lassamanica de supradicto loco Actone, et alia est de subtus dictam ecclesiam S. Maria, qualiter vadit et descendit usque ad rivum proprium ipsius monasterii, ubi ipsum monasterium habet illam obedientiam S. Basilii de supradicto loco Nonnaria, et de alio latere est coniuncta ipsa cuniola de subtus cum rivo qui vocatur de fontana quomodo aqua exfinat: insimul cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitu suo et omnibus sibi pertinentibus. Et omnes fruges inferiores sint ipsius Petri et eius heredum; de vino autem et olivis et de omnibus fructibus superioribus dare teneantur medietatem dicto monasterio et reliqua medietas sit eorum. Et est signatum tali signo CCCXXXXI. — *Summarium instrum. S. Sebast.* f.° 166.

(1041) **472.** Die 26 m. martii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 7. Iohannes filius q. Voniti cum consensu Eupraxie coniugis sue, habitator loci qui nominatur Anquila qui est foris flubeum, vendit et tradit d. Drose abbatisse monasterii beatissimi Petri et Marcellini duo modia mensurata ad passum ferreum S. Neapol. ecclesie de campu possessionis sue, que detinuere parentes sui a Theodonanda abbatissa et a d. Musanda similiter abbatissa antecessoribus pro pretio auri tari 9. Actum per manus Sergii Curialis et testes sunt Sergius filius d. Sergii et Stephanus filius d. Iohannis. — *Notam. instr. S. Marcellini*, p. 192.

(1041) **473.** Die 18. m. martii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. VII. Instrumentum continens in effectu quod omnes monache grece seu que sciunt licteras grecas monasterii s. Marcellini et Petri sepeliantur in monasterio S. Sebastiani de Neapoli secundum quod fuit consuetudo. Et est signatum tali signo CCVIII. — (*Summarium instrum. S. Sebast.* f.° 120 a t.°).

(1042) **474.** Die 19 m. martii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Michaele m. i. an. 8. Eufimmia filia q. Pumiliani, relicta q. Petri de Agumu, avitatrice vero in loco qui vocatur Pumilianum quod est foris Arcora dudum aqueductus, pro vice sua et pro vice quidam

Michaele imp. a. 1042.

Sillicte puerule filie sue seu et cum voluntate d. Marie h. f. , cui ipsa et filia sua defise sunt , que fuit filia q. d. Iohannis cognomeuto Mundulo , cui ipse vir suus defisus fuit, et conius presentis d. Iohannis qui cognominatur Buccapictula et at ipsa d. Maria consentiente ad ea memorato viro suo, vendit et tradit Martino qui nominatur Langnise filio q. Iohannis de Stephano de Sparanu et Petro filio Stephani Langnise, oc est uterinis germanis de una genitrice et singulos genitores, et Gregorio et Martino et Fermoso germanis filiis q. Leoni qui fuit filius q. memorati Iohannis et Iohanne filio q. Ursi Langise, oc est thiis et nepotes, nepotes atque pronepotes suis, abitatoribus vero in memorato loco, idest integras sex uncias que fuerunt de memorato viro suo ex integro fundo posito ibidem cum palmento et subsceptorio suo et ad ara et furnum et balneum insimul frabritum et cum puteo aque vibe intus se et cum introitu omnibusque *etc.* que sex uncie indivise reiacent cum aliis sex unciis, quas ipsi thii et nepotes Lagnise comparatas habebant a memorato Petro de Agumo; et coheret sibi insimul de uno latere fundum d. Iohannis de d. Adelmari, cui ipsi Langnise defisi esse videntur, et de Petro qui nominatur Betrone de memorato loco thio eorum, sicuti inter se sepis seu fossatus exfinat , et de alio latere carraria propria de ipso fundo et a foris est fundus q. d. Marini de d. Cali et de uno capite est fundum quidem Stephano presbytero, qui ad eum pertinuit de quidem Maria thia ipsorum Langnise serbienti sua et de alio capite est via publica que pergit da Nola. De qua nihil *etc.* sit venundatum *etc.* dividentes ipse Martino et Gregorio et idem Martino et Fermoso medietate ac memorato Petro et Martino alia medietate, sed ipse Martino una portione et Gregorio, Martino et Fermoso una portione : et neque *etc.* Insuper *etc.* pro eo quod acceperunt auri tarì 24, de quibus quatuor tulerunt Eufimia et filia sua, et reliquos memorata d. Maria h. f. et pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memorata Eufimia. Testes: Sergius filius d. Iohannis, Iohannes filius d. Mastali et Leo filius d. Stephani. — (*Notam. instr. S. Sebast.*, n. 492). R. N. A. M. t. IV, p. 292.

475. Die 20 m. aprilis ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Migaelio m. i. an. 8. Andrea filius q. Iohannis Cotricati , cui supernomen Franco , una cum voluntate Eupraxie conius sue , avitatores autem in loco qui vocatur Giniolo , que est foris flubeum, offert et tradit d. Stephano ven. abbati monasterii Ss. Seberini et Sossii ubi *etc.* portione et pertinentias suas quantum et quomodo ei pertinet de integro campo, qui vocatur ad illi Buccatorti que est foris risina super S. Petrum at Calistum, quem q. Stephano Cotricato avio suo at pastenandum detinuit da illi Spina una cum arvoribus et cum scapulis et egripas seu rioras et cum resinas et cum palmentis *etc.* Unde nihil *etc. etc.*; pena in auri libre sex byth. Scriptum et actum per Stephanum Curialem. Signum manus memorato Andrea. Testes: Iohannes filius d. Aligerni, Musus filius d. Maraldi, et Iohannes filius d. Capuani. — R. N. A. M. t. IV, p. 295. (1042)

476. Die 4 m. magii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Migaelio m. i. an. 8. Maria filia q. Stephani Caruliti, relicta q. Sergii Cotricati cui super nomen Capocca , et An- (1042)

gelus filius q. Petri Cotricati, avitatores in loco qui vocatur Giniolum ipsi Cotricati, vendunt et tradunt d. Stephano ven. abbati monasterii Ss. Seberini et Sossii ubi *etc.* et per eum in memorato monasterio portiones suas ex integro casale memorati monasterii, qui vocatur ad illi Buccatorti positum vero super S. Petrum at Calistum qui est foris resina cum arvoribus *etc.* scapulis et egripas *etc.* et portione eorum de resinas *etc.* Unde nihil *etc. etc.* pro eo quod acceperunt auri tari 4. et pena in sol. 2. byth. Scriptum et actum per Stephanum Curialem. Signum manus memorata Maria et Angeli. Testes: Marinus filius d. Iohannis, Iohannes Curialis et Saductus filius d. Stephani.— R. N. A. M. t. IV, p. 296.

(1043) **477.** Die 15 m. martii ind. XI. Neapoli. Post obitum Michaelis m. i. an. 1. Maria filia q. Petri Cotricati una cum voluntate Iohannis de illa monacha de Tertium viri sui, pro bice sua et pro bice Angeli germano suo qui hic absens est, et Maria filia q. Stephani Casalitti, relicte q. Sergii Cotricati cui super nomen Capocca, et ipse pro vice sua et pro vice Iohannis pueruli filii sui quem abet de memorato viro suo, vendunt et tradunt d. Stephano ven. abbati monasterii Ss. Seberini et Sossii, ubi *etc.* et per eum in memorato monasterio idest integras portiones suas et de memorato Angelo ex integro casale qui fuit de illi Spina et nominatur ad illi Buccatorti, positum vero at Calistum una cum omnibus *etc.* Unde nihil *etc. etc.* pro eo quod acceperunt auri tari 14 et pena in auri sol. 16 byth. Scriptum et actum per Stephanum Curialem. Signum manus memoratas personas. Testes: Musus filius d. Maraldi, Iohannes filius d. Cesarii et Iohannes Curialis. — R. N. A. M. t. IV, p. 298.

(1043) **478.** Die 2 m. magii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 1. Stephano umile presbytero, cui supernomen Franco, filio q. Iohannis, promittit d. Laurentio ven. igummeno monasterii Ss. Sergii et Vachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii propter portiones et pertinentias quantum et quomodo hobbenit memorato monasterio de integra ecclesia vocabulo S. Ianuarii, qui nominatur Spoliamorta sacerdoti et Christi martiris sita inter duas vicoras, unum qui nominatur iudeorum, et alium qui nominatur treafata qui et carrarium, regione porte S. Ianuarii, una cum portione de domibus et de cellis *etc.* et de codicibus *etc.*, ubi eum custodem ordinaverat. In eo tenore quatenus *etc.* et omne quod oblatum fuerit *etc.* Et pro alimoniis suis habeat omnes hereditates, habitationes, hortus et codices *etc.* et omni annue dare debeat oblatas in nativitate Domini paria trea, et in sanctum pasca paria duo, et per iobi die sanctum pastillos viginti, et facere alias omnes consuetas de memorata ecclesia, sicut de vetere fuit. Ubi vero Domino placuerit et illi maledicti Lormannis exierint de Liburie ut ipse recollisserit terras de Liburias, tunc in tota memorata ecclesia dare debeat auri sol. 15 et ipse igumenus non abeat licentiam ipsum presbiterum iactare *etc.* et sacerdotem *etc.* super ipsum ordinare: post autem suum transitum revertantur *etc.* et pena in auri sol. 12 byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. Signum manus memorati Stephani presbyteri. Stephanus presbyter subscripsit. Testes: Gregorius filius d. Pe-

tri, Iohannes Curialis et Leo filius d. Iohannis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 898). R. N. A. M. t. IV, p. 299.

479. Die 3 m. ianuarii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 2. (1044) Stephanus qui nominatur filius quidam Sergii et Petrus filius quidam Fasani qui nominatur Caprella, promittunt d. Drose abbatisse monasterii Ss. Marcellini et Petri propter terram positam in loco qui nominatur ad Montesane iuxta bona d. Iohannis Saracini et per dictum monasterium data ad detinendum, propterea promittunt dare dicto monasterio annuo quolibet certam quantitatem frumenti et ordei et medietate vini et fructuum dicte terre. Actum per manus Sergii Curialis et testes sunt sine cognomine. — *Notam. instr. S. Marcellini*, p. 192.

480. Die 27 m. martii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 2. (1044) Marinus comes, filius q. vone recordationis d. Sergii in Dei nomine et minentissimi Consulis et Ducis postmodum vero monachi, promittit d. Laurentio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Vachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii, eo quod ipse memoratum monasterium quesierat, ut omni annue dare solitus esset per consuetudinem in ipso comitatu de castro Cumano, quas ipse tenere videtur, unam tractoriam de vino mundo pro illa obedientia monasterii que abet in loco qui vocatur Quarto maiore, et pars monasterii dicevat ut non exet ita, et post hec placuit exinde sibi nullam intentionem abere. Deinde per anc chartulam offert et tradit in eodem monasterio ipsam tractoriam de vino, ita ut nec ipse nec posteri qui ipsum castellum Cumanum tenuerint nec sui ordinati querere illam amplius possint. Insuper promittit ut si quavis persona ipsum monasterium exinde quesierit per se vel per heredes suos qui ipsum comitatum ex ipso castello Cumano tenuerint desuper tollere *etc.* tunc *etc.* sub vinculo anathematis *etc.*; pena in auri libris duabus byth. Scriptum et actum per Sergium primarium. Signum manus Marino comite. Testes: Marinus filius d. Aligerni, Sergius filius d. Gregorii et Iohannes filius d. Sergii. — R. N. A. M. t. IV, p. 309.

481. Die 10 m. magii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 3. Maria filia (1045) q.... relicta autem q. Martini Lagnise et Petro, qui nominatur Lagnise, filius q. Stephani et Martinulo filius q. Leoni, hoc est thiis, nepotes atque cognatis, abitatores in loco qui vocatur Pumilianum qui est foris Arcora dudum aqueductus, et ipsa Maria pro vice sua et pro vice, quidem Stephani cui supernomen Fusco, adoptivi filii seu generi sui, et ipse Martinulo pro vice sua et pro vice Fermusuli germani sui, promittunt Iohanni filio q. Ursi Lagnise, qui fuit germano et cognato et thio suo, propter integram petiam de terra, quam q. Martinus vir memorate Marie et memoratus Petrus et Leo genitor eiusdem Martinuli comparaberunt da Dominico filio q. Fermosi Gallitola cum voluntate Grime coniugis sue, avitatoribus in memorato loco Pumilianum, una cum intersico suo, positum vero in loco qui vocatur ad S. Paulinum ibi ipsum in memorato loco Pumiliani, una cum arboribus *etc.* qualiter ipsa chartula continere videtur, quatenus illam dividere deberent in quartam partem, idest ipse Iohannes partem unam, ipse Petrus aliam partem unam, et memorata Maria

et Stephanus aliam partem unam, et ipse Martinulus et germanus suus item aliam partem unam; memorata vero chartulam comparatione omni tempore ostendere debeant; pena in auri sol. sex byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memoratas personas. Testes: Gregorius filius d. Petri, Stephanus filius d. Aligerni, et Leo filius d. Mastali. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 465). R. N. A. M. t. IV, p. 315.

(1045) **482.** Die 25 m. iunii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 3. Maru h. f. filia q. d. Nyceta, relicta posteriora q. d. Iohannis cognomento Mannoccia, eo quod d. Gregorius uterino germano suo sibi dederat chartulas et mobilias, quas inferius nominatibas dicit, que ipsi recomandata abuit, quod est in primis chartule 22: quinque ex eis sunt merissis de domos et hereditatibus seu hospitibus et servis et ancillis, sexta que eidem Maru fecerat ipse Iohannes posterior vir suus de duabus pellicias sericas et de omnes pannos suos, septima quam iterum ei fecerunt Stephanus et Anna germani filii d. Iohannis Mannoccia de auri sol. 20, hoctaba vero chartula securitatis de solareo de domo in porta nobense quamque et de chartula de terris de Paschariola, et alie due de terris de Gualdum, tertiadecima fecit Maria christiana at Iohanne viro suo, quartadecima chartula promissionis que fecit Gregorio filio Sillicti Tiagaro ad Aligerno germano suo, quintadecima chartula de fundoras de terris de loco Casandri, et tres chartule que sunt de famulis, una at nomine Maria et alia at nomine Maru et tertia at nomine Alferi ven. abbatis, nonadecima chartula securitatis que posuit ille Buccapictula ad illi Caputi seu et unum dispositum, et alia una chartula de illi de Aligernum Fiolarium, vycesimasecunda chartula in tumo scripta de illis terris de territorio Nolano et unu berbum sigillatum et notitie de terris de loco Gualdum et de Paschariola. Iterumque dedit ei et unum parium de pinnulis aureis pensanti auri solidos 17 de tari ana 4 *etc.*, et due pelliccie serice et una bullosa menata, quamque et tres pelliccie et una camisa et una bitaula at ferola seu et una limula da cincire: et 5 lene linee, et due plaione et unu pannu de bullosa subtilis et menata et faccietergia tres et unum circinaturum seu et unu billatu: et tres facciola, et unu blindone nec non et una fascia vona et una intomada culcitra, et unu comunicale, simul et unu facciolagricu..... et unu capu de ingrucciclaturum. Deinde ipsa Maru promittit quia nullatenus presummet ipsum Gregorium querere ex omnibus memoratis *etc.*; pena in auri sol. 100 byth. Scriptum et actum per Sergium Curialem. Signum manus memorate Maru. Testes: Gregorius filius d. Leoni, Iohannes filius d. Stephani et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 451). R. N. A. M. t. IV, p. 317.

(1048) **483.** Die 26 m. ianuarii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 6. Anna humilis abbatissa monasterii et cenobii Ss. Gregorii et Sebastiani atque Dni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni puellarum Dei promittit Sergio, qui nominatur Cannabario filio Iohannis Cannabarii et Iohanni Primicerio qui nunc Cannabario clamatur, filio Ursi Primicerii, propter hortum dicti monasterii positum in caput de fuga super illa gurgite, qui coheret cum hortu de illi Pantaleoni, cum terra ecclesie S. Marie de

Merulo comite, cum sancto monasterio insule Salvatoris; quem hortum dicta abbatissa dedit eis ad pensionem ad annos 12. Propterea predicti Cannabarii promittunt solvere singulis annis auri solidos 20 ana quatuor tari per solidum de moneta que tunc andaverit in ipsa civitate boni et pesanti, nec non carcellatas 8 ad carcellatam capientem modium unum et medium. Item promittit dicta abbatissa, ut si Dno placuerit et illi Normanni exierint de pertinentia istius civitatis Neapolis ante predictum constitutum tempus 12 annorum, a tunc predicti pensionarii dare debeant eidem monasterio predictam pensionem idest auri sol. 12 de tari ana 4 per solidum de moneta que tunc andaverit per istam civitatem et omni hebdomada dare debeant carcellatam unam capientem modium unum et medium et pena controventionis costituta est in auri sol. 50 bizantios. Actum per Gregorium Curialem et testes subscribuntur sine cognomine caractere longobardo et greco.— *Notam. instr. S. Gregorii* n. 546.

484. Die 9. m. martii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 8. Dominus (1050) Iohannes et d. Sergius in Dei nomine et eminentissimi consules et duces atque magistri militum concedunt d. Gregorio filio q. d. Niceta illorum parenti et d. Iohanni item de d. Niceta integram omnem illorum hereditatem *etc.* (V. *infra in* Dipl. ducum).

485. Die 2 m. iulii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 9. (1) Anna (1050) filia quidam d. Iohannis de Moneta, relicta d. Iohannis Arcutia, promittit d. Anne abbatisse monasterii Ss. Gregorii et Sebastiani atque Dni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni puellarum Dei, ex eo quod dignate sunt moniales dicti monasterii eam recipere in monacam sub ipsa regula, propterea pro amore Dei et pro redentione anime sue et dicti d. Iohannis Arcuccia viri sui offert et tradit altari S. et Individue Trinitatis edificato intus ecclesiam eiusdem monasterii clusuriam de terra unam positam in loco qui vocatur Clibu galloro, que terra ei obvenit a d. Maria et d. Marino germanis suis et a Purpura et Iohanne nepotibus suis filiis d. Leonis Amalfitani et d. Drose monache iugalium personarum; et coheret dicta terra cum terra d. Sergii Pantaleoni cum terra d. Iohannis Scintilla, cum terra d. Ursi Cacapice, et terra de illi Cuccianelli et cum terra d. Ademarii Amalfitani et d. Sergii Castaldei; cum onere quod dictum monasterium canere faciat pro anima sua et dicti d. Iohannis Arcuccia in ipso altare missas tres qualibet eddomada vid. secunda feria missa una ad honorem beate et gloriose Dei genitricis semperque virginis Marie domine nostre, in sexta feria ad honorem S. Crucis, in sabato sancto Dei ad honorem SS. Trinitatis. Item teneantur facere anniversarium in die transitus sui. Actum per Gregorium Curialem et testes sunt Stephanus filius d. Stephani, et Iohannes filius d. Gregorii. — *Notam. instr. S. Gregorii*, n. 192.

486. Die 5. m. septembris ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 8. (1050)

(1) Ita in cod. Ms.; quod an ex errore Curialis, qui membranam originalem scripsit, vel ex allucinatione epitomatoris, qui eam saec. XVII summavit, evenerit, omnino nescio. Utcumque sit certe reponendum est *octavo;* nam ind. III non alio quidem nisi huic imp. Constantini Monomachi anno respondet, ut in precedenti diplomate videre est.

Constantino imp. a. 1053-1054 — Isacio imp. a. 1058.

Sergius *Consul et Dux atque* Dei gratia? magister militum concedit d. Marino gratia sempiterni monacho monasterii vocabulo Sancto Sepulchro *etc.*—(V. *infra in* Dipl. ducum).

(1053) **487**. Die 27 m. aprilis ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 2. Sergius in Dei nomine magniximus Consul et Dux atque magister militum filius d. Iohannis gloriosi Consulis et Ducis seu magistri militum, qui fuit filius 9. bone recordationis d. Sergii Consulis et Ducis postmodum vero monachi, offert in monasterio Ss. Sergii et Bachi insulam S. Vincentii *etc.* (V. *infra in* Dipl. Ducum.).

(1054) **488**. Die 6 m. novembris ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 13. Sergius Cacace filius Iohannis Cacace et Drosae h. f. dedit et tradidit d. Iohanni presbytero greco, et monacho, gubernatori et rectori monasterii S. Sebastiani de Neapoli, integram unam corrigiam de terra, que fuit supradicti monasterii et illam datam habuit a supradicto Iohanne Cacace genitore ipsius Gregorii d. Philippus abbas supradicti monasterii, positam intus destructum castrum Lucculanum, ubi est ecclesia S. Pauli iuris ipsius monasterii intus eandem terram oblatam ut supra, una cum arboribus et introitu, et omnibus sibi pertinentibus. Que hos habet fines: ab uno latere parte meridiana est murus dirutus ipsius castelli, et de alio latere parte septentrionis est terra, unde contentionem habet ipsum monasterium et a foris ipsam terram est via, seu et in aliquantum de terra heredum q. Gregorii Cumani, ab uno capite parte orientis est via, que descendit ad mare ala plagia, et de alio capite a parte occidentis est terra unde ipsum monasterium contentionem habet et foris eandem terram est terra suprascripti heredis suprascripti d. Gregorii Cumani; etiam et si quovis tempore inventum dederit supradicta cautela que exinde ad predicta habuit supradictus d. Iohannes Cacace genitor suus. *(Reliqua in cod. omittuntur)* Et est signatum tali signo CCCXXXXVI. — *Summarium instr. S. Sebast.* f. 167. CHIARITO, *O. c.* p. 233.

(1058) **489**. Die 5 m. nobembrii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Isacio m. i. an. 1. Per dispositum denique disponere et . . . . . visa fuit q. Marenda h. p., filia q. d. cognomento Spario et q. d. Marie h. f. iugalium, omnem suam hereditate et substantia, et disposuit ut si eam mors preoccuparet Landolfo cognato suo filio q. idem d. Landolfi Langobardi et Gregorio qui vocatur Caputo filio q. d. Leoni, hoc est distributores sui, colligerent omne pretium suum, quod ad eam tunc dare debuissent dibersas personas per chartule cautionis, et distribuerent illos pro anima sua. Iterum et disposuit ut pro sua anima esseret offertum post suum obitum et traditum in ecclesia S. Seberi at gurgite orticellum suum que ipsa . . . . . abuit pro vultum, quem abuit in memorata ecclesia, cum arboribus *etc.* nunc ipsi distributores offerunt et tradunt d. Iohanni ven. presbytero et primicerio qui vocatur Spatharo, causa vero memorate ecclesie et per eum in eadem ecclesia, memoratum orticellum positum intus hanc civitatem Neapolis at gurgite, regione summa platea. Unde nihil *etc. etc.* Si quis autem . . . . . anathematis vinculis *etc.* Pena statuta in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem et scriniarum Landolfus distributor subscripsit. ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΔΙCΤΡΙΒ COΥΒ. i. e. *Gregorius di-*

stributor subscripsi. Testes : Petrus Scriniarius , Ioh. filius d. Sergii et Iohannes Curialis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1082). R. N. A. M. t. V, p. 18.

490. Die 23 m. decembrii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Isacio m. i. an. 1. Petrus subdiaconus et abbas seu rector monasterii beatissimi Agnelli, ubi eius venerabile quiescit corpus, et Stephanus, uterini germani filii q. idem Stephani Ferrarii qui nominatur Bonisculo et quedam Drosum iugalium personarum, cum voluntate memorate Drosu genitrice eorum, vendunt et tradunt d. Iohanni ven. presbytero et primicerio, qui nominatur Spatharo, custus vero ecclesie S. Seberi in bico qui nominatur radio solis qui et gurgite dicitur, regione summa platea, et per eum in ipsa ecclesia, modia 4 per passus mensurata ad passum ferreum *etc.* de integra clusuria .de terra que nominatur ad vipiticum, posita ad S. Sossium super Piscinula , cum arboribus et introitu suo per terram que fuit de ecclesia S. Marie de foris porta furcilla, et appellatur Sancta Mihura salense (1) et per terra de illu Cannalonga et da inde usque at viam publici cum omni utilitate *etc.* pertinente memoratis genitoribus eorum per chartulam comparationis , quam fecerunt Gemma et Iohannes seu Petro quamque Stephano Pulirulis , uterini germani filii quidem Gregorii cognomento Demnicum et q. Marie uterina germana, iugalium, secum abendo abbocatorem illorum quidem d. Gregorio Spatharo, cui ipsi defisi erant, et cum consensu memorati genitori et cognati eorum una cum firmissima chartula de memoratis iugalibus, simul et cum alia chartula comparationis et cum una chartula securitatis..... comparatio de memoratis iugalibus genitoribus dictorum Stephani et Petri, quas in presenti aput ipsum Iohannem presbyterum pro ipsius et memorate ecclesie salbatione remisit; coherente sibi ab uno latere terra que fuit q. d. Petri patricii et presbyteri seu et terra staurite plevis memorate ecclesie S. Sossii et terra d. Leoni Iuppori et de alio latere coheret terra que fuit de d. Petro Parametiomino , de uno capite terra que fuit d. Maria Russa de d. Agate, quam detinet staurita plevis ecclesie Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi de memorato loco Piscinule et de alio capite terra heredum q. d. Sergii Gruccianima. De quibus nihil *etc. etc.* Insuper antestare *etc.* ostendentes memorate quadtuor chartule *etc.* propter quod acceperunt pro vice de memorata ecclesia S. Seberi auri sol. 20 de tari ana quadtuor *etc.*; pena in auri sol. 40 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem et scriniarium. Signum manus memorati Stephani. Et oc memorati sunt quia ipse Petrus subdiacono et abbati una cum voluntate quidem Gemme coniugis sue. Petrus subdiaconus et abbas subscripsit. Testes : Iohannes filius d. Sergii , Sergius Curialis et Iohannes filius d. Gregorii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1208), R. N. A. M. t. V. p. 20. (1058)

491. Die 20 m. magii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Isacio m. i. an. 2. Sergius in Dei nomine eminentissimus Consul et Dux atque magister militum filius q. d. Iohannis gloriosi Consulis et Ducis concedit d. Anne ven. abbatisse parenti sue monaste- (1060)

(1) Legendum est; *S. Maria Ierusalem,* de qua ecclesia in *Dipl. Duc.* aliqua dicam.

rii b.[mi] Gregorii et Sebastiani atque Domni Salvatoris nostri Ihesu Christi et S. Pantaleonis puellarum Dei intus civitatem Neapolis in platea que nominatur Nustriana et cuncte congregationi monacarum eiusdem monasterii medietatem de integro molino *etc.* — (V. *infra in* Dipl. Ducum.).

(1061) **492**. Die 27 m. martii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 1. Marinus qui nominatur Buccalata, filius Gregorii Buccalata et Marie iugalium, promittit Leoni qui nominatur Guarneri, exadelfo germano suo, filio q. Iohannis thii sui qui nominatur Imbriaco, habitatori loci qui nominatur Calveczanum, medietatem cuiusdam terre posite in ipso loco Calveczani in escambium cuiusdam debiti. Actum per Sergium primarium et testes sunt Mattheus filius d. Aligerni, Iohannes filius d. Marini et Sergius filii d. Gregorii. — *Notam. instr. S. Gregorii*, n. 147.

(1063) **493**. Die 20 m. magii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 3. Iohannes primicerius, qui nominatur Cannebarius, filius Ursi Primicerii, promittit d. Anne abbatisse monasterii et cenobii Ss. Gregorii et Sebastiani atque Domini et Salvatoris nostri Ihesu Christi et S. Pantaleonis puellarum Dei propter integrum hortum dicti monasterii, quod detinet, positum ad caput de fuga, super dicte Gurgite qui coheret cum hortu de illi Pantaleoni et cum hortu ecclesie S. Marie de Merulo Comite, et cum hortu monasterii insule Salvatoris et cum horticello qui detinet ille Papalune et ille Pappacane; quem hortum dedit idem monasterium ipsi Iohanni ad pensionem ad vitam sub annua pensione auri sol. 25 de tari de Amalfi ana quatuor tari per solidum boni et pesanti, solvendorum vid. medietatem in festivitate S. Marie de augusto mense et aliam medietatem in nativitate Domini nostri Ihesu Christi et de foleis omni ebdomada dare carcellatam (1) unam capientem quartas 10, et ovas 200 bonas de gallina in nativitate Domini et pena controventionis statuta est in auri sol. 50 byth. Et in pede leguntur hec verba: et hoc memoravimus de dictis 25 solidis de Amalfi, quos vobis per omnem annum pensione dare debeo, ut supra legitur, ut dum ipsa moneta de Amalfi andaverit per istam Civitatem ego vobis dare debeam per omnem annum ipsos 25 solidos de Amalfi, et si ipsa moneta de Amalfi per istam civitatem non andaverit et meliore moneta exierit, vobis dare debeam per omnem annum de ipsa moneta que hic exierit auri sol. 20 per omnem annum. Iterum et si vobis ipsos 20 solidos de ipsa moneta que hic exierit non placuerit tollere, tunc vobis dare debeam dicti 25 solidos de Amalfi ut supra legitur. Actum per Iohannem Curialem. Et testes sunt Iohannes filius d. Gregorii, Gregorius filius d. Gregorii et Iohannes filius d. Capuani. — *Notam. instr. S. Gregorii*, n. 404.

(1063) **494**. Die 16 m. novembris ind. XI. (*l.* II). Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 4. Gregorius diaconus, et Iohannes, uterini germani filii q. Iohannis, qui nominatur Bonamaria, tenent a d. Iohanne humili abbati *monasterii* S. Salvatoris de Insula maris integram medietatem de integra ecclesia vocabulo beatissimi Petri Christi apostoli, qui no-

(1) De hac mensura, cuius etiam infra occurret mentio, nihil adhuc invenire potui.

minatur ad Castellum, situm vero foras istius civitatis Neapolis intus castrum distructum et dicitur Lucullano, una cum medietate de omnibus domibus, terris quoque, de casalibus fundoras et ortuas, de curtis atque de rebus et de possessionibus et de codicibus et de ornamentis ipsius ecclesie. Rendunt annuatim in nativitate Domini grecum quartarias duas et in festo Pasche similiter duas alias quartarias et in omni anno in festivitate S. Petri imbitare tenentur monachos ipsius monasterii et portararium, cum et tres monachos suos de ipsius monasterii imbitare debeant a suprascripta ecclesia pro canendo vesperos in vigilia predicte festivitatis et ipsi una cum aliis presbiteris, qui ipsa alia medietate de ipsius ecclesie tenent a monasterio manducare et invitare debeant illo tunc ut iustum fuerit duobus veniendum? dare una alia quartaria de grecum, et si ipsi tunc nequaquam potuerint venire debeant ibidem dirigere in ipsa festivitate quatuor monachos ipsius monasterii in ipsa festivitate pro faciendum ibidem ipsum officium qualiter superius legitur. — (*Catast. S. Petri ad Castellum* n. CCXXXXII); CHIARITO, *O. c.* p. 231.

495. Die 20 m. decembrii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. duce Constantino m. i. (1063) an. 4. Maria h. f. filia q. d. Gregorii Scribano pardum et q. d. Maria h. f. qui Marenda clammatur dudum iugalium, cum consensu d. Aligerni posteriori viri sui, offert et tradit d. Iohanni ven. presbytero et primicerio, qui nominatur Spatharo, custus vero ecclesie S. Seberi de regione summa platea et per eum in illu crucifissum, quem abet intus memorata ecclesia, idest integram petiolam de terra quot est per mensuram quartas tres at passum *etc.* positam in loco qui nominatur Iannula, quot est super caput de monte, cum arboribus *etc.* pertinentem sibi pro quarta parte falcidii sui da q. d. Iohanne Manzo qui fuit anteriori viro suo, et coherentem sibi a parte orientis terra Gregorii Caputi filii q. d. Gregorii de dominis Adelgrimmo, et a parte occidentis est fundum de illi de Barbaria, et a parte meridiana est terra d. Iohanni Morfissa, et a parte septentrionis est via comune. De quibus nihil *etc. etc.* propter quot accepit auri tari sidecim de tari, quos dedit ipsi ecclesie pro anima Iohannis germani sui, et reliquos alios 4 sol. donat eidem presbytero; pena in auri sol. 16 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem et scriniarum. Signum manus memorate Marie. Testes: Iohannes filius d. Stefani, Stefanus filius d. Iohannis et Iohannes filius d. Iohannis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 286) R. N. A. M. t. V, p. 24.

496. (Christe fave). Die 1 m. aprelis ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Constantino (1065) m. i. an. 5. Iohannes humilis abbas monasterii Domini et Salvatoris nostri Ihesu Christi insule maris cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterio commutat et tradit Gregorio qui nominatur Gaido, filio q. d. Stephani qui iterum Gaido, hortum positum foris istius urbis at Campanianum at gripte qui nominatur Antuline una cum arboribus *etc.* — (V. *infra in* Dipl. Ducum.)

497. Die 22 m. iulii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Duce Constantino m. i. an. 5. (1065) Iohannes Domini gratia archiepiscopus S. Neap. ecclesie. et Sergius in Dei nomine eminentissimus Consul et Dux concedunt Itte h. f. filie q. Ursi comitis una cum d. Maria

religiosa monacha et gubernatrice monasterii b.morum Nicandre et Marciani atque Patricie puellarum Dei cabam publicam cum duos passos una cum omnem licerem et pertinentia quam abet S. Neap. ecclesia *etc.* — (V. *infra in* Dipl. Ducum.)

(1066) **498**. Die 15 m. iulii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 6. Theodonanda h. f. filia quidam Theodori qui nominatur Maliabava et q. d. Marende h. f. iugalium pensonarum, coniux d. Gregorii qui nominatur Comitemaurone, divina inspiratione compulsa, donat monasterio S. Gregorii ancillarum Dei pro anima sua et genitorum suorum et viri sui, ut a penis inferni eripi valeant, domum et modia terre posita in loco qui nominatur Fualdo ad S. Iulianum et aliam terram sitam in loco qui nominatur Panecoculum, et aliam terram in loco qui nominatur Maranum; que domus coeret cum domibus heredem Iohannia Carrari , cum domibus Iohannis qui nominatur Rindinino , ecclesie S. Pantaleonis iuris ipsius monasterii. Actum per Sergium Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii*, n. 44.

(1066) **499**. Die 16 m. iulii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 6. Gregorius cognomento Comitemaurone, filius d. Petri, et Theodonanda iugales, ex eo quod filios non haberent, offerunt et tradunt congregationi et ecclesie b. Restitute Christi virgini et martira intus episcopium S. Neap. ecclesie uncias sex, quod est medietatem, cuiusdam clusurie de terra, que nominatur a mearano, posita in loco qui nominatur ad illa Conuccla, et coheret cum terra heredis de illi qui nominatur de Maiu et cum terra d. Adelgisi archidiaconi S. Sedis Neap. ecclesie, cum terra de illi Bulcani et cum illa caba unde introitum ibidem habetur, et cum terra heredis de illu Manoccia; ex eo quod dicta congregatio posuit sacras orationes quotidie, quas persolvant sacerdotes et clerici dicte congregationis. Actum per Sergium Curialem et testes sunt Iohannes filius d. Sergi et Gregorius filius d. Sparani. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 401.

(1067) **500**. Die 10 m. magii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 7. Sergius in Dei nomine eminentissimus Consul et Dux atque Domini gratia magister militum concedit et firmat d. Anne ven. abbatisse monasterii et cenobii Ss. Gregorii et Sebastiani atque Domini et Salvator nostri Ihesu Christi et S. Pantaleonis puellarum Dei et cuncte Congregationi monacarum eiusdem monasterii dictum integrum monasterium cum omnibus *etc.* — (V. *infra in* Dipl. Ducum.)

(1067) **501**. Die 15 m. maii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Costantino m. i. an. 7. Sergius in Dei nomine eminentissimis Consul et Dux atque domini gratia magister militum concedit Sergio, qui nominatur Crispano, parenti suo, integram omnem hereditatem suam *etc.*— (V. *infra in* Dipl. Ducum.).

(1067) **502**. Die 30 m. augusti ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Constantino m. i. an. 7. Iohannes, qui nominatur Gititiu, filius q. Iohanni Sartori qui iterum Gitio clamabatur et q. Drosu que fuit anteriora conius eius, iugalium personarum, una cum voluntate presenti Marende coniugis sue, vendit et tradit Petro filio q. Petri, qui nominatur Gualpulo qui fuit de loco qui vocatur Pindici, territorio Liburiano, et Anne dudum thie sue, iugalibus, do-

mum sibi pertinentem per memoratam genitricem suam positam intus civitatem Neapolis intus curte commune, que est secus platea publica que ascendit subtus forum at marmorata, quod est nominatiba una inferiora fortiore cum integra superiora iterum fortiore et sunt simul a parte orientis, seu et alia inferiora minore iusta ipsa inferiora parte occidentis una cum modica superiora et cum alia superiora que modo disternita esse videtur, costituta super eadem modica superiora et super anditum commune qui ingredit at piscina commune; nec non et sex uncias de integra inferiora que est in capite de memorata inferiora fortiore, quem memoratus Iohanne Gitio et memorata Drosu genitore et genitrice sua comparaverunt per chartulam comparationis illorum da Sellicta thia sua, dudum cognata eiusdem Anne, filie q. Gregorii qui nominatur Athalarico et da Sergio presbytero filio q. . . . presbyteri qui nominatur de Maroccia, qui tunc graviter infirmatus erat de infirmitate paralisis et memorato Sergio pro vice Petri et Anne uterinis germanis suis qui infra etate erant : utraque cum aheribus *etc.* et cum portione sua de memorata piscina et de atrium et de curte et de grate fabrite et de modica inferiora subtus ipse grade, et de ballatorium qui modo destructus esse videtur et de anditum altineum qualiter badit at memorata piscina et de alium anditum terraneum qualiter badit subtus ballatorium; coherentem sibi a parte septentrionis curticella et trasenda de illi Rigi et de consortibus illorum, sicut paries exfinat ubi sunt fenestre cum cancellas pro lumen ibidem ingrediendi et a parte meridiana memoratum anditum terraneum commune seu et inferiora de heredes memorate Sellicte, sicut paries exfinat, ubi est regia per quam introitum habere debeant, seu et inferioras de ipsis heredibus Sellicte sicuti clusas et signatas exfinat, et a parte orientis est memorata inferiora, unde ipsas sex uncias memorate genitricis sue venumdedit, sicut inter se exfinat facie de unum trave maiore sarcenale, (1) qui substinet capitas de travicelli de sternimentum de superioras istius domus et a parte occidentis coheret memorata piscina comune; et memorata superiora quas venumdedit. Coherent sivi a septentrione aheres desuper ipsa trasenda et curticella de ipsi Rigi, et a parte meridiana memoratum anditum altineum communem, sicuti elusa exfinat ubi est regia propria ex ipsa superiora fortiore, unde introitum abere debeant, sicut exfinat signata que est secus cantus de regia commune que ingredit at piscina, et ipse cantus qui est a parte meridiana et respicit in parte orientis et septentrionis et qualiter badit in signata longa que est facta in frundale desuper regia de oc que vendunt; etiam ipse anditus communis revolvit ab intus ipsa fine de memorato cantu in parte septentrionis et perrexiat per regia commune ad memoratum atrium. Set memorata superiora que est disternita coheret da meridiana parte cum superiora disternita de memorati heredes Sellicte, sicuti unum travicellum exfinat : et a parte orientis coheret cum memorata modica superiora et a parte

(1) *Sarcinalis* trabs i. e. ea, quae aliarum minorum trabium sarcinam fulcit. Vox, etsi paululum corrupta, in Neapolitana dialectu adhuc in usu est. *Tarcenale* enim nunc vocatur apud nos maior illa trabs, quae e transverso superius tabulatum sustinet.

Romano, Michele, Constantino et Andronico impp. aa. 1068-1070.

occidentis cum piscina et atrio comuni seu et domu heredum de illu Miliacciolum ; et inferiora, unde ipsas sex uncias vendit coheret a parte orientis domum de ominibus de Ferrunianum et a parte occidentis memorata inferiora fortiore et a parte septentrionis curte et trasenda et a parte meridiana curte commune; et memorata modica superiora coheret a parte orientis et occidentis cum memoratas superioras ipsius Petris et a parte septentrionis aheres desuper memorata curte de ipsi Rigi et de consortibus eius. De qua nihil *etc. etc.* propter quod accepit auri sol. 17 de tari de Amalfi ana quatuor tari per solidos et pena in auri sol. 34 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorati Iohanni. Testes : Gregorius filius d. Stefani , Iohannes filius d. Iohannis, et Petrus filius d. Iohannis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 742.); R. N. A. M. t. V, p. 33.

(1068) **503**. Die 7 m. septembris ind. VII. Neapoli. Imperantibus dd. nn. Romano et Michaele seu Constantino porfirogenito et Andronico mm. ii. an. 1. Maria et Petrus cum Iohanne, hoc est genitrix et filii q. Iohannis qui nominatur Atra et Sergius filio q. Stephani qui nominatur . . . . hoc est thia et nepos, promittunt d. Drose abbatisse monasterii Ss. Marcellini et Petri petiam terre positam in loco, qui nominatur Monte iuxta bona q. d. Sergii de illi Tursuli, Petri Transi, heredum d. Sergii Salvaconza, quam terram tenet a dicto monasterio, cui promittit dare terraticum, medietatem vini et fructum que fiunt ibidem; propterea sic promittit observare. Actum per manus Iohannis Curialis. — *Notam. instrum. S. Marcellini* p. 193.

(1069) **504**. Die 20 m. martii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Romano et Michaele. . . . nec non et Constantino porfirogenito mm. ii. an. 1. N. filius q. Iohannis qui nominatur Spizzicacape et q. . . . iugalium, filia q. Sergii Infirmo sardo ? ipse autem per absolutionem d. Iohannis ven. abbatis monasterii Domini et Salvatoris nostris Iesu Christi. Insule maris vendit et tradit d. Gregorio presbytero ac primicerio ecclesie et congregationis maioris sacerdotum ecclesie S. Georgii catholice maioris , que est ecclesia Seberiana , duas petias de terra positas in loco qui nominatur Carraria , quarum una per hos fines designat: de uno latere est terra Venitelle et ecclesie S. Agnelli que sita est in memorato loco, et a duabus partibus est terra ven. congregationis , ab alio capite est terra istaurite ipsius ecclesie S. Agnelli. Alia petia est per hos fines : ab omnibus partibus est terra memorate congregationis, pro auri tarenis 12. Rogatum per manus Petri Sergii (*l.* scriptoris) filio d. Iohannis primarii, et subscribitur per memoratum Iohannem abbatem. Testes : Iohannes Curialis, Iohannes filius d. Capuani. — *Notam. scriptur. S. Georgii maioris* apud Tutini, *O. c.* Ms. f. 45 v.

(1070) **505**. Die 9 m. iulii ind. VIII. Neapoli. Imperantibus dd. nn. Romano et Michaele seu Androneo nec non et Constantino porfirogenito mm. ii. an. 2. Iohannes medicus, filius d. Gregorii preclarissimi medici, pro salvatione anime sue offert et tradit d. Anne abbatisse cenobiati monasterii S. Pantaleoni et Sebastiani atque Dni et Salvatoris nostri Ihesu Christi et S. Gregorii ancillarum Dei, siti intus hanc civitatem Neapolis, in platea que

nominatur Nustriana, domucellam suam a preterito assignatam eidem monasterio, in qua dicte moniales a decem annis fecerunt monimen, positam in dicta platea Nustriana; una cum petia de terra, que nominatur palmola, posita in loco qui nominatur Gualdo; quam domucellam ipse emit a Iohanne qui nominatur Medico thio d. Gregorii medici et d. Drose iugalium cum consensu d. Marende coniugis sue; et dictam petiam de terra ipse emit a Martino, filio Stephani Primicerii, habitatore dicti, loci Gualdi illi Pecorarii cum consensu d. Petri et d. Iohannis qui nominantur de Sirrento, thii et nepotes, quibus ipse defisus erat, et cum alia carta comparationis, quam fecit d. Iohannes filius d. Iohannis Millusi Iohanni et Marie, que Marenda clamabatur, filiis d. Gregorii laudabilis medici, et coheret dicta domucella a parte septentrionis cum habitatione ipsius monasterii; pectia terre predicte coheret a duobus lateribus cum terris dicti monasterii et cum terra S. Neapolitane ecclesie. Et contra hanc cartam oblationis nullus venire possit de sua genealogia quovis tempore sub anathematis vinculis obligationibus, alias veniat super eum Dei maledictio que continetur in 108 capitula et fiat eis sicut datan et Abiron quos vivos absorbuit terra et sicut Anania et Safire qui mentientes ante pedes Apostolorum expiraberunt, particeps efficiatur cum Iuda traditore Dni et Salvatoris nostri Iesu Christi et cum omnibus hereticis et scismaticis tenebrosam partem possideant. Insuper componatur pars infideiis ex suis heredibus in auri sol. 100 byth. applicandis parti fidem servanti. Actum per Gregorium Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 299.

506. In nomine domini dei Salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro (1071)
romano et Michaele Andronio et Constantino porfilogenito magnis imperatoribus anno tertio: die secunda mensis februarii indictione nona Neapoli. Orta est itaque intentio inter me Sergium filium quondam domini sparani lactio: vobiscum denique domino stephano venerabili igumeno monasterii sanctorum Sergii et Bachi qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani quodque appellatur casapicta situm in viridiario dicendo pars mea atversus vos quia quidem Iohannes . . . . io filio quondam alesandri meo defiso siat: pars autem tua dicebat ud ita non esset set defiso fuit et est de ipso vestro monasterio eo quod da quo ipso Iohanne venit ad avitandum in ista civitate comendatus fuit at quondam domino Iohanne venerabili presbitero et monacho dispensator ipsius vestri monasterii et vos illut tenuistis et dominastis pro defiso ipsius venerabilis monasterii et ego in eu nulla dominatione abuisset pro meo defiso vos scientem: pars autem mea dicebat ud ita non esse: et multum litigium inter nos avuimus et perresimus esinde ad legem et iudicatum est esinde inter nobis ut iurare pars ipsius monasterii et dicere ut da quo ipso Iohanne defiso ipsius venerabilis monasterii venit ad avitandum in ista civitate neapolis comendatus fuit at memorato domino Iohanne presbitero et monacho seu dispensator ipsius venerabilis monasterii et vos illut tenuistis et dominastis et ego in eu nulla dominatione abui a pro meo defiso vos scientem: poneretis michi esinde ipsum sacramentum et ego pono vobis esinde taliter ac chartula securitatis: et quia in presentis recepi a parte vestras memoratum sacramentum et definivi esinde vobiscum in omnibus: semper et amodo nunquam presumo ego aut heredibus meis vos aut posteris vestris vel ipso monasterio querere aut molestare de ipso Iohanne defiso ipsius venerabilis monasterii vel de suis heredibus aut de omnibus eis pertinentibus per nullum modum nullaque adinventas rationem et per summissas personas a nunc et imperpetuis temporibus: Insuper etsi quabis

personas vos aut posteris vestri vel ipso monasterio esinde at querendum veneris per me aut per meis heredibus tunc ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris persona illam esinde desuper tollere et tacitas facere debeamus asque omni ammaricatione vos vestrique posteris et de ipso vestro monasterio qualiter ea sciente quia ita nobis iudicatum est: si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris auri solidos duodecim vithianteos et ec chartula securitatis ut super legitur sit firma scripta per manus Sergii Curialis per memorata nona Indictione. † Hoc signum manus memorati Sergii quod ego qui memoratas ab ipso rogatus pro eu subscripsi: † Ego Petrus filius domini Iohannis testi subscripsi: † Ego stephanus scriniarius filius domini Iohannis scriniarii testi subscripsi : † Ego Iohannes filius domini Sergii testi subscripsi : † Ego Sergius Curialis complevi et absolvi per memorata nona Indictione. — Ex membrana originali in bibliotheca *Societatis historicae Neapolitanae* adservata.

(1071) **507**. Die 20 m. martii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Romano et Michaelio seu Andronico et Constantino porfirogenito mm. ii., anno 3. Sergius qui nominatur Radipacca filius q. Iohannis Curialis per ac chartula offert et tradit d. Stephano ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et per eum in ipso sancto monasterio, eo quod dignatus erat eum recipere in ipso monasterio, terram suam que est in Carpinianum (1) et Malitum pictulum, et sibi pertinet per q. Sergium qui nominatur Toro, abio suo , quod est integra clusuria cum integra una petia de terra iuxta se, seu et aliam terram positam in Malitum simul et cum integra terra que nominatur kalimera positam in memorato loco una cum arvoribus *etc.* et coheret sivi prima terra ab uno latere terra heredum q. Iohannis qui nominatur Kactilla de Carpinianum , et abet ibidem de longitudine passi 51 et de alio latere terra ecclesie S. protomartiris Stephani de Arco Roticorum et abet ibidem de longitudine passi similiter 51, de uno capite est ipsa clusuria et abet ibidem de latitudine passi 20 et de alio capite terra q. Mauri cui supranomen Bucculario et abet ibidem de latitudine passi 18 et medium , et ipsa alia petia de terra in Malitum coniuncta

(1) De pago hoc , qui etiam *Carpignanum* dicebatur, et olim in agro Neapolitano extabat, egit Chiarito *O. c.* p. 168 membranam superius summatam, et duo diplomata Caroli I et II regum adnotans. Praestat vero sequens etiam documentum ex cod. saepe memorato heic ad eiusdem pagi situm magis illustrandum referre, quod est huiusmodi: " Imperante domino nostro Frederico imp. anno 8 die 28 mensis martii , ind. VIII. (an. 1205) Neapoli. Marinus Cacapice comestabilis commutavit et dedit d. Bartholomeo abbati monasterii S. Sebastiani integram petiolam de terra suam quarte unius, positam in loco qui nominatur Carpinianum e dicitur ad Cirasola quae est campese, una cum introitu suo, et omnibus sibi pertinentibus, et coheret sibi ab uno latere terra heredum q. d. Sergii de Syrrento , de alio latere est terra ecclesie S. Anelli maioris, de uno capite est terra d. Gregorii Caraczulo , de alio capite est terra d. Iohannis Bolano , habitatoris d. loci Carpiniani ; propter quam petiolam terre in commutatione datam prefato monasterio ut supra dictus Marinus Capice accepit ab eodem abbati S. Sebastiani integram terram dicti monasterii de integra petiola de terra , quae dicitur Piczone , positam in loco qui nominatur Maranum , et dicitur ad illa de Sicule quae est campese , una cum introitu suo et omnibus sibi pertinentibus, quae adhuc indivisa , et in comuni cum reliquo exinde , quod est ecclesie S. Iohannis ad fonte iuris Sancte Neapolitane ecclesie , et monasterii S. Petri ad Castellum et hos habet fines de uno capite est via publica , unde ibidem introitum ingredit , de alio capite est terra d. Bartolomei Falconaro, de uno latere in ex parte est via , seu et in ipso latere est fundus heredum q. Iohannis qui nominatur de Caesario habitatoris ipsius loci Marani, et de alio latere est terra heredum q. Iacobi Comite sicut sepis exfinat; et est signatum tali signo CCCCLXXXXVIII — *Summarium instr. S. Sebastiani* fol. 216.

Romano, Michaele, Constantino et Andronico impp. a. 1071.

est parte orientis cum terra de ominibus de Carpiniano et a parte occidentis terra de ominibus de ipso loco et terra que nominatur kasamera, coheret a parte orientis terra heredes q. Gregorii qui nominatur Aurimundo et a parte occidentis terra q. Gregorii Curialis et scriniarii. Insuper dat eidem monasterio duas chartulas et unam merissim divisionis; una ex ipse chartule recetatiba que fecerunt distributores anime q. Leonis filii q. d. Iohannis et q. Theodonande iugalium et alia que fecit Maria filia q. Marini Masisarii qui cognominatur Arpato et q. Eupraxie iugalium una cum consensu Cesarii viri sui seu cum consensu Theodoti monachi abio suo at d. Sergio cui supernomen Avorto, et merissim fecit Eupraxia h. f. filia q. d. Sergii et q. d. Marie iugalium, una cum consensu d. Petri Comitis viri sui et Drosu h. f. uterina germana sua, memorata Drosu cum consensu Iohannis viri sui de terris illorum de memorato loco Malitum et de sanctum Petrum at Paternum quod est super Clibum; De quibus nihil *etc. etc.*; pena autem in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Sergium Curialem. Testes: Iohannes Curialis et scriniarius, Aligernus filius d. Iohannis et Gregorius filius d. Stephani. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 601). Pergam. dei monast. soppr. t. IX n. 151; R. N. A. M. t. p. V, 47.

508. Die 15 m. octobris ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Romano et Michaelio seu Constantino porfilogenito et Andronio mm. ii. an. 4. Iohannes subdiacono et Gregorio clerico germani filii q. d. Iohannis presbyteri et primicerii qui nominabatur Riatharo, custus vero ecclesie S. Seberi at gurgite, regione summa platea, promittunt Stephano filio quidem Iohannis de Stephano de Maria, abitatoribus de loco qui nominatur Piscinule, propter petiam de terra iuris dicte ecclesie positam in loco qui vocatur at Sanctum Sossium at Cannitum cum arboribus *etc.* coherente sibi ab una parte terra ecclesie S. Apacii, et de alia parte terra de illi Sticarelli, et de tertia parte terra ecclesie S. Sossii ex ipso loco, et de quarta parte iterum ecclesia S. Sossii, quam dederant eidem Stephano suisque heredibus ad detinendum et lavorandum quatenus *etc.*; tantummodo omni anno terraticum dare debeat de quale bictum ibidem seminaverit tanta modia quanta modia sunt memorata petia, tractum et daductum intus domum eorum mensuratum at culmum, et vinum et saccapanna dividere debeat per medietatem at palmentum et dum insimul vindemiaverint duos omines eorum unum at campum et alium at palmentum nutrire debeat, et nullatenus *etc.* pena in auri sol. 12. byth. Scriptum per manus Stephani scriniarii filius d. Iohannis scriniarii. Actum per Iohannem Curialem et scriniarium. Iohannes subdiaconus et Gregorius subscribunt. Testes: Sergius filius d. Iohanni, Gregorius filius d. Sergii et Sergius filius d. Leoni. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1210), R. N. A. M. t. V, p. 49. (1071)

509. Die 7 m. decembri ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Romano et Michaelio seu Constantino porfilogenito et Andronio mm. ii. an. 4. Urso et Lunisso', uterini germani filii q. d. Iohannis de domini Lunissi et q. d. Stephanie h. f. iugalium personarum, et ipse Urso cum consensu Rimigne h. f. conius sua et ipse Lunissi cum voluntate Marie h. f. conius sua, promittunt Iohanni cui supernomen Cafaro, filio q. Iohannis qui nominabatur Caniculo et Iohanni qui vocatur Pappadeum, filio q. Marini Pappadeum et q. Marie que (1071)

fuit uterina germana memorati Iohannis Cafari, hoc est thio et nepoti, propter integras terras que nominantur at casanoba positas in loco, qui vocatur Caccucauli super clibum benebentanum, et fuit ipsa casa de Petro de Cimina defiso eorum de Cafaro, qui fuit filius q. Iohanni item defisi eorum; etiam et memoratus Petrus ipsam terram vendidit at Petro Macellario, filio q. Landiperti Viatore per chartula, et postea ipse Iohannes Cafaro cum memorata q. Maria da eum illam recollexit hecce iam per plurimos annos per legem pro congruum de terra sua, que ibidem coniuncta est per firmissimam chartulam recetatibam securitatis una cum arboribus et cum piscina et palmentum et subscetorium suum et cum introitas et omnibus *etc.* Unde promittunt nunquam aliquando tempore ipsos vel heredem eorum exinde querere aut contrare per nullum modum; et insuper si quavis persona eos ad querendum venerit pro qualecumque defensatico aut dominatione in ipso Petro de Cimina vel in suis heredibus, tunc statim ipsi Urso et Lunissi eos exinde desuper tollere et tacitos facere debeant; pena in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem et scriniarium. Signum manus memoratas personas. Ursus subscripsit. Testes: Sergius filius d. Iohannis, Sergius filius d. Leoni et Stephanus filius d. Iohanni. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 309). R. N. A. M. t. V, p. 51.

(1072) **510.** Die 2 m. madii ind. X. Neapoli. Imperantibus dd. nn. Romano et Michaele et Androneo et Constantino porfilogenito mm. ii. an. 4. Anna humilis abbatissa monasterii et cenobii b.mi Gregorii et Sebastiani atque Domni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni ancillarum Dei promittit Petro qui nominatur propter tres petias terre positas in loco qui nominatur Caba, una quarum nominatur ad pontem cesareum *etc.* quas ipsa abbatissa dedit ad laborandum. Propterea predictus Petrus promittit solvere pensionem sed totum consumptum et nihil desumi potest. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 494.

(1072) **511.** Die 3 m. magii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Romano et Michaelio seu Andronio et Constantino porfilogenito mm. ii. an. 4. Gregorius Clericus filius q. d. Iohannis ven. presbyteri et primicerii qui nominatur Spadaro, qui fuit custus ecclesie S. Seberi, cuius aula fulgit intus ac civitate Neapolis in vico, qui nominatur radios solis qui et gurgite dicitur, regione summa platea, promittit d. Stephano ven. igumeno monasterii Ss. Sergi et Bachi qui nunc *etc.* et at cunta congregatione monachorum eiusdem monasterii, eo quod eum ibidem custodem confirmaverat, quatenus omnibus diebus vite sue omne officium sacerdotale in eadem ecclesia faciat seu facere faciat, et pro alimoniis ipsam ecclesiam habeat cum domibus et habitationibus seu cellis codicibus et ornamentis et cum illa terra de loco, qui nominatur Piscinule, que at nipiticum dicitur, quam ibidem comparavit genitor suus. Insuper omne quod oblatum fuerit, si mobile in sua sit potestate, si autem, immobile sive codices aut talis causa pro ornamento ipsius ecclesie, post suum transitum ibidem remanere debeat una cum unum antiphonarium vonum de nocturno langobardiscum notatum et uno codice quod est genesum et alium codice mediocrum quod est dialogo ab eo datum in ipsa ecclesia balientem insimul auri sol. 25 de Amalfi de tari ana

quatuor per solidum. Insuper ipse ecclesiam vel eius avitationes sive in parietibus vel tectoras conciare vel adostracare debeat et omni anno dare oblatas paria septem, tres in Nativitate Domini, et tres in sanctum Pasca et unum in festivitate S. Seberi. Post suum transitum vero ecclesia cum omnibus, que continet illu inventaneum quem fecerat genitor suus, unde ipse Gregorius apud se unum habebat et ipse Igumenus exinde alium, in ipso monasterio revertat; pena in auri sol. 40 byth. Scriptum et actum per Sergium Curialem. Gregorius Clericus subscripsit, Testes: Petrus filius d. Iohannis, Gregorius filius d. Sparani et Gregorius Curialis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 906). R. N. A. M. t. V, p. 53.

512. Die 13 m. septembris ind. XI. Neapoli. Imperantibus dd. nn. Romano et Michaele seu Constantino porfilogenito et Androneo mm. ii. an. 5. Stephanus filius q. Iohannis Tilimari, habitator S. Brancaczi, promittit d. Anne abbatisse monasterii et cenobi b.mi Gregorii et Sebastiani atque Domni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleonii ancillarum Dei propter terram et casam, quam tenet a dicto monasterio, positam in dicto loco iuxta terram heredis d. Iohannis de d. Theodoro, iuxta padulem dicti monasterii, iuxta ecclesiam S. Brancaczi. Propterea promittit dare annuam pensionem tareni unius de Amalfi, dum ipsa moneta andaberit, et quando ipsa moneta rupta fuerit, et non andaberit per istam civitatem a tunc quale moneta exinde andaberit per istam civitatem, tunc de ipsa moneta ipsum tarenum dare debeat et pena controventionis statuta est in auri solidos 12 bizanzios. Actum per Iohannem Curialem et scriniarium. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 414. (1072)

513. Die 15 m. decembris ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Romano m. i., sed et Constantino porfilogenito et Andronio mm. ii. an. 4. Stephanus filius quidam Petri promittit d. Anne abbatisse monasterii et cenobii b.mi Gregorii et Sebastiani atque Domni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni ancillarum Dei propter petiam de terra positam in loco qui nominatur Gualdo sibi ad pensionem datam, que coheret cum aliis terris dicti monasterii, cum terra d. Sergi de Mastalo; propterea promittit solvere dicto monasterio terraticum et dividere vinum et quando vinum vendemmiatur nutrire promittit monacam unam. Actum per Iohannem Curialem. Testes subscribuntur sine cognomine. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 191. (1072)

514. In nomine *etc.* Imperante domino nostro romano et michaeli seu andronicus et constantio porphirogenito magnis imperatoribus anno quinto die tertia mensis februarii indictione undecima. neapoli. Dispositum factum a me vona filia quondam petri qui nominatur cofinella habitator de loco qui vocatur ponticellum relicta quondam Iohannis qui nominatur pullarulo de omni mea hereditate seu substantiis de intus et foris qualiter inferius iudicavi firmum et stavile permaneat in perpetuum. Que dixi dispono primum omnium ut at meum transitum dent pro anima mea quidam stephano et iohanne, uterinis germanis previgni mei, filiis memorati iohannis pullarulo posteriori viro meo et illorum haeredes: idest auri tari duodecim boni de amalfi per manum domini iohannis presbyteri spirituali sancti meo qui nominatur de balena et per manum leone qui nominatur de cicino et coniungant ipsos duodecim tari cum illis auri tari sidecim quos ego ligatos habeo et distribuant illos pro anima mea in ohc ordine: im primis prememorato (1073)

sancti et distributor meus detineat sivi exinde tari duo: et patri et filio memorati stephani dentur exinde tare unum et dentur ad eum ipsi memorati distributoribus sex braccia de illum pannum meum cusitum et una tinella mea de modia dua: at memorato stephano genitori suo dentur exinde tari duos et sex braccia de pannum et una bellosa mea: at gregorio filio memorati iohanni dentur exinde tari unum et sex braccia de ipsu pannum meu et at memorato Iohanne genitori suo dentur alia sex braccia de pannum et una tractoria mea : et at mira coniux memorati petri dentur exinde tare unum et una camisa mea cosita et at maria coniux memorati gregorii dentur exinde tare unum et alia una camisa mea: et at gemma filia memorati iohanni dentur exinde tare unum et una ligna mea cosita: et at lucia filia memorati iohanni dentur una camisa mea et decem et octo braccia de pannum: et at memorata gemma et at predicta lucia uterinas germanas dentur illu lectum meum ordinatum in quo ego quiescunt et at maru genitrice illorum conius memorati Iohannis dentur unu pectine de lina pettinare et una calderiola et una sartagine et una arcella et alia una ligna mea et una fleva da cingere et una tina de modia septem et una tinella de modia dua et .unu fistillum et una birgara et una tabula et integra illa portionem mea que est quarta que mihi pertinet de illa domum posita vero intus anc civitatem Neapolis intus trasenda et curte commune iusta platea per qua decurrit aqua de fistola regione furcillense cum aeribus et aspectibus suis et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus: et in sua suisque heredibus sit potestatem faciendi que voluerit. Et ponatur me exinde in chartula ecclesie sancti georgii et in chartula ecclesia sancti felici et in chartula ecclesia sancti iohannis: que appellatur in curte et dent pro unaquaque chartula ana singulos tari et faciant mihi exinde illa septima. Reliquum vero qui exinde remanserint distribuant illos pro anima mea ubi ipsi melius previderint. nam tunc ipse stephano et praedictus iohannes uterinis germanis filiis privigni mei vel illorum heredes qualibet dilatione . . . . . suprascripti mei distributores at dandum memoratos duodecim tari pro anima mea qualiter superius legitur tunc licentiam et potestatem habeant memorati mei distributores vel persona illa at cui istum meum dispositum in manus paruerit apprendere in omnem mea hereditate seu substantias de intus et foris ubi ad eis placuerit et venumdare cuique voluerit dum usquequod exinde nos tarì tollere baleant et distribuant illos pro anima mea ut super disposui et cuique illud vendiderint firmum et stavilem permaneat im perpetuum. Reliqua vero omnia mea hereditate seu substantia de intus et foris undecumque aut quomodocumque mihi pertinet vel pertinentes fuerit per quobis modum post meum transitum rebertant et sint de memorato stephano et iam dicto iohanne uterini germanis faciendi que voluerit: dispono ut si aliquod habuero de iure memorate Neapolitane ecclesie post meum transitum sit ibidem redditum: abeat sancta Neapolitana ecclesia pro luminaria absque iniuria aureum tremisse unum neapolitanum. Si quis autem de me vel de meis haerebibus quobis tempore contra oc meum dispositum ut supra legitur venire praesumpserit per se aut per summissis personis tunc componat pars infidelis et sui haeredes appartem fidem serbantem suique haeredes auri solidos triginta bythianteos. Et oc meum dispositum ut super legitur sit firma scripta per manus petri scriniarii filius domini iohannis primarii qui rogatus scripsit per indictione memorata undecima. ✝ Hoc signum ✝ memorata Vona quod ego qui memoratus pro eis subscripsi. — Ex membrana originali in archivo Cavensi adservata nunc in Arca XII, n. 109, *olim* 27, n. 11. (1)

(1) Codicillorum sive potius, ut in singulari numero iure praesertim Byzantino dicuntur (Cf. *Prochiron* tit. 29, p. 157), codicilli exemplum, quo quis testamento iam condito legatum vel aliquod simile adiicit , heic ex R. N. A. M. t.

Romano, Michaele, Constantino et Andronico impp. a. 1073.

515. Die 16 m. februari ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Romano et Michaelio seu (1073) Andronio et Constantino porfilogenito mm. ii. an. 5. Hecce iam per plurimos annos visus fuit q. d. Iohannes ven. presbytero et primicerio, qui nominatur Spataro, custus ecclesie S. Seberi Christi confessoris site *etc.* pro vice memorate ecclesie comparare per chartulam da quidem Petro subdiacono et abbate seu rectore monasterii S. Agnelli, ubi eius venerabile quiescit corpus et da quidem Stephano germano suo filiis q. Stephani Ferrarii, qui nominatur Buniscoli et quedam Drosu iugalium, cum consensu ipsius genitricis illorum, idest quatuor modia per passus at passum ferreum S. Neapol. ecclesie de clusuria de terra illorum, que nominatur at nipititum, posita ad S. Sossium super Piscinula. Nunc autem venerunt Cesarius et Sergius uterini germani filii q. d. Iohannis Spicarelli, et quesiverunt Gregorium clericum, filium q. d. Iohannis, quod nequaquam memoratus genitor suus ipsam terram potuisset comparare, quia memorata Drosum et memorato Petro subdiacono et abbate et Maria, hoc est genitrice et filii memorati q. Stephani Ferrarii chartulam promissionis recetatibam factas abebat at q. d. Iohanne Spicarello, quatenus ud uvi ausi fuerint illuc pergere, tunc ad eum illos dare debuissent per appretiatum; qualiter in memorata chartula continet, que aput eos memorati germani abuerunt et ipso Gregorio clerico per iudicium posuit memorato Petro subdiaconus et abbas una cum memorato Stephano germano suo, et cum eis exinde perrexerunt impublici at legem et ibidem ostenderunt ipsam chartulam promissionis que at memorato q. Iohanne Spicarello posuerunt memorata genitrice et filii; et dicebat pars eius ut quando illut venumdederunt at memorato d. Iohanne ven. presbytero et primicerio pro ecclesia S. Seberi scientibus ipsis germanis venumdedixet, et ipsi illut non contraxent. Et iudicatum fuit exinde inter eos ut ipse Gregorius exinde faceret sacramentum dictis germanis

VI, p. 215 ad rem illustrandam referre iuvat. Est autem anni incerti et sic se habet.

In nomine *etc.* die tertia decima mensis iunii indictione nona neapoli. per meum firmum dispositum disponere et iudicare itaque visa fuit ego anna filia quondam domini anastasii relicta vero quondam domini stephani monachi: omne mea hereditas seu substantia sicut ipse meus dispositus continet . . . . meum dispositum fecit ut ad meum hobitum iret pro anima mea auri solidos. . . . et libera rosula famula mea tantumodo serbire vite de . . . . monacha . . . . post eius hobitum iret libera et absolutam: etiam et per ipsum firmum meum dispositum . , . . vel minuendi in mea esset potestatem: nunc autem per hanc meum embolis . , . . dat pro anima mea auri solidos triginta ut decem superiungat filius meus per ipsos viginti solidos quos ipse meo dispositus continet per manum de ipsis distributoribus meis quod ipse meus dispositus continet et distributoribus eos pro anima mea quomodo ipse meus dispositus continet et reliquos quoque inde remanserint siat in potestatem de memoratis meis distributoribus denique illos dare voluerint: et memorata rosula famula mea at meum transitum badat libera et absoluta per me de memoratis meis distributoribus et ubi ire et habitare volueris in sua sit potestatem: et si qualibet contrarietatem fecerit filius meus et eorum heredibus et non voluerit dare hominibus memoratis pro anima mea tunc licentiam et potestatem abeat ipsis meis distributoribus atpreendere in omne mea hereditate seu substantias donec omnibus memoratis compleverint sicut superius legitur: alium vero quod continet ipse meo dispositus sit firmus: iterum et per hanc emboli firmo ut iungendi vel minuendi dum vixero iterum in mea reserbavi potestatem et qui contra anc meum embolis venire temptaverit componat. auri libra una bytiantea et unc meum embolis firmum permaneat: scriptum per manus Iohanni curialis per memorata nona Indictione † hoc signum † manus memorate anne quod ego qui supra ab eam rogatus per eam subscripsi. Ego sergius filius domini petri testi subscripsi. ΕΓΟ CΤΕΦΑΝΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΟΜΙΝΙ ΙΩ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi ego iohannes Curialis complevi per memorata nona indictionem.

Romano, Michaele, Constantino et Andronico impp. a. 1073.

et ipsi ei emitterent chartulam securitatis et pro eodem iudicio memorato Petro subdiacono et Stephano cum voluntate coniugum eorum chartulam securitatis fecerunt eisdem Cesario et Petro quam hi aput se abuerunt. Et quia venit d. Stephanus ven. Igumenus monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* cuius iuris est ipsa ecclesia S. Seberi, contrastit memoratos germanos dicendo ut illicite ipsi germani ipsam chartulam securitatis fecissent, propter quod ipsa ecclesia ipsas terras abuisset et abebat. Unde multum litigium exinde inter eos abuerunt et perrexerunt in publico at legem et ibidem ostenderunt memoratas chartulas, que dum ibidem inter partes relegere fecissent, iudicatum est inter eos quatenus ipsas chartulas promissionis et securitatis capsatas apud memoratum igumenum ipsi germani emicterent et facerent ac chartula recetatiba promissionis in ipsa ecclesia S. Severi ut amplius causatio non fieret. Deinde ipsi germani tradiderunt ipsas chartulas capsatas. Insuper promittunt et firmant quia nullatenus presumment ipsam ecclesiam querere et molestare *etc.*; pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Sergium Curialem. Signum manus memoratis germanis. Testes: Iohannes filius d. Gregorii, Sergius filius d. Gregorii, et Stephanus scriniarius filius Iohannis scriniarii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1209). R. N. A. M. t. V, p. 55.

(1073) **516.** Die 30 m. aprelis ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Romano et Michaele seu Constantino porfilogenito et Andronio mm. ii. an. 5. Per dispositum denique iudicare visus fuit Iohannes qui nominatur Cesarius, filius quidam Maryni presbyteri, qui iterum Coraccino bocabat, omne sua hereditatem seu substantias de intus et foris, et disposuit ut post suum transitum Gregorio qui nominatur de Authimum, filius q. d. Sergii et Iohannes qui nominatur de Cancellum, filius quidem d. Sergii, oc est distributores sui venundarent integram domum suam positam intus civitatem Neapolis at Cinbeum, regione Furcillense, et pretium eiusdem darent pro anima sua . . . . . quot unum annum decurrit ordo et memorato Iohannes Coracino mortuus . . . . . et *memorati distributores* ipsam domum apprehenderant ut . . . . et quia benit Gregorius qui nominatur Brancatitio filius q. d. Iohannis et Maria h. f. filia q. . . . . . qui vocatur Gititio conius quidem d. Iohannis qui nominatur Cacapice exadelphi germani et contrasterunt ipsis memoratam domum, eo quod Iohannes Coracino fuerat defisus eorum et affiliatus de q. Petro qui nominatur Spacu fracidum qui fuit iterum defiso eorum, et ipse Petrus illam ad eum dimisit per firmissimum dispositum, dicendo pars memoratorum Gregorii Brancatitii et Marie ut distributores non baluissent domum apprehendere, eo quod ipse Iohannes fuit defisus ipsorum Gregorii et Marie et pars ipsorum distributorum dicebat non esset beritas. De qua multam altercationem abuerunt et per colloquia de bonorum hominum ambe partes venerunt in combenientiam, et ipsi distributores ideo vendunt et tradunt memoratis Gregorio et Marie domum que fuit memorati Iohannis defisi eorum, coherentem insimul a parte orientis cum domu d. Lidolfo presbytero, et a parte occidentis domu de illi Salernitani et a parte septentrionis est platea publica, et a parte meridiana hortum monasterii ecclesie S. Gregorii qui nominatur at Sagittario, pro auri sol. 39 de tari de Amalfi ana 4 pro solidum. De quibus

nihil *etc. etc.*; pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Sergium Curialem. Testes: Stefanus filius idem d. Stefani, Petrus scriniarius, et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 616). R. N. A. M. t. V, p. 58.

517. Die 10 m. magii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Romano et Michaele seu Andronio nec non et Constantino porfilogenito mm. ii. an. 5. Iohannes qui nominatur Padulano filius q. Stephani, qui nominatur Tiampica, abitatores de loco qui nominatur Billa noba cum voluntate Anate coniugis sue et cum consensu d. Iohannis, cuius est defisus, filii q. d. Sergii de d. Maria vendunt et tradunt Iohanni qui nominatur Lunicte filio q. Nai..... et Simeoni et Sergio genitori et filiis habitatoribus de loco, qui vocatur Pumilianum qui est foris Arcora dudum aqueductus et per eos in bultora sanctorum que ipsi pintam abent intus ecclesiam S. Felicis de memorato loco, que sunt ad onore Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi et B. Maria matris eius et b.mi Iohannis Baptiste corrigiam de terra que vocatur ad campu maiore, positam in memorato loco; coherente sibi de uno latere heredum q. Petri qui nominatur Gallitola, et abet ibidem de longitudine passi 48, de alio latere terra heredum q. Iohannis qui nominatur Caputo seu et terra de heredes q. Petri qui nominatur Bunchiniolo, et abet ibidem passi alios 48, de uno capite terra heredum q. d. Cesarii de Appio et abet ibidem de latitudine passi 9, at vero alio capite terra et abet ibidem de latitudine passi 10 et tertia de passu ad passum ferreum S. Neap. ecclesie pro auri tari 14 voni de Amalfia. Etiam et impresenti remittit apud eos et per eos in eodem bultora sanctorum una chartula comparationis membrana scripta quam fecerunt Sergius cui super nomen Castaniola filio q. Fermosi et idem Fermosus, hoc est genitor et filius de memorato loco cum voluntate d. Pandolfi, cuius ipsi defisi erant, filii q. ven. mem. d. Lamberti Langobardi et nominato Iohanni filio q. Leonis et Citera iugalibus abiis suis. De qua nihil *etc. etc.*; pena in auri sol. 7 byth. Signum manus memorati iugales. Iohannes subscripsit. Scriptum per Petrum scriniarium filium d. Iohannis primarii. Actum per Iohannem primarium. Testes: Iohannes filius d. Ursi iudex, Gregorius filius d. Petri et Stefanus filius d. Aligerni. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 478). R. N. A. M. t. V, p. 60. (1073)

518. In nomine *etc.* Imperante domino nostro michael magno imperatore anno septimo (1) mense magio duodecima indictione. Ideo quem ego Iohannes presbyter et abbas rectores et gubernatores de aecclesia sanctus Georgius et de sancta trinitate (2) una cum tota nostra congregatione monachorum bona semper nostra boluntatem per hanc chartulam damus tibi stephano filius grisu qui fuit de campusano et fuit affiliatus in appaianu una pecia de terra nostra quae est posita ubi nominatur ad cabola ad censum: et ipsa terra habet finis terra de uno latere orsus de appaiano cum consortibus suis et de alio latere habet finis iohannis chirium et petri pirium et stephani pirium germanis et habitatores de appa- (1074)

(1) Cf. supra p, 267, n. 465 et not. (2), quae ad sequens documentum n. 466 ex errore typothetae transposita fuit, ad ipsum praecedentem n. 465 revoca.

(2) De his ecclesiis S. Georgii et SS.mae Trinitatis in castello Cicalae, quae ad monasterium Cavense a Sasso episcopo Nolano concessae fuerunt, infra redibit sermo. Cf. etiam Di Meo, *Annali critico-diplomatici* etc. ad an. 1143 et 1181.

ianu consortibus nostris: et de uno capite habet finis terra episcopio sanctus felix qui tenet petrus de maraldu et de haerede macedona et de alio capite habet finis ipsa caba et via plumbica (*sic*): haec nominata terra qualiter finis est praedictus vendidimus tibi ad censu stephani at semper habendu et dominandu tenendi fruendi faciendi exinde omnia quae tibi placuerit inferius et superius secundum bice de biis et anditis suis ad introiendum et exiendum: set tantummodo omni anno in festibitate sancte marie de augusto mense dare et persolbere debeatis in nostro monasterio una quarta de fasioli ad quartam iuxta et atducere debeatis in superscriptum monasterium sine omni ammaricatione : haec nominata terra qualiter finis est iamdictus ab omnibus ominibus antistare et defendere promittimus et obligamus: quot si minume antistare et defendere voluerimus aut si nos ipsis per quobis ingenio remobere vel dirumpere quesierumus tunc obligamus nos qui supra nominatus Iohannes abbas et nostris posteris tibi Stephano et ad tuis haeredibus ad componendum biginti solidi bytianteis et hanc chartulam censuationis sit firma et stabilis in perpetuum, quam et te Alpherii notarii scribere rogabimus: actum Nola. ✝ Ego iohannes presbyter et abbas. ✝ Ego petrus presbyter.—Ex membrana originali in archivo Cavensi adservata nunc in Arca XII, n. 48 bis, *olim* 15 n. 14.

(1074) **519.** Die 24 m. octubrii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Michaele et Constantino porfilogenito et Andronio mm. ii. an. 7. Leone, qui nominatur Bispulicco, filius q. Iohannis, per bonam combenientiam promittit Petro germano suo propter portionem, que sibi pertinet, de omnibus fundoris et terris et de illa medietate sua de illa petia de terra, que fuit memorati genitoris eorum, quas ipsi recollexerunt da illi Malanocte, posita in loco qui nominatur mascarelli at Liciniana, quatenus, si de eo aut de suis filiis filiabus ac nepotibus non remanserit heres, tunc ipsa portio sua revertatur eidem germano suo et heredibus eius, medietate gratis et alia medietate pro pretium ut tunc fuerit appretiatum et ipsum pretium badat pro animabus eorum per manum de persona illa at cui alia simile chartula in manus paruerit ; et si ipse Leo aut proprii heredes aliquod ex ipsa portione sua et de ipsa medietate que ei pertinet de memorata petia at dare abuerit per quobis modum, illut dare debeat per pretium ut fuerit appretiatum usque ad ipsa medietate impotante sibi illut per ratiocineas: et si ipse Petrus illut emere noluerit, tunc cui illut dare voluerit in sua sit potestate , cetera medietate exinde abeat in eadem legatione. Ita et ipse Petrus per aliam similem chartulam promisit de portione sua memorato Leoni, et pena in auri sol. 60 byth. Scriptum per Petrum scriniarium discipulum d. Iohanni primarii. Actum per Iohannem Curialem et scriniarium, Signum manus Leoni. Testes : Iohannes filius d. Capuani, Sergius filius d. Stefani, et μαρεινους φιλειους δν σεργειει i. e. *Marinus filius d. Sergii*.—(*Notam. instr. S. Sebast.* n. 867). R. N. A. M. t. V. p. 67.

(1074) **520.** In nomine *etc.* imperante domino nostro michaele et Constantio porphyrogenito et andronico magnis imperatoribus anno septimo die octava mensis decembris indictione tertiadecima. Neapoli. Certum est me iohannes qui sopranominatur capuano filium quondam domini costabilis postmodum vero monachus et quedam domina garofala iugalium personarum: ego autem cum consensum et voluntatem supradicta genitrice mea a presenti die prontissima voluntate pro Dei amore et pro mercedis et salbationis anime de suprascriptis iugaliis genitoribus meis et pro anima quondam venedicti uterini germani

Michaele, Andronico et Constantino impp. a. 1075.

mei seu et pro anima mea ut ic et in futuro saeculo requie inbenire baleamus aput aeternum iudicem offero et trado tibi domino Stephano venerabili presbytero capuano: custus ecclesie mee et de haeredes quidem suprascripti uterini germani mei vocabulo sancte et gloriose dei genitricis semperque virginis marie de ierusalem quam a novo fundamine construximus intus illa arcora de aquariola et dicitur nomine Ierusalem et per te . . . . in supra dicta ecclesia vestra adhabendum in sempiternum: idest integra una petia de terra nostra posita in loco qui nominatur babulie quot est super antinianum cum arboribus et introitum suum et omnibus sibi pertinentibus: etiam et aput me exinde illa chartula comparationis quam exinde appreenserunt suprascriptis iugalibus genitoribus meis cum alie chartule que ipsa chartula continet: coherente sibi ab uno latere terra haeredis quondam domini gregorii cacapice sicut inter se terminis est finis et de alio latere terra que fuit quondam domini gregorii de rotunda supradicte nostre ecclesie que detinent supradicti abbaciri sicuti sepis est finis de uno capite via publica sicuti sepis est finis et de alio capite terra ecclesie sancti stephani de illi sancti gregorii: de quibus nihil nobis exinde aliquot remansit aut reserbabimus nec in alienas cuiusque personas quot absit commissimus aut iam committimus potestatem: set a presenti die et deinceps a nobis tibi et per te in supradicta ecclesia nostra sit offertum et traditum in tua et de posteris tuis quem nos vel nostris haeredibus ibidem ordinabimus sint potestatem adhabendum et possidendum illut supradicta ecclesia nostra usque in sempiternum et neque a nobis neque a nostris haeredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore nunquam tu supradictus d. stephano presbytero aut posteris tuis per nos aut haeredibus nostris ibidem ordinaberimus vel ipsa ecclesia nostra quot absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas nullaque adinbenta ratione a nunc et in perpetuis temporibus et qualemcumque tempore tibi vel ad suprascriptis posteris tuis necesse fuerint supradicte chartule que aput nos exinde habemus tunc nos et haeredibus nostris tibi et ad ipsis posteris tuis illas ostendere et monstrare debeamus ad relegendum et ad finem cum eis faciendum et ubique vobis exinde necesse fuerint et non illa abscondere et absentare non debeamus per nullum modum quia ita nobis placuit. Si autem aliter fecerimus de his omnibus supradictis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et haeredibus nostris tibi tuisque posteris ad supradictam ecclesiam vestram auri libras duas bythiantias et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma scripta per manum iohannis Curialis et scriniarii per supradicta tertia decima indictione † Hoc signum † manu supradicti iohannis cognomento capuani cum voluntate supradicta genitrice sua quod ego qui supra ab eis rogatus pro eis subscripsi. † Ego iohannes subscripsi. † Ego aligernus filius domini iohannis testis subscripsi. † Ego iohannes filius domini gregorii testis subscripsi † Ego petrus filius domini iohannis testis subscripsi. † Ego iohannes Curialis et scriniarius complevi et absolvi per supradicta decimatertia indictione. — Ex membrana originali in archivo Cavensi adservata nunc in Arca XIII n. 26 *olim* Arca 27, n. 26.

521. Die 20 m. iulii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Michaelio et Andronio seu Constantino porfilogenito mm. ii. an. 7. Adenolfus comes castri Putheolani filius q. d. Adenolfi commutat et tradit d. Stephano ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et at cuncta congregatione monachorum ipsius monasterii petiam de terra cum scapulas et rioras suas et cum omnibus *etc.* positam in loco qui nominatur Lauritum ipsius castri Puteolani, que est coniuncta a parte septentrionis cum terra ipsius monasterii, sicuti inter se egripus exfinat, et a parte occidentis est scapula at ipsa terra quam commuta- (1075)

vit qualiter descendit usque in fundo ribum, sicuti aqua exfinat, et a foris ribum in eadem hoccidentali parte est ribum et scapula de terra ipsius monasterii, de autem parte meridiana est terra eeclesie vocabulo S. Petri de intus ipsum castrum iuris ipsius monasterii, sicut egripus altus et sepis exfinat et da ipsa terra qualiter redit inde a parte horientis usque inde a parte septentrionis est terra De quibus nihil *etc. etc.* propter quod accepit exinde in omne decisione integra una petia de terra eiusdem monasterii positam in ipso loco cum arvoribus *etc.* et coheret sibi de uno latere parte horientis via pubblica, et de alio latere parte hoccidentis terra sua et heredum de illo Farricello, de uno capite parte meridiana est silice pubblici, sicuti inter se egripus et sepis exfinat, et de alio capite parte septentrionis est via compeniaria et a foris ipsa via compeniaria est terra monasterii. Unde nihil *etc.* sicuti alia chartula commutationis simile de ista chartula, quam ipse igumenus item fecerat, continet, et aput se ipse Adenolfus abet; pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Sergium Curialem. Adenolfus comes subscripsit. Testes: Stefanus filius d. Iohannis, Iohannes Curialis et scriniarius, et Aligernus filius d. Iohannis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 351). R. N. A. M. t. V, p. 71.

(1075) **522.** Die 20 m. nobembrii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Michaele et Andronio atque Constantino porfirogenito mm. ii. an. 8. Sergius in Dei nomen eminentissimus Consul et Dux atque Domini gratia Magister militum filius bone recordationis d. Iohannis Consulis et Ducis quamque Sergius in Dei nomine eminentissimus Consul et Dux qui fuit filius d. Iohannis Consul et Ducis, hoc est thius et nepos, concedit et tradit d. Iohanni ven. abbati monasterii Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi Insule maris et per eum in eodem monasterio integrum monasterium vocabulo b. Antonii situm in scapula monte Pausilipense *etc.* — (V. *infra* in Dipl. Ducum).

(1076) **523.** Die 15 m. nobembrii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Michaele seu Constantino porfilogenito et Andronio mm. ii. an. 9. Dispositum factum a Maria h. f. filia q. d. Sergii Salbaconsa et q. d. Marenda iugalium personarum, conius presenti d. Iohannis Gaytani qualiter inferius iudicaverit de omni sua hereditate seu substantia de intus et foris firmum et stavile permaneat in perpetuum. Et primum omnium disponit ut si mors sibi ebenerit badant pro anima sua ex ipsa omni hereditate auri sol. 500 de Amalfi inter aurum laboratum et pannos sericos et chartule cautionis, et alios solidos que recolligere abet da dibersas personas, et badant pro anima sua per manus d. Iohannis archiepiscopi S. Sedis Neap. ecclesie seu et per manus d. Petri (1) ven. presbytero et primicerio ipsius S. N. E. spirituali sancti suo, quamque et per manus d. Iohannis ven. presbitero et cimiliarcha ipsius S. N. E. hoc est distributoribus suis, seum et per manus viri sui seu de persona illa cuius in manus suum dispositum paruerit et distribuant illos pro anima sua in oc ordine; imprimis si domino Deo placuerit et ipsa perrexerit in monasterio S. Gregorii maioris pro se monacam faciendi, dentur exinde ibidem sol. 100 de Amalfi, memo-

(1) Male in editis heic legitur *Sergius;* cum et deinceps ibi et in ipsa membrana iste presbyter et primicerius nomen *Petri* aperte habeat.

ratus d. Iohannes archipresbyter detineat sibi sol. 15, memoratus d. Petro ven. presbytero et primicerio sancti et distributor suus detineat sibi sol. 5, in monasterio S. Bincentii tari 6, et in monasterio S. Andree ad iscule (1) tari 6, in monasterio S. Archangeli at Baiane tari 6, at S. Maria at Platitia tari 6, at S. Archangeli at Sicule tari 8 pro luminaria, at S. Maria de domina Regina tari 20, at S. Mennate tari 6, at S. Ciprianum tari 6, pro illa cruce ad luminandum ad illum altare suum, quem abet intus ecclesiam suam S. Apaciri sol. 20, ad illa bustora sua quem abet intus ecclesie S. Lucie sol. 20 pro tollendum ibidem hereditate, at S. Maria at Pugnanum tari 8, at Leones vero sol. 20, at Maria serbienti sua tari 15, at illi filii sui tari 20, at Landulfulo serbienti suo tari 6, at Stephano et at Guidelmulo ana tari 4, at Gemma serbienti sua sol. 20, at Maria pictula qui secum residet tari 4, at Maru serbienti sua tari 8, at Tanda at Amalfitana serbienti sua tari 4, at Iohanne padulano tari 4, at Maria monica tari 2, at Iohanne quem ipsa et vir suus lebaverunt de illa conca tari 7, at Maria Calafata monaca tari 4, at Cesario et at Iohanne et at Urso nepotibus suis filiis quidem d. Petri Gaitani cognati sui ana sol. 4, at d. Marino Salbacovesa exadelfo germano suo sol. 20 de Amalfi, at d. Stephano Bulcano cognato suo retdentur sol. 10; reliqua que exinde remanserint distribuantur pro anima sua, ubi ipsi distributores melius previderint. Disponit ut post suum hobitum memoratus Iohannes, quem cum viro suo lebavit de memorata conca, abeat donatum omnes terras suas quantum abet at clium et una caldara et sartagine et siscum et una bucte bona et tinacium et tina et lectum cum omnia lectisternia sua et in sua suisque heredibus sint potestatem, set ipse Iohannes servire et custodire debeat memorato viro suo omnibus diebus vite eiusdem sicut continet chartula, quae apprehensa abebat da ecclesia S. Marie maioris. Disponit ut integra terra sua de Pausilipum post obitum viri sui sit offerta in monasterio S. Sebastiani ad abendum *etc.* et terra de euple (2)

(1) An *S. Andreae ad Erculi?* In *Repertorio* enim *monasterii S. Severini* n. LXVIII summatur instrumentum " factum tempore Frederici imperatoris continens quomodo Petrus cognomento Romano donavit abbati Rogerio et conventui dicti monasterii integram turrem que dicitur de illi Romani iuxsta murum pubblicum predicte civitatis Neapolis prope ecclesiam S. Andree ad Ercoli, prope Campagnanum. „

(2) Locus in colle prope Neapolim positus, ubi olim Lucullanae deliciae et deinceps castrum Lucullanum extitit, fortasse ab Euplea, de qua Statius (*Sylvarum* L. II et IV), nomen accepit. Chiarito, *O. c.* p. 221 ex quibusdam instrumentis in *Catasto di S. Pietro a Castello* nn. 163 et 417 breviatis, situm eiusdem apte proprieque declarat. Saeculo XIV nomen Euple vulgariter corruptum fuit et in Echa vel Echia paulo detortum; sequiori autem aevo litterate in Hercule vel Hercli, poetice in Egla mutatum. Ad loci vero topographiam amplius illustrandam heic subiungere iuvat instrumentum, cuius olim exemplar ex membrana originali, apud cl. d. Gabrielem Iannelli, canonicum Capuanum, adservata, transcripsit et mecum communicavit beatae memoriae vir d. Andreas Caravita Casinensis, mihi, dum Superis placuit, coniunctissimus. Est autem huiusmodi, formulis tantum omissis. † In nomine etc. anno ab incarnatione eius millesimo ducentesimo quinquagesimo . . . regente civitatem nobili viro riccardo filiangeri potestate eiusdem civitatis; die septima mensis octubri. Indictione undecima neapolis. Certum est nos iohannes umilis abbas monasterii domini et salbatori nostri ihesu christi Isole maris qui nunc congregatu est in monasterio beati petri Christi Apostoli quod constructu est intus castro distructo qui dicitur Luculano: et cunctas congregatione monachorum ipsius sancti et venerabilis nostri monasterii. Igitur praesenti die promtissima voluntate venundedimus et tradidimus tibi domine miligayta honesta femina filia quondam domini bartholomei cognomento firillo et quondam dne magna honesta femina iugalium personarum; relicte quondam domini gregorii cognomento arcamone integrum pictione nostru de terra-

Michaele, Andronico et Constantino impp. a. 1076.

in monasterio insule Salvatoris ad abendum *etc.* et terra de Porclanum in S. Neapol. ecclesia. Item disponit ut post suum obitum sit offertum et traditum omnes portiones, que sibi pertinent, de omnibus ecclesiis de intus et foris cum omnibus *etc.* in memorata S. Neapol. ecclesia ad abendum *etc.* et semper illas ordinare debeat archipresul qui tunc in ipsa S. N. E. fuerit; item domus sua de Nido de bico de fistola fracta sit offerta in ecclesia S. Deonisii, unde sibi pertinet medietate. Disponit ut Altrudula filia memorati d. Stephani Bulcani abeat donatum integra corrigia de terra de Caput de monte, que est in capite de clusuria de terra sua que dimisit at memorato viro suo, et, si ipsa infra etatem vel sine proprio herede obierit, rebertant et siat de quidem Maria genitrice eiusdem Altrudule, conius memorati Stephani Bulcani. Item memoratus vir suus abeat donatum integra domum sua ista, in quam avere videtur, in regione Furcillense cum inferioribus *etc.* et alia domum cum hortu simul positam ad Albini, nec non omnes mobilias suas at parbum usque at magnum, capitulum pretiosum vel vile; reliqua vero omnis sua hereditate et omnes defisos et commentitos seu ospitibus et cespites cum omnibus *etc.* post suum obitum rebertant et siat de memorato viro suo; post autem transitum eiusdem badant omnia pro anima eorum per manum de memoratis distributoribus vel de persona illa *etc.* Item disponit ut post suum obitum d. Aligerno Buccaplanula abeat donatum quantum sibi pertinet de illum balneo distructo posito at Capuana cum domos et curtas et cum omnibus *etc.* ubi ipse portione abet cum consortibus suis. Disponit ut post suum obitum quantum detinet de iure S. N. E. sit ibidem datum et renditum. Abeat denique S. Neap. ecclesia pro luminaria absque iniuria tremisse unum, et pena in auri libras 6 byth. Scriptum per manum Stephani scriptoris discipuli d. Iohannis scriniarii. Actum per Stephanum dudum scriptorem, nunc vero scriniarium per ista

positu vero in loco qui *(dicitur)* eple: una cum arboribus et fructosas suas et cum introytu suo et omnibus sibi pertinentibus: et case ad ipsu integru pictione de terra pertinente de ipso nostro monasterio quod superius tibi venundedimus cum suis omnibus pertinentibus ut superius legitur: de uno latere qualiter vadit rebolvendo est terra de domini iohannis cognomento falconaro et de domino gregorio et de domino nicola uterinis germani nepotibus tuis . . , . et ripus et sepis exfina: de alio latere qualiter vadit revolvendo est via publica unde que exinde . . . . de introytu ingredit sicuti sepis exfina et a foris ipsa via publica est terra nostra et de ipso nostro monasterio que in nostra reserbavimus potestate: de uno capite est iterum nostra et de ipso nostro monasterio que in nostra reserbavimus potestate sicuti ripa alta exfina: De quibus nihil *etc.* propter quod adcepimus a te exinde in praesentis istromenti decisione seu deliberatione : idest uncie septe simul de aurum de tareuis de Sicilia pesantes ad uncie iuste: unde de ipse uncie septe simul de aurum que da te adcepimus uncie quatuor de aurum exinde nos inde comparavimus granu pro servimentu de ipsi monaci de ipso nostro monasterio: et relique uncie tres de auru exinde nos illas dedimus pro illa concia de illu muru intus civitatis sicut notu est: sicut inter nobis conbenit si autem aliter fecimus: de his omnibus supradictis per quobis modu aut sumisas personas tunc componimus nos et posteros nostros et nominato nostro monasterio tibi tuisque heredibus auri solidos centu septuaginta quinque visantios; . . . ut superius legitur . . . per manus guana billanus ferula? Curialis supradicta indictione. † Ego qui supra Iohannes humilis Abbas subscripsi. † Ego frater oddo prior subscripsi. † Ego fr. berardus sacerdos et monachus subscr. † Ego fr. thomasius sac. et mon. subscr. † Ego fr. Sauss . . . . sac. et mon. subscr. † Ego fr. Sebastianus sac. et mon. subs. † Ego fr. iohannes sac. et mon. subs. † Ego fr. christoforus subdiaconus et mon. subs. † Ego fr. . . . . . subdiaconus et mon. subs. † Ego fr. leo subdiac. et mon. subs. † Ego fr. marcus mon. subs. † Ego petrus de domino bono Curialis testis subscripsi et . . . aurum trad . . . † Ego matheus siliarius Curialis testi subscripsi et . . . aurum . . . . † Ego gnana billanus ferula Curialis : complevi et absolvi supradicta Indictione.

ind. XII. . . . . eadem manu. Signum manus memorate Marie . . . . . alia manus. Testes: Iohannes filius d. Ursi iudex . . . . . nam testis, Gregorius filius d. Saducti . . . . . iterum testis et Iohannes primarius . . . . similiter testis . . . . . Exemplaria dispositi quam ex ipso authentico dare fecit d. Iacobus ven. igumenus monasterii S. Sebastiani relebata et at singulos relecta per Bernardum primarium et Cesarium tabularium Curie civitatis Neapolis imperante d. n. Alexio m. i. an. 22 set et Iohanne porfilogenito eius filio m. i. an. „ die 1 m. iunii ind. XI. (1103). — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 733). Pergam. dei monast. soppressi t. IX. n. 104. R. N. A. M. t. V, p. 78.

524. In nomine *etc.* Imperante domino nostro michaele et andronico et constantio porphilogenito magnis imperatoribus anno nono die decima mensis aprilis indictione quintadecima Neapoli. Definivimus nos iohannes cognomento boccia boccia et maura honesta femina uterini germani filiis quondam domini marini et quondam domine marende honesta femina iugalium personarum et ego supradicta maura honesta femina cum voluntate domini petri viri mei filio quondam domini stephani de mastris sergii: tecum denique domina maura honesta femina uterina germana nostra coniux quondam domini stephani cognomento cintruto de intentione que inter nos habuimus de integra curte communi in qua habet furnum astricavile commune et cum cantaru muratu pittulum tofignum commune et coheret at supradicta curte commune Ubi est supradictum furnum astricavile commune et supradictu cantaru tofignum communi a parte orientis domu mea supradicta maura sicuti inter se paries est finis in quo de inferius habet unum parum de regiis qua ingreditur domu mea suprad. maura et de superius habet fenestra qui respicit super ipsa curte commune seu domu mea suprad. Iohannis boccia boccia sicuti inter se paries est finis in quo sunt duo paria de regiis una deinferius aliam de superius et a parte occidentis sunt gradibus fabriti proprii mei qui ascendunt in illa domu mea suprad. Iohannis boccia boccia quem michi donavit suprad. domina marenda honesta femina genitrice nostra ubi ascendunt suprad. gradibus meis seu alia domu mea quam ego comparatam habeo per chartulam comparationis mea da Iohanne modios solidos exadelpho germano nostro: unde tu nobis exinde quesistis dicendo pars tua adversus nos ut suprad. curte commune nostra et tua esset una cum suprad. furnum astricavile et suprad. cantarum tofignum que ibi est: pars autem mea suprad. Iohannis boccia boccia asserebat ut non esset verum et de suprad. curte commune et de suprad. furnus astricavile commune et de suprad. cantaru tofignum commune que ibi est michi pertinet habere superfluum: quantum mihi exinde pertinet per suprad. chartulam comparationis mea. simul posita vero intus hanc civitatem Neapolim intus portam commune et anditum et introitum commune qui mihi est ab intus predicta porta commune et secus porticum commune qui est a foris suprad. porta commune et iuxta plateam publicam regione furcillensis. unde multam altercationem exinde inter nos habuimus ante iudicem publicum que ibi supra portavimus ad iudicandum ambas partes et a parte mea supradicti Iohannis boccia boccia ibidem ostensa fuit supradicta chartula comparationis mea que mihi fecit supradictus Iohanne modios solidos exadelpho meo qui declarat quomodo ipse mihi vendidisset per ipsa chartula comparationis integram omnem portionem et pertinentiam quamcunque et quomodo fuit et pertinuit ad quondam dominum stephanum modiossolidos genitore suo per quobis modum de integra supradicta domu quod est inferior et superior ad domum meam et alia costituta una vero ex ipsa inferiore est mihi ab intus supradicta porta commune unde est anditum commune alia inferiora qui est da intus supradicta porta commune iuxta supradicta curte commune seu

et alia inferiora et superiora distructa qui est iuxta supradictum porticum commune de mea suprad. porta communi a parte occidentis simul sex uncias qui fuit de suprad. genitore suo de integro orticello commune qui est iuxta inpotecha qui fuit de Leone modiossolidos unde alia sex uncias ex ipso orticellu fuit de supradicta genitrice nostra que mihi illud donavit: utraque cum aeribus et aspectibus suis et quantum ad hoc pertinet de suprad. curte commune et cum introitu suo a supradicta platea publica per supradictum porticum commune qui est iuxta suprad. plateam publicam et suprad. porta commune et a foris supradicta porta et supradictum anditum commune qui est de intus supradicta porta commune et supradicta curte communi et cum omnibus sivi pertinentibus generaliter et in integro: seu et una notitia testata que ipse Ioannes modios solidos aput me rimisit per ipsam chartulam comparationis mea cum omnia que continet: et dum ille ibidem ostense et relecte fuissent tribuit exinde inter nos hoc iudicium ut supradictum porticum qui est iuxta supradicta platea foris supradicta portae maestrae portae et supradicta porta et supradictum porticum et introitum commune que est de intus ipsa portae et supradicta curte commune et pred. furnus astricavile et iam dictum cantarum tofignum qui est super dicta curte fiat simul commune nostrum et tuum et de nostris et de tuis haeredibus: et ego supradictus Ioannes cognomento boccia boccia et haeredes mei exinde superfluum habere debeamus quantum mihi pertinet habere per supradicta chartula comparationis mea et aliter portetur sibi hanc chartulam ita et vos supradicti uterini germani tui per hanc chartulam et pro eodem iudicio affirmo tibi ut omni tempore fiat supradictum porticum commune qui est iuxta ipsa platea publica foris ipsae porte communi maestrae porte communi et predicta portae et supradictum anditum et introitum commune qui est da intus supradicte porta communi et suprad. curte commune et praedictum furnum et suprad. cantarum tofignum qui ibi est commune nostrum et tuum et demus tibi tuisque haeredibus et ego suprad. Ioannes boccia boccia et haeredes mei exinde superfluum habere debeamus quantum mihi exinde pertinet habere per suprad. chartulam comparationis mea et licentiam et potestatem habeatis et haeredes tui quandoque volueritis intrare in suprad. curte communi aquas sive exporcitias et in suprad. curte communi spandere pannos et victum et per tempore ibidem lavare buttas et ipsas buttas ibidem spandere et siccare et temponiare quomodo meruerit asque omne contrarietate nostra et de nostris haeredibus. Similiter ego supradicta maura honesta femina et haeredes mei licentiam habeamus quando voluerimus in suprad. curte communi intrare aquas et exporcitias et in suprad. curte communi spandere pannos et victum et per tempore ibidem lavare buttas et ipsas buttas spandere siccare et temponiare quomodo meruerit sicut declarat chartula firmissima promissionis mea que mihi exinde facta at suprad. Iohannes boccia boccia: iterum et ego Ioannes boccia boccia et mei haeredes licentiam habeamus quandoque voluerimus intrare aquas in suprad. curte communi sive exporcitias et in suprad. curte communi spandere pannos et victum et per tempore ibidem lavare buttas et ipsas buttas ibidem spandere et siccare et temponiare quomodo meruerit sicuti firmissima chartula promissionis que ego tibi suprad. maura factam habeo et licentiam et potestatem habeam ego suprad. Ioannes boccia boccia et haeredes mei quandoque voluerimus facere et habere in suprad. curte communi unu parium de gradibus fabriceis seu a subtus regia de suprad. domu mea que ego comparatam habeo per suprad. chartulam comparationis mea et pedes desinat a parte occidentis et veniet ipsi gradibus fabriceis in suprad. curte com. de latitudine per mensura palmi quinque sicuti continet suprad. notitia testata que tibi in iudicio hostensi et sicut declaratum habemus per ipsa firmissima chartula comparationis que ego tibi suprad.

maura honesta femina factam habeo et super ipsum anditum et introitum comune qui est da intus suprad. porta comune nullo filatorium aut aperturia vel sporcitia facere aut habere non debeamus per nullum modum et iuxta suprad. anditum et introitum comune ego suprad. Iohannes habeo de parte orientis angulum proprium meum sicuti ipsa notitia testata continet et sicuti declaratum habemus per ipsa firmissima chartula promissionis que ego tibi suprad. maura factam habeo et suprad. cantarum tofignum qui est in suprad. curte comuni ut super legitur fiat ipse cantarum comune nostrum et tuum et in ipsa curte comune ut super legitur detinet pedem unum scalandrone (1) meum suprad. Iohannis qui ascendit in suprad. domu mea qui est a parte meridiei iuxta ipsa domu tua supradicta maura honesta femina et a parte septentrionis est iuxta domu tua suprad. maura uterina germana nostra et quandoque tu suprad. maura honesta femina et haeredes tui per suprad. curte comunale posuisti in suprad. domu tua buttas aut tinaceas vel tinae aut alia qualicumque causa vel si de ipsa domu tua suprad. maura honesta femina illud per suprad. curte comune et costitueritis foras et qualecumque contrarietate aut inbasione vobis fuerint suprad. scalandronem ad ponendum et escotendum inde illud posueritis aut costitueritis ego et haeredes mei ipsum scalandrone ibidem revocare debeamus pro ascensum et descensum habendi in suprad. domu mea quia ita nobis exinde iudicatum est. Sin autem et in aliquid offensi fuerimus pro quovis modum aut summissas personas tunc componimus tibi tuisque haeredibus auri triginti sex solidos byzanthios et hec cartula promissionis ricitativa ut super legitur sit firma scripta per manus Petri scriniarii filius domini Iohannis primarii qui absolvit per ind. supra dicta quintadecima. † Hoc signum manus suprad. Petri quod ego qui supra pro eis subscripsi. † Ego Marinus filius domini Aligerni testi subscripsi. † Ego Iohannes filius domini Gregorii testi subscripsi. † Ego Sergius Curialis testi subscripsi. † Ego Iohannes primarius complevi et absolvi per ind. memorata quintadecima. — Ex membrana originali in archivo Cavensi adservata nunc in Arca XII, n. 76 bis, *olim* Arca 27, n. 8.

525. Die 11 m. septembrii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Michaele seu Andronio atque Constantino porfirogenito mm. ii. an. 10. Horta intentione inter Sergium et Stephanum uterini germani qui nominantur Trusula, filio q. Gregorii et q. Marie iugalium personarum commanentes intus memorate castro Puteolano et d. Stephano ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii de via, que ipsi germani abere volueran per terram memorati monasterii, positam in loco qui vocatur Sirrana per estate cum carmunoclu (2) et per vindemia cum peculias carrecata de vinum, ut ipsi et antecessores eorum da memorata terra eorum usque at memorata terra monasterii introibant et exiebant; pars autem monasterii hatserebat ut non esset veritas. Unde iudicatum est inter eos ut pars monasterii preberet sacramentum dicente ut nec ipsi germani nec antecessores eorum per ipsam terram introibant vel exiebant, et ipsi germani ponerent exinde chartula securitatis. Et hecce impresentis ipsi receperant a parte monasterii sacramentum et definiunt exinde cum ipso in omnibus et faciunt chartulam securitatis quia nunquam presumment *etc.*; pena in auri (1077)

(1) Scalae ligneae in parietibus affixae, per quas ad superiora aedium ascendebatur, et quia, ut plurimum ab androne, inde vox composita, que in Neapolitana dialectu adhuc utimur.

(2) *Carmum* apud Du Cange in *v.* est *onus vecturae vassallis impositum*. Forte *carmunoclum* est parvum carmum scil. *carrulus*.

sol. 20 byth. Scriptum et actum per Sergium Curialem. Signum manus memorati Sergii. Testes: Maurus presbyter et primicerius, Mari diaconus et Petrus presbyter. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 296). Perg. dei mon. soppressi t. IX, n. 165. R. N. A. M. t. V, p. 82.

(1077) **526**. Die 20 m. octubrii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Michaelem seu Constantino porfilogenito et Andronico mm. ii. an. 10. Stephanus, qui nominatur Cintrutum, filius q. d. Iohannis, qui iterum Cintrutum vocabat, et Iohannes, puherulo filio q. Petri qui fuit filius memorati d. Iohannis, hoc est thio et nepote, et ipse Stephanus cum voluntate Marendam conius sua et Iohannes puherolo per absolutione gloriose potestatis d. Sergii in Dei nomine etminentissimus Consul et Dux et Domini gratia magister militum et una secum habendo abocatorem quidem d. Petro Pantaleo thio suo, quem ipsa gloriosa potestas sibi abbocatorem dederat pro sua parvitate seu et cum consensu genitoris sui et cum voluntate Marie genitrice sua vendunt et tradunt Bitaliano filio q. Petri, qui fuit abitator de loco qui nominatur Caribano et modo abitare videtur intus istam civitatem idest integram petiam de terra que nominatur campo de coluso, positam vero in loco qui nominatur Tertium, quod est foris flubeum cum arboribus *etc.*, pertinentem eisdem per q. d. Iohannem genitorem et abium eorum et ad eum pertinuit per chartulam comparationis quam fecit Iohannes qui nominatur Modiosolidos, filius q. d. Stephani et q. d. Marie h. f. iugalium personarum cum voluntate Anne conius sua, quam ipsam chartulam una cum alia chartula commutationis et cum due chartule promissionis in presentis apud ipsum Bitalianum remiserunt et coherente sibi at memorata petia de terra ab uno latere terra hecclesie S. Georgii Catholice maioris, de alio latere et de ambobus capitibus terra monasterii hecclesie S. Sebastiani sicut in ipso latere fossatus exfinat. De quibus nichil *etc. etc.* Insuper et ab omni homine *etc.* defendere ostendentes memorate chartule propter quod acceperunt auri sol. 40 de Amalfi ana quatuor tari per solidum; pena in auri sol. 80 byth. Scriptum per Stephanum scriptorem filium q. Iohannis scriniarii. Actum per Iohannem Curialem et scriniarium. Signum manus memorato thio et nepote; et oc memorati sunt quia una ex ipse chartule est infiduciationis. Testes: Aligernus filius d. Iohannis per absolutione suprascripti duci, Iohannes filius d. Sergii per *etc.* et Iohannes filius d. Gregorii. per *etc.* — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 658); R. N. A. M. t. V, p. 84.

(1078) **527**. Die 7 m. iunii ind. I. Neapoli. Imperantibus dd. nn. Michaele et Andronio et Constantino porfilogenito mm. ii. an. 10. Iohannes et Stephanus filii quidam Iohannis, qui nominatur Puccia, promittunt d. Drose ven. abbatisse monasterii S. Marcellini propter terram dicti monasterii positam in loco qui nominatur Capu de Monte iuxta terras de illi Salliaconsa, de illi Terziulu quam dictis germanis dedit ad vitam eorum. Promittunt proptelea dare dicto monasterio terraticum omni anno, sicut cetere terre circumadiacentes et vinum et saccapannum in palmento et dividere castaneas. Actum per manus Sergii Curialis et testes sunt Iohannes filius domni Gregorii, Iohannes filius d. Sergii, et Sergius filius d. Gregorii. — *Notam. instr. S. Marcellini*, p. 20.

Michaele, Andronico et Constantino impp. a. 1078.

528. In nomine *etc.* imperante domino nostro michaele et andronicu nec non et constantio porfylogenito magnis imperatoribus anno decimo die quartadecima mensis augusti indictione prima Neapoli. Visus itaque fuit ego videlicet petro umilis abbas monasterii sancti gregorii qui nominatur de regionario situm vero intus hanc civitatem neapolis apud ad cimbeum regione furcillensis qui ipso monasterio nostro modo sine congregatione monachorum esse videtur eo quod monachos qui in ista nostra congregatione habuit exiti sunt de ista civitate pro illa guerra quam habuimus isto preterito anno cum illi Normanni qui residui ? sunt ex omni parte super ista civitate cum quondam riccardo princeps (1) et minime adhuc ipsos monachos de ipso nostro monasterio reversi sunt hic querere te videlicet domino andrea presbytero et abbate de aecclesia vocabulo sancti felicis christi confessori atque pontifice que sita est in loco qui nominatur pumilianum que est foris arcora dudum aqueductus et tu modo commanere videris in memorato loco qui nominatur Pumilianum dicendo pars mea adversus te: quia tu fodisti et fodire fecisti due sorole (2) quando ipsa guerra habuimus de illa terra nostra iuris memorati nostri monasterii posite vero in loco qui nominatur prisino parte foris fluveum et tu ipsas sorolas portasti et portare fecisti exinde et illas habuisti et habes in memorato loco pumilianum: ideo volo ut reddas mihi ille et revoces ille salve ad tuum expendium intus ipsa terra memorati nostri monasterii unde tu ille versasti et versare fecisti ut super legitur: et pars tua dicebat ut non esset veritas ut tu inde ipsas sorolas fodias vel fodire facias set ipse sorole inde fodire fecit lidolfo visconte (3) de ipsu principe qui ipse lidolfo modo habitat ad sanctum arcangelum massa valentiana et ipse ille portare facias in ipso loco pumilianum et postea ipse lidolfo ipsas sorolas tibi venumdedit: unde multam altercationem inter nos habuimus: modo vero domino Deo auxiliante et per eloquia de bonis hominibus venimus exinde in hanc convenientiam ut tu mihi dares idest auri tari triginta duos boni de amalfi ad mea potestate faciendi que voluerimus et ego relaxare tibi memorate ambe sorole et ponere tibi ego exinde hanc promissionem per consensum de dominios ex ipso nostro monasterio que inferius nomina dicimus: et quia in presentis tu mihi exinde dedisti memoratos auri tari trigenta duos boni de amalfi ad mea potestate faciendi que voluero: ita et ego per ipsa convenientia et per hanc chartulam promitto et affirmo tibi ego autem cum consensum de quidem domino gregorio qui nominatur de domino antimo filio quondam domini sergii postmodum vero monacho et domino Bernardo filio quondam domini Sergii de domino Addemari postmodum vero monacho et de domino Sicinolfo filio quondam domini Atenolphi cognomento de fontanula et domno caesario cognomento cacapice filio quondam domini Bernardi cacapice: hoc est parentes et consortes dominios de supradicto nostro monasterio: ipsi autem pro vice illorum seu et pro vice de aliis omnibus parentibus et consortibus illorum, qui de ipso nostro monasterio iterum dominios sunt quia numquam presumo ego vel posteris meis memoratoque nostro monasterio nec abeamus licentiam aliquando tempore te aut haeredes tuos de memorate sorole querere per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus et ille in tua tuisque haeredibus sint potestate faciendi que volueris absque omni contrarietate mea et de posteros meos: et qui te aut haeredes tuos exinde ad querendum venerit per me aut per posteros meos memoratoque nostro monasterio tunc ego et posteris meis memoratoque monasterio tibi tuisque haeredibus eos exinde desuper tollere et tacitos face- (1078)

(1) Cf. supra t. I, p. 134.

(2) Huius vocis significationem non assequor.

(3) I. e. vicecomes, qui sub Northmannis erat praecipue actor publicus, et aliquando etiam iudicis potestatem habebat.

re debeamus, pro eo quod ut superius diximus tu mihi exinde dedisti supradicti auri tari triginta duos boni de amalfi in omne decisione seu deliberatione : quia ita nobis stetit. Si autem et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissas personas tunc compono ego et posteros meos memoratoque nostro monasterio tibi tuisque haeredibus auri solidos sixdecim bizanthios et haec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manu stephani scriptoris filius domini Iohannis primarii qui omnibus rogatus per indictionem memoratam primam — ✝ Hoc signum manus supradicte nomine quatuor domninios ipsius monasterii ipsi autem pro vice illorum insimul et pro vice de supradictis aliis parentibus et consortibus illorum qui de ipso monasterio dominios esse videtur ut super legitur quod ego qui supra pro eis subscripsi. ✝ Ego Petrus umilis abbas subs. ✝ Ego Petrus Curialis testis subs. ✝ Ego Ioannes filius domini Capuani testis subs. ✝ Ego Sergius Curialis testis subs. ✝ Ego Iohannes primarius complevi et absolvi per ind. memorata prima. — Ex membrana originali in archivo Cavensi adservata in Arca XII, n. 93, *olim* Arca 27, n. 25.

(1078) **529.** Die 17 m. augusti ind. I. Neapoli. Imperantibus dd. nn. Michaele et Constantino porfirogenito atque Andronio mm. ii. an. 10. Iohannes, qui nominatur Armagadius filius q. d. Gregorii et quedam d. Marie iugalium cum consensu Marie coniugis sue et cum voluntate d. Iohannis, qui nominatur Comitemaurone, exadelfi cognati sui, filii q. d. Ursi iudicis Comitemaurone, vendit et tradit Sergio, qui nominatur de domna abbatissa corrigiam de terra, que nominatur ad quassacapo, positam in loco qui nominatur Salarano quod est foris griptam, iuxta terras monasterii S. Marcellini et Petri, monasterii S. Agate que nominatur ad Pupulum, ecclesie S. Iohannis Captolice maioris et ecclesie S. Iohannis et Pauli pro pretio tarenorum auri 16 de Amalfi. Actum per manus Iohannis Curialis. Et testes sunt Rogerius filius d. Petri, Sergius filius d. Sergii et Adelgrimus filius d. Sergii. — *Notam. instr. S. Marcellini* p. 193.

(1081) **530.** Die 20 m. septembrii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 1. Marenda monaca monasterii Domni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Gregorii maioris puellarum Dei, filia d. Sergii, qui nominatur Spungatelli, cum voluntate d. Stephanie abbatisse dicti monasterii offert infirmario eiusdem monasterii petiam terre, quam tenet in fiduciam in auri solidos 30 de Amalfi de tari ana quatuor tari per solidum a Iohanne et Sergio filiis d. Sergii presbiteri ad viginti annos cum onere trium missarum et psalterii unius singulis annis et si qui contrafecerit implorat imprecationes solitas 318 Patrum et sicut dathan et Abiron absorbeat terra *etc.* Actum per Petrum Curialem. — *Notam. instrum. S. Gregorii*, n. 415.

(1082) **531.** Die 7 m. novembris ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 2. Anna nunc vero monaca, filia d. Iohannis qui nominatur Appaea et d. Marie iugalium, relicta d. Gregorii Spadari, cum consensu d. Stephani Appaea uterini germani sui, pro anima sua et Gregorii filii sui, offert et tradit d. Stefanie abbatisse domine sue monasterii et cenobii b.mi Gregorii et Sebastiani atque Domni et Salvatoris nostri Iesu Christi ancillarum Dei, in quo ipsa monaca est, in beneficium infirmarii eiusdem duas petias terre positas in loco qui nominatur Cisanum, quarum una pectia coheret cum terra Iohannis qui no-

minatur Caninulo, cum terra heredis d. Gregorii Comitis Milluso, et alia pectia terre coheret cum terra predicti Iohannis Caninulu et dicti d. Gregorii Comitis Millusi cum solitis imprecationibus in casu controventionis: vid. partem habeat cum Anna et Caifas et cum Iuda proditore et in die iudicii sit damnandus. Actum per Stefanum Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 416.

532. Die 3 m. iunii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 2. Iohannes (1083) qui nominatur Nannulo, filius q. Petri qui iterum Nannulo vocabatur, molinator, et Stephanus et Petrus molinatores, uterini germani, filii Marini, qui nominatur Picta, promittunt d. Stefanie abbatisse monasterii Ss. Gregorii et Sebastiani atque Domni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni ancillarum Dei, propter quatram pertinentem dicto monasterio de integro sfosario, que dictum monasterium et d. Iohannes abbas monasteri Ss. Anastasii et Basilii siti ad media, quod nunc congregatum est in monasterio beate et gloriose Dei genitricis semperque virginis Marie domne nostre, que appellatur ad cappella et d. Iohannes, qui nominatur de Sirrento, filius d. Iohannis de Sirrento, et d. Marinus filius d. Bernardi de d. Adelmari et d. Iohannes filius d. Sergii de domna Maria et cum aliis parentibus illorum, facere debent comune in illa aqua eorum de illu flubeu qui vocatur Rubiolu, qui venit per cursora ad illa molina predicti monasterii. S. Gregorii et dicti monasterii S. Marie. Promittunt vero prefati molinatores facere ipsum sfosareum ad eorum expendium, et pro dictis expendiis faciendis nihil solvere debeant per sex annos, quibus expletis solvere promittunt sicut solvitur ab aliis sfosareis ipsius flubei et maturare promittunt faschios 250 de lino et illud spandere gratis ad beneficium dicti monasterii et pena controvventionis statuta est in auri sol. 100 byth. Actum per Stefanum Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 536. CHIARITO, *Op. cit.* p. 149.

533. Die 20 m. aprelis ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 3. Sergius (1084) qui nominatur Moyapane, filius q. Petri, promittit abbatisse monasterii Ss. Gregorii et Sebastiani atque domini et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni ancillarum Dei propter duas partes cuiusdam horti positi foris istam urbem non procul ab ecclesia b.^{mi} Ianuarii qui nominatur li capuddefuga, quem hortum tenuit ad pensionem ille Cannabaro et postea Gustabile filius quidam Magii, qui hortus coheret cum hortu d. Iohannis Pantaleoni, cum terra ecclesie S. Marie que nominatur ad plateam regione furcillense et cum hortu monasterii Insule Salvatoris, cum hortu de illu Pappacane iuris ipsius monasterii Insule Salvatoris. Propterea promittit solvere dicto monasterio in festo S. Marie de augusto mense auri solidos 46. et tar. 3. de tarenis ana quatuor tari per solidum boni de Amalfi. Item promittit dicto monasterio dare unam carrillatam (1) de folea singulis quindecim diebus capientem quartas 12 et ova 4. et spurclatura (2) de cipulle et quolibet sabato sancto ovas 100. Actum per Stephanum Curialem et testes sunt sine cognomine. — *Notam. instrum. S. Gregorii.* n. 291.

(1) Sic in cod. Ms. cum supra scriptum fuerit *carcillata;* quae vero lectio praeferenda sit, nescio.

(2) *Sporchia* vox est neapolitanae dialectus, quae sive arborum sive herbarum gemmas vel flores significat.

Alexio imp. a. 1085.

(1085) **534**. Die 3 m. martii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 4. Caesarius Taliarico petebat a d. Iohanne abbate filio q. Guaimari principis Salernitani rectore monasterii S. Sebastiani per estatem grani modium unum et vini congia duo pro portatico ad illa porta, que dicitur de illo vulpulo (1). Et tandem iudicatum fuit quod dictum monasterium non tenetur ad dictum portaticum. Et est signatum tali signo. CCCCLV — *Summarium instr. S. Sebast.* p.

(1085) **535**. Die 12 m. martii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 4. Iohannes, qui nominatur Cofinello filius q. d. . . . . Cofinelli, eo quod Theodora coniuge sua, filia quidem d. Iohanni archidiaconi, in presenti sibi dederat de suum proprium auri sol. 15 de tari ana 4 per sol. voni de Amalphi, per hanc chartulam dat et tradit eidem Theodore tertiam suam de inferiora cellarii, quem comparatum habebat per chartulam comparationis sue da d. Drosu h. f. exadelfa germana sua, filia q. d. Iohannis Cofinelli thii sui, et conius d. Gregorii Russi, que est costituta subtus superiora domus sue, posita intus hanc civitatem, Neapolis in platea que appellatur palmoram qui et dioscori dicitur, regione de platea que appellatur Augustale, una cum aeribus suis et cum quantum de oc pertinet et de porticum ante parte orientis et cum introitu suo ; ipsa tertia vero indivisa reiacet cum duas partes, quas ipse dederat ad uterina germana sua; et coheret a parte horientis memoratum porticum sicuti paries exfinat, in quo sunt regie unde introitum abere debeat, et a parte hoccidentis inferiora ipsius domui sue et a parte meridiana porticum suum et a parte septemtrionis inferiora de illu Pititica demune. Et ab hodierna die *etc. etc.*; pena in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus Iohannis Cofinelli. Testes: Stefanus filius d. Stefani, Sergius Curialis et Petrus primarius. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 403.) R. N. A. M. t. V, p. 106.

(1085) **536**. Die 18 m. martii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 4. Euprasia filia quidam Mastali, qui fuit filius quidam Iohannis qui nominabatur de sancto Brancaczu et . . . . . genitrix et filius, relicta et filius quidam Iohannis qui nominatur de . . . . habitatores loci qui nominatur . . . . vendunt et tradunt d. Stefanie abbatisse cenobii Ss. Gregorii et Sebastiani atque domni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni annuam portionem suam eis spectantem a dicto Mastalo genitore suo, super campo terre ad ipsa arcora per mensuram quartarum undecim ad passum ferreum S. Neapol. ecclesie et coheret dicta terra cum terra Iohannis qui nominatur de arcora parente suo et cum fossis de Porclano et cum terra eiusdem monasterii, pro pretio auri tarenorum 17 boni de Amalfi. Actum per Stefanum Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 94.

(1085) **537**. Die 23 m. martii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 4. Anna et Sergius, filii quidam d. Iohannis Millusi nunc vero monachi, et quedam d. Marie nunc vero monache, dudum iugalium, donanr et tradunt d. Anne thie eorum, filie d. Iohannis Millusi abii eorum et d. Sergio exadelfo germano eorum, genitrici et filio, relicte et filio

(1) Cf. supra doc. n. 378 et infra in *Diplom. Ducum.*

Alexio imp. a. 1085.

quidam d. Leoni Amalfitani imperialis prothospatharii, omnem defensaticum, quem consequi debent a filia Gregorii, qui nominabatur Caruso, habitatoris de Caput de gripta. Actum per Stephanum Curialem et inter testes Petrus primarius, alii vero testes sine cognomine. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 292.

538. Die 5 m. maii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. anno 4. (1085)
Sergius eminentissimus Consul et Dux, atque Domini gratia Magister militum et imperialis Protosevasto e pro vice sua, et pro vice Iohannis ducis filii sui concedit Basilio diacono cognomento de Ianaro parenti suo rectori ecclesie S. Ianuarii que dicitur spoliamorti *etc.* quam Sergius atabius suus construxerat sub maiori Basilio m. i. per indictionem XIII. petiam de terra positam in loco qui dicitur ad Crispanum *etc.* (*V. infra in* Dipl. Duc.)

539. In nomine *etc.* Imperante domino nostro alexius magno imperatore anno sexto (1085)
mense aprelis indictione octaba. Ideo quem ego Iohannes affiliatus et petrus spiciabu de loco pumminiani et de placitu et de obligatione facio tibi per hanc chartulam iohannes archibresbyter rectores de ecclesia sancti georgius da ipse arci et de sancta trinitate de castello de cicala de una pecia de terra que est posita ubi dicitur armisangnani, quem ego teneo ad pastenandum, et ipsa terra habet finis de uno capite a parte oriente terra campasati fetore (?) et de alio capite a parte occidentis terra sanctus Georgius et de uno latere a parte meridie terra sancta maria et de alio capite a parte septentrionis terra sanctus georgius quem tenent homini de comminiano: haec nominata terra qualiter finis est predictus fuit ut dedisti nobis ad pastenandum et nos debemus plantare arbores et vites fructifera iuxto et legittimo ordines ut bene pareat pastenatus subtus et super laboremus cum nostros vobes et at manus diligenter apto tempore et de nostra semente seminare debeamus at omne nostrum expendium et dare vobis debeamus terraticum de quatuor parte una et ipsa vindemia nos vindemiare debeamus cum nostris operariis et conciaturia et quotquot ibidem dominus deus dederit vino mundo inter nobis dibidere debeamus at palmentum legitimum calcatum et rebelatum ante hominem vestrum et ipsa peciola tollere debeamus et pro ipsa peciola dare vobis debeamus una gallina bona palmentatica et duas personas hominum manducare et vibere ut iustum fuerit quemadmodum nos qui supra nominatus iohannes obbligamus et nostris heredibus tibi iohannes archibresbyter et at vestris posteris vos ideo omnia que superius legitur minime agere presumpserimus aut retornare voluerimus tunc obligamus nos et nostris heredibus tibi iohannes archibresbyter et at vestris posteris ad componendum biginti solidis bythianteis et post pena soluta omnia quantum hanc cartulam continet firma vobis permaneat quam et te alferii notarius scribere rogabimus. Actum Nola. † Ego iohannes archipresbyter. † Ego petrus presbyter. — Ex membrana originali in archivo Cavensi adservata Arca XIII, n. 70, *olim* 14, n. 5.

540. In nomine *etc.* Imperante domino nostro alexio magno imperatore anno sexto (1085)
mense aprelis octaba indictione. Ideo quem ego sillictus filius iohannis maio et iohannes filio sillicti eiusdem castellu de cicala bona etenim nostra boluntate et beneplacito per hanc cartulam facimus tibi iohannes archibresbyter rectores de ecclesia sanctus Georgius da ipsi arci et de sancta tirnitate de castellu de cicala de una pecia de terra de ipse ecclesie, que est posita ubi dicitur ad ipse bingne que nos tenemus a pastenandum et ipsa terra habet finis de uno latere terra iohannis maio et de alio latere terra propria vestri

de sanctus Paulus et pertanget in terra et de uno capite terra iohannis maio et pertanget in terra stephani torta et de alio capite terra de ipsi millusi: hec nominata terra qualiter finis est predictus ut qui nos sillictus et iohannes tenemus at pastenandum et nos debemus plantare arborès et vites fructifera iuxto et legitimo ordines ut bene pareat pastenatus subtus vel super laboremus cum nostros vobes et at manus diligenter apto tempore et de nostra semente seminare debeamus at omnem nostrum expéndiu et dare vobis debeamus terraticum de quinque parte una et ipsa bindemia nos bindemiare debeamus cum nostris operariis et cunciaturia et quotquot ibidem dominus deus dederit de vino mundo per equaliter inter nobis dibidere debeamus at palmentum legittimum calcatum et rebelatu ante hominem vestrum et ipsa petiola dare vobis debeamus una gallina bona palmentatica , et duas personas hominum manducare et vibere ut iuxtum fuerit exinde obligamus nos qui supra nominati sillictus et iohannes obligamus nostris heredibus tibi iohanni archipresbyter et at vestris posteris vos ideo omnia que superius legitur minime agere presumpserimus aut retornare voluerimus tunc obligamus nos et nostris heredibus tibi iohannes archipresbyter et at vestris posteris . . . . (*deest finis*). — Ex membrana originali in archivo Cavensi adservata arca XIII, n. 71, *olim* 14, n. 13.

(1087) **541**. Die 10 m. decembrii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 6. Visus itaque fuit Gregorium qui nominatur Paramenestra et Maria h. f. et Drosu h. f. uterinis germanis filiis q. d. Petri Paramenestra, et ipsa Maria relicta quidem d. Marini Pantaleoni nunc vero monacho, et ipsa Drosu relicta q. d. Gregorii qui nominatur de illa Ficum una cum q. d. Iohanne uterino germano eorum querere d. Stephanum ven. igumenum monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* de omnibus terris positis in loco, qui vocatur Burgaursi, territorio Putheolano, una cum scapulis et montes seu planum iuxta campum de libanum qui vocatur . . . . . que in memorato monasterio offeruit memoratus d. Petrus genitor eorum per suum dispositum, dicendo pars eorum atversus memoratum igumenum ut ipsi aberent medietate de ipsis terris ex ipso loco, et alia medietate abere memoratum monasterium, et per convenientiam fecissent inter eos chartule recetatibe per memoratum dispositum genitoris eorum, ut, dum illi Normanni fuissent in pertinentiam istius civitatis, ipse igumenus et posteri eius pro memorata terra per omnem annum in festivitate S. Marie de augusto mense dare eis deberet unum annum triticum quarte 12, et in alium annum mileum quarte 16 at quarta iusta, et ipsa terra esset in potestate monasterii qualiter dispositum ipsius genitoris eorum continet, unde ipsum monasterium apud se habet una exemplaria, sicuti in omnibus ipse chartule convenientia declarat. Unde ipsi germani venerunt et quesiverunt cunctam congregationem monachorum memorati monasterii ut darent eisdem memoratum triticum et iamdictum milleum, pars autem monasterii atserebat ut nequaqua illud daret: eo quod illicitis et sine ratione ipsi germani fecissent chartulam cum memorato d. Stephano ven. igumeno monasterii. Unde multam altercationem exinde inter eos abuerunt ante iudices publicos et a parte ipsorum germanorum ostensa fuit memorata chartula convenientia recetatiba, et a parte igumeni memorata exemplaria de memoratum dispositum, qui declarabat omnes terras de loco Burgaursi esset offerta in memorato monasterio; et dum illas ibidem ostensas et relectas fuissent tribuit exinde inter eos oc

iudicium ut non baluisset ipse igumenus dictam chartulam convenientia facere, nec ipsi germani possent a monasterio querere dictum triticum et mileum, set ponere deberent monasterio chartulam promissionis recetatiba ut amplius exinde causatio non·fieret; ita et ipsi germani per hanc chartulam et pro eodem iudicio firmant *etc.*; pena constituta in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memoratis germanis. Testes: Stefanus filius d. Stefani, Iohannes filius d. Iohannis et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 349). R. N. A. M. t. V, p. 109.

542. In nomine *etc.* imperante domino nostro alexio magno imperatore anno sexto die (1087) trigesima mensis ianuarii indictione decima neapoli. Certum est me iohanne qui nominatur de sicule filio quondam domini cesarii ego autem cum voluntate quidem maria conius mea a presenti die promptissima voluntate venumdedi et tradidi tibi domina maria honesta femina filia quondam iohanni cognomento maliabacca conius quidem domni iohannis qui supernomen capuano idest integra petia de terra mea una cum integru introitu suo ibidem in capite coniunctum a parte occidentis posita in locum qui nominatur maranum una cum arboribus et fructoras suas et cum introitu suo et omnibusque sibi pertinentibus: pertinente vero mihi per parentes meos et coheret a supradicta integra petia de supradicta terra et cum introitu que tibi superius venumdedi cum omnibus sibi pertinentibus ut super legitur a parte meridiana est via publica seu et terra heredes de illa portam sicuti inter se terminis est fine: et a parte septentrionis est terra heredes quondam benedicti cognati tui qui fuit uterino germano de supradicto viro tuo seu et terra ecclesie sancti laurentii sicut inter se terminis exfinat: et a parte orientis est terra ecclesie sancti castrensi et terra in aliquanto de sancta cecilia de arcoroticorum sicut inter se terminis est finis: et a parte occidentis est terra supradicta heredes portati et via per quam vadit aquariu de piscina sancti iacobi christi apostoli sicuti inter se terminis exterius est finis: de quibus nihil mihi exinde aliquod remansit aut reservavi nec in aliena cuiusque persona quod abit commisi aut iam committo potestate sed a presenti die et deinceps a me tibi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestate et quidquid exinde facere volueritis ab hodierna die semper in omnibus liberam habeatis potestatem: et neque a nobis memorato iohanne ego autem una cum voluntate supradicta conius mea neque a meis heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore numquam tu supradicta domina maria aut tuis heredibus, quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nullamque adiaventa ratione nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus illut in omnibus antestare debeamus seu defensare ab omni homine omnique personas; propter quod accepi ate exinde in presentis in omni decisione aut deliberatione idest auri solidos viginti tres de Amalfi de tari ana quatuor tari per solidos sicuti inter nobis convenit: si autem aliter fecerimus de his omnibus supradictis per quovis modu aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus: auri solidos quadraginta sex bytianthios et hec cartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manu petri curialis per memorata decima indictione † hoc signum † manus supradicti iohanni de sicule ipse autem cum voluntate supradicte conius sua quod ego qui supra ab eis rogatus pro eo subscripsi et supradictos solidos traditos vidi † ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi et supradictos solidos traditos vidi † ego iohannes filius domini gregorii testis subscripsi *etc.* † ego sergius filius domni gregorii testi subscripsi *etc.*

Alexio imp. a. 1088.

† ego petrus curialis complevi et absolvi per memorata decima indictione.— Ex membrana originali in archivo Cavensi adservata in arca XIII, n. 89, *olim* arca 17, n. 27.

(1088) **543.** Die 20 m. martii ind. XI. (1) Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 7. Sergius diaconus, filius quidem Petri clerici, promittit cuncte congregationi monachorum monasterii Ss. Sergii et Bachi, qui *etc.* cui ipse et memoratus genitor suus defisi sunt, propter duas partes pertinentes monasterio bocabulo b.mi Petri Christi apostoli, qui appellatur at Paternum una cum duabus partibus de domibus *etc.* et de codicibus et ornamentis *etc.* ipsius ecclesie pertinentibus, in qua eum custodem ordinaverant, quatenus memorate due partes in sua sint potestate tenendi *etc.* et si aliquod ibidem offertum fuerit si movile habeat ipse per ratiocineas duas partes, si immobile aut pro hornamento memorate ecclesie post suum transitum remanere debeat, et de hereditatibus ipsius ecclesie in inbateam (2) illas bene lavorare aut ad lavorandum dandi asque scriptis *etc.* Insuper promittit in ipsa ecclesia omne officium sacerdotale *etc.* quomodo meruerit officiare ecclesia de foris istius civitatis sive ad horam vel ante horam vel post horam, et per omnem annum dare per nativitatem Domini oblatas parium unum et cirium unum duplice de gubitum, et per S. pasca parium unum et cirium de gubitu unum duplice. Post vero suum transitum memorate due partes et cum quantum ei per inventaneum atsignatum fuerat in ipsius congregationis potestate revertant sicuti et quomodo continet alia simile chartula que ei exinde fecerunt. Pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Sergius diaconus subscripsit. Testes: Gregorius Curialis, Leo filius d. Sergii, et Sergius filius d. Iohanni.—(*Notam. instr. S. Sebast.* n. 624). Pergam. dei mon. soppress. t. IX n. 186. R. N. A. M. t. V, p. 121. (3)

(1088) **544.** Die 3 m. aprelis ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 7. Stephanus presbyter filius q. d. Dometii presbyteri, qui est parammonerium memorate ecclesie, promittit cuncte congregationi monachorum monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* propter integram ecclesiam pertinentem memorato monasterio bocabulo b.mi Petri Christi apostoli qui vocatur at Paternum cum omnibus *etc.* et cum omnibus codicibus et ornamentis *etc.* in qua eum custodem ordinaverant, a nunc et omnibus diebus vite sue, et

(1) Male in editis pro ind. *undecima*, ut est in membrana, legitur *decima*.

(2) Infra *imbateat*. Quid autem haec vox sibi velit nescio.

(3) Inter membranas, nunc in bibliotheca *Societatis historiae Neapolitanae* adservatas, extat quoddam aliud prorsus simile instrumentum eodem die 20 m. martii XI ind. imp. Alexio m. i. an. 7 ab eodem Curiali scriptum et absolutum et ab eisdem testibus subscriptum, quo idem Sergius diaconus filius Petri clerici cunctae congregationi monachorum monasterii Ss. Sergii et Bacchi *etc.* " propter integram ecclesiam bocabulo b.mi Petri Christi apostoli qui appellatur at Carmiminianum " ubi ipsa congregatio eum custodem ordinaverat, promittit eadem ac omnia et singula, quae in superiori instrumento leguntur, eisdem plane verbis expressa, et subscribit. Membrana originalis, quam heic repetere superfluum duxi, olim in archivo monasterii Ss. Petri et Sebastiani n. CCCCVIII et postea n. 1043 signata erat.

Cur autem eodem die uni eidemque clerico duae ecclesiae, quod insolens quidem est, ad officiandum concessae sint, nescio. Certe paulo post, scil. die 3 m. aprilis, integra ecclesia S. Petri ad Paternum, cuius duae partes tantum hoc instrum. Sergius habuerat, Stephano paramonerio datur, ut ex proximo n. 544 patebit et die 20 eiusdem mensis ipsa ecclesia S. Petri in Carminiano cuidam Leoni adsignatur, ut etiam videre est infra n. 540.

post suum transitum quidem Iohannes filio suo cunctis diebus vite sue, si clericus aut presbyter fuerit, quatenus memorata ecclesia in sua et postea Iohannis filii sui sit potestate et omne quod *etc.* et si aliquod ad conciandum *etc.* et de hereditatibus ipsius ecclesie inbateat ipse illas vene lavorare aut ad lavorandum dandi asque scriptis *etc.* et ibidem omne officium sacerdotale facere, quomodo meruerit officium ecclesia de foris istius civitatis, et omni anno dare oblatas paria quatuor et ciria quatuor de gubitum duplice per cirium per nativitatem Domini duo, et per S. pascha duo *etc.* etiam et ipse Stephanus posuit in memorata ecclesia: una planeta de linum cum atmittum et orarium et manitergulum suum et calicem de stagnum cum patina sua et unum cammisu cum unu cingulu de sericum et unu liber comite da missa, qui incipit daventum Domini et badit per circuitum annum, et unum tifonarium de nocte et est notatum et decem et octo guaterni de inmarium (1) et tres quaderni de cantare de illa Trinitate et dui guaterni de cantare de illa edificatione et unum guaternum de legere S. Petri et tres guaterni de legere S. Andreae et quatuor guaterni de legere S. Tioti, una et de legere S. Pannutium ad avendum et possidendum ipsa ecclesia in sempiternum et duo guaterni de in proprium de veneri die sanctum. Et non abeat licentiam illud subtrahere *etc.*; pena in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem, Stefanus presbyter subscripsit. Testes: Iohannes filius d. Iohannis, Stefanus filius d. Stefani et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 625). Pergam. dei mon. soppressi t. IX, n. 187. R. N. A. M. t. V, p. 123.

545. Die 8 m. aprelis ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 7. Motitia (1088)
(*Notitia*) redum inventaneum factum a Stephano presbytero filio q. d. Dometi presbyteri qui fuit parammonerium memorate ecclesie et ipse custus esse videtur de ecclesie b.^{mi} Petri Christi apostoli qui appellatur at Paternum de codicibus et ornamentis eiusdem quos ipse recepit at conserbandum et salba faciendum cunctis diebus vite sue et post suum transitum quidem Iohanne filio suo, si presbyter aut clericus fuerit, a cuncta congregatione monachorum monasterii Ss. Sergii et Vachii qui *etc.* idest una campana aerea et una planeta de linum *etc.* (*ut in doc. supra proximo*). Pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Stefanus presbyter subscripsit. Testes: Iohannes filius d. Sergii, Stefanus filius d. Stefani et Iohannes filius d. Iohanni. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 620). R. N. A. M. t. V, p. 126. (2)

(1) Sic in membrana ex errore Curialis, sed procul dubio legendum est *imnarium*. Male in editis *lumarium*.

(2) Praestat heic inventarium huius ecclesiae S. Petri ad Paternum cum alio ecclesiae S. Luciae in Reginna minori (nunc *Minori*) ex Amalphitano ducatu per ea tempora confecto comparare. Est autem huiusmodi: — „ Inventarium beate Lucie virginis et martiris que est dedicata in reginna minori: imprimis liber comite et sacramentarium: omelie quadraginta: epistole pauli et actuum apostolorum in uno volumine: collectarium librum isidori episcopi super epistole canonice: antiphonarium psalterium; quaternium unum de gesta sancti viti et lamentatione hieremie cum benedictione palme et olibe: calicem super de argenteum cum patena sua: planeta de castanea et orarium; plagelle due serici cum lictere adintellatu pallia duo de culeri de constantinopoli et quatuor spanesca betusto, pannu unu de linu stellatu: sinnones III nobe et tres vetuste: cortina una nova et alie II vetere: calicem semper? de stagnu cum patina sua: corpu-

Alexio imp. a. 1088-1091.

(1088) **546.** Die 17 m. aprilis ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 7. Congregatio monachorum monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui *etc.* committit Leoni filio q. Iohannis, qui nominatur Corbi, habitatori loci, qui nominatur Carminianum, ecclesiam vocabulo b.mi Petri Christi apostoli, qui appellatur ad Carminianum, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis ad vitam suam sub annua responsione parium duorum de oblatis, unius vid. in nativitate Domini, et alterius in pascha resurrectionis. — *Summ. instr. S. Sebastiani* n. CCCXXX f. 162; *Notam. instr. S. Sebast.* n.° 422.

(1090) **547.** Die 15 m. magii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 9. Sergius in Dei nomine eminentissimus Consul et Dux atque Domini gratia magister militum pro vice sua et pro vice Iohannis Ducis filii sui, qui infra etatem esse videtur, concedit et tradit seu firmat Stefanie dilecta parenti sua humili abbatissa monasterii et cenobii b.mi Gregorii et Sebastiani atque Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleonis puellarum Dei integrum ipsum monasterium *etc.* — (V. *infra in* Dipl. Ducum.).

(1091) **548.** Die 10 m. decembris ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 10. Leo et Sergius, filii quidem Leonis qui nominatur Periculo, et Aligernus filius quidam Marini qui nominatur Periculo, hoc est thii et nepos, promittunt d. Stefanie abbatisse monasterii Ss. Gregorii et Sebastiani atque Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni ancillarum Dei propter ortum maiorem dicti monasterii, positum foris huius urbis Neapolis non procul ab ecclesia b.mi Ianuarii, et coheret dictus ortus cum bonis d. Iohannis qui nominatur Pantaleo: propterea promittunt per annos decem solvere pensionem: vid. auri solidos 60 de Amalfi ana quatuor tari per solidum singulis annis et etiam promittunt dare annis singulis ova 200 in die sabati sancti et dictos solidos 60 solvere se obligant: vid. 30 in Nativitate Domini et alios triginta in mense augusti et hoc pro primis duobus annis, ceteris vero aliis annis 8 solvere promittunt auri solidos de Amalfi 90. Actum per Iohannem Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 95.

(1091) **549.** Die 25 m. aprelis ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 10. Stephanus qui nominatur Buccallano, filio q. Alichisi Buccallano et q. Sellicte, iugalium personarum, abitatores de loco qui vocatur Malitum maiore, pro Dei omnipotentis ammore *etc.* offert et tradit d. Ascitino presbytero, custus vero ecclesie b.mi Nicolay Christi confessoris, que sita est intus illu vicu de eodem loco Malitum iuris monasterii S. Sebastiani et per eum in memorata ecclesia, unum modium de terra mensuratum at passum ferreum *etc.* et nominatur at terra Ocanum, posita in memorato loco Malitum: coherente sibi de uno latere terra de illu Tabularium, de alio latere terra Petri Atitio ex ipso loco, de uno capite est reliquum de ipsa terra quam sibi reservavit et de alio capite terra de illu Ursi

rale: siscu I. candelaria erea IIII. cruce ferrea I. ova dua de structione recentarium I. ereum ructo, cruces duas ereas, buctes tres due et ipse sunt in ipsa ecclesia et I. est in ipso casale de reginnis mayori, hec omnia adsignavimus Iohanni presbitero de cisaranu " — Ex *Cartario* Amalphitano vulgo *Perris* dicto n. 28.

ex ipso loco, et ab odierna die *etc.*; pena in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memorati Stephani. Testes: Iohannes Curialis, Iohannes filius d. Sergii et Stefanus tabularius. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1035). R. N. A. M. t. V, p. 131.

550. Die 3. m. martii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 11. Sergius, (1092) filius Sergii presbiteri de loco qui nominatur Casauria, cum consensu d. Stefanie abbatisse monasterii Ss. Gregorii et Sebastiani atque Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni ancillarum Dei, cuius ipse serviens est, convenit cum d. Gemma monaca dicti monasterii, filia d. Iohannis Spicatelli, pro solidis 30 boni de Amalfi ana quatuor tari per solidum usque ad annos septem infiduciavit medietatem cuiusdam fundi terre, positi in dicto loco Casauria ad S. Maurum, cum evictione super alia pectia terre posita versus palmola ad S. Iulianessa iuxta ipsum locum Casauria, que terra coheret cum terra Petri de Cicina S. Neapol. ecclesie. Quam terram ipsa d. Gemma dedit eidem Sergio ad pensionem cum pacto dividendi inter eos vinum, et promittit dictus Sergius nutrire duas personas, quas ipsa Gemma miserit ad vindemiam, quo termino expleto ipse restituere debeat ipsos auri solidos 30 de tari boni de Amalfi ana quatuor tari per solidum et pena controventionis statuta est in auri solidos 60 bizanteos. Actum per Petrum Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 417.

551. Die 15 m. nobembrii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 11, sed (1092) et Iohannes porfirogenito m. i. eius filio an. 1. Mediatores exierunt Cesario Brancatitio filio q. d. Gregorii et d. Iohanne Morfissu filio q. d. Iohannis inter (*Ursum*) qui nominatur de Sicardo filium q. d. Iohannis de Musco, et cunctam congregationem monachorum monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui *etc.* quatenus ipsum monasterium dederat eidem de Sicardo at pensione usque in septem anni expleti integram excatoriam positam in illa padule nominati monasterii in loco qui vocatur Tertium, ut per tempore illam mundare et conciare debeat et ibi aquam per tempore ponere pro aquilandum et intrare et exire per terram monasterii, sic tamen ut nullum damnum faciat in memorata terra pro ipsa aqua vel pro ipsum introitum et dare debeat per omnem annum in festivitate S. Martini exinde pensionem, idest auri tari 7 boni de Amalfi vel de quale moneta per ista civitate andaberit, et non abeat licentiam monasterium eidem Urso memorata escatoria usque in constitutum tempus tollere nec ipse Ursus ante dictum tempus abrenuntiare non debeat: Complentes vero iamdicti septem anni expleti memorata escatoria rebertant in septembrio mense monasterio. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memorati Ursi. Testes: Iohannes filius d. Ursi iudex, Gregorius filius d. Petri et Gregorius scriniarius. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 826), R. N. A. M. t. V, p. 146.

552. Die 9 m. decembrii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 12, sed (1092) et Iohannes porfilogenito m. i. eius filio an. 1. Visus itaque fuit Leone diaconus, genitor Leonis presbyteri in die 13 m. februarii de ind. IV. comparare per chartulam comparationis in auri tari 8 da Iohanne qui nominatur Mastellone filio q. idem Iohannis et da

Alexio imp. a. 1092.

Sergio Mastellone filio q. Petri, hoc est thio et nepote, abitatoribus de loco qui vocatur Tertium maiore, sed ipse Sergius pro vice et portione sua et portione Marie monache germane sue et ipsi cum consensu d. Petri Karbania, cui defisi herant, petiam de terra illorum que est clusuria, positam in loco qui vocatur Tertium pictulum una cum arboribus *etc.* unde at memorato Iohanne Mastellone pertinuit medietate et at memoratis Sergio et Maria monacha alia medietate: coherente sivi ab uno latere terra monasterii S. Sebastiani et in aliquantum terra ecclesie S. Georgii Catholice maioris, de alio latere terra d. Iohannis Tribuno Marino et nominatur campu de Lucia, de uno capite terra ecclesie S. Marie que nominatur de illi comite, de alio capite terra memorati d. Iohannis Tribuno Marino, sicut ex omni parte sepis et fossatus exfinat, sicuti ipsa chartula comparationis continet, et per ipsa chartula comparationis remiserunt apud memorato Leone diacono chartulam comparationis membrana scriptam, quam fecit Iohannes Campanopio cui supernomen Caccucto, filio q. Petri, cum consensu Anne posterioris coniugis sue et nominata Maria filia q. conius Sergii, qui fuit abitatrice in Tertium super S. Ciprianum. Postea iterum memoratus Leo presbyter in die 5 m. iulii de indictione X comparavit per chartulam comparationis in auri sol. 12 da Maria germana sua, relicta q. Iohannis Ferrarii qui nominatur Brancatitia, portionem que ad eam pertinebat de memorata petia de iamdicta terra et illa per memoratas coherentias exegregavit. Modo vero venit cuncta congregatio monachorum monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* de cuius monasterio ipse Leone presbytero et genitor suus defisi fuerunt, et contrastit eidem dicendo ut non baluisset memorato Leone diacono comparare dictam petiam de terra, propter quod esset de memorato monasterio et in memorato monasterio pertinet habere per commutatione et per comparatum ; pars vero Leonis presbyteri contra dicebat ut memorata petia de terra memoratus genitor suus illa comparavit: unde multam altercationem habuerant in publicum ante iudices publicos, quos ibi supra ambas partes portaverant ad iudicandum, et a parte ipsius Leone ibidem ostensa fuit memorata chartula comparationis ipsius Leonis diaconi, et a parte monasterii ostense fuerunt due chartule in tumbo scripte exinde continentes, set una ex ipse chartule est commutationis quam fecit d. Iohannes miles filius q. ven. d. Sergii militis et q. d. Marie h. f. iugalium personarum una cum consensu Marie h. f. coniugis sue at q. d. Magario religioso igumeno congregationis *etc.* de portione memorate Marie genitricis sue de integra terra que vocatur campi de Lucia posita at Tertium, que herat ipsa portione iamdicte matris sue de sexta parte una, idest uncias 2, et seiungitur et indivisum reiacebat cum octo uncias quas ipse d. Magarius emptas abebat et cum simul duas uncias d. Gregorii Caracculi thii sui et per coherentiam declaraberunt vid. ab uno latere terra plevis S. Georgii Catholice maioris et terra de illi Malosi, quam modo abet monasterium ipsum, de alio latere terra heredum Leonis Torti et de illi Maiorini et de Gregorio Moctula, de uno capite terra Iohannis Campanopio et de illa Planastella et de heredes Andree Modiosolidos ; alia ex ipse chartule est cessionis atque traditionis, quam fecit d. Gregorio magnifico filio q. ven. d. Iohannis militis

at nominato d. Magario igumeno de portione sua de memorata terra. Et dum ille ibidem ostense et relecte fuissent tribuerunt exinde inter eos oc iudicium; ut ipse Leo non potuisset plus abere de memorata petia de iamdicta terra nisi quantum fuit de memorato Iohanne Campanopio; sicuti ipsa chartula comparationis genitoris eiusdem declarat et sicuti memorata chartula commutationis in coherentia declarasset in capite, et perquisiverunt et invenerunt memorata terra que fuit de Iohanne Campanopio in capite de memorata petia de iamdicta terra in ipso capite, qui est a parte horientis et per trabersum ibi invenerunt termini, unum a parte septentrionis iuxta ipsa terra monasterii et alium a parte meridiana iusta ipsa terra d. Iohannis tribunum Marino, et talia ipsi iudices iterum tribuerunt oc iudicium ut da memorati duos termines in da parte hoccidentis siat ipsa petia de iamdicta terra de memorato monasterio, pro quo pertinet per ambe chartule de tumbo scripte et da memorati duos termines in da parte horientis siat ipsa terra que fuit de Iohanne Campanopio que comparatam abuit Leone diacono et taliter ipse Leo presbyter poneret chartulam promissionis recetatibam. Ita et ipse Leo per hanc chartulam et per eodem iudicio atfirmat quia numquam presummet memoratam congregationem querere de memorata petia *etc.* Et coheret at memorata petia de iamdicta terra pertinente memorati monasterii de uno latere parte septemtrionis terra monasterii et terra plebis ipsius ecclesie S. Georgii maioris, et abet de longitudine da memorato termine in ipsa septentrionali parte quomodo badit in parte hoccidentis usque at terra de heredes memorati d. Iohannis tribunum marino, unde monasterium cum ipsis intentionem abet, passi 141, de uno capite parte occidentis terra heredes dicti Iohannis et abet in ipso capite de latitudine passi 7 et due parti de passum, de alio latere parte meridiana iusta ipsa terra memorati d. Iohannis et quomodo badit per ipso latere in parte occidentis passi 135, de alio capite parte horientis terra ipsius Leonis que fuit de memorato Iohanne Campanopio que comparatam abuit genitor suus et abet in ipso capite de latitudine passi 11, mensurati ad passum *etc.* Quia ita iudicatum est; pena in auri sol. 100 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Leone presbyter subscripsit. Testes: Iohannes Curialis, Petrus primarius et Iohannes filius d. Gregorii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 350). R. N. A. M. t. V, p. 148.

553. Die 15 m. februarii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 12, sed et Iohannes, porfilogenito m. i. eius filio anno 1. Iohannes presbyter, qui nominatur Troccularo, eo quod cuncta congregatio monachorum monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui *etc.* ipsum custodem ordinaverat in ecclesia b.^{mi} Euthinium, que sita est in vicum qui vocatur sol et una qui ad illu acoresu dicitur, promittit in ea omne officium sacerdotale facere et ibidem residere cum uno clerico et de omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus *etc.* et omne quod oblatum fuerit *etc.* Tantummodo promittit per omnem annum dare tres dies ante festivitatem S. Sebastiani unam libram de olibanum bonum et 5 libre de cera pesatum at libra iusta, et post suum transitum memorata ecclesia revertat *etc.*; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Iohannes presbyter subscri- (1093)

psit. Testes : Petrus filius d. Stefani, Petrus *alter* filius d. Stefani et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 750). R. N. A. M. t. V, p. 157 (1).

(1093) **554.** Die 6 m. martii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 12, sed et Iohannes porfilogenito m. i. eius filio anno 1. Visus itaque fuit Bitaliano filio q. Petri comparare per chartulam comparationis in die 20 m. octobrii ind. I. in auri sol. 40 de Amalfi ana 4 tari per sol. da Stefano qui nominatur Cintruto, filio q. d. Iohannis, et da Iohanne Pictulo filio quidem Petri qui fuit filius memorati d. Iohannis Cintruto, hoc est thio et nepote, et ipse Stephanus cum voluntate Marende coniugis sue et ipse Iohanne puerulo per absolutionem gloriose potestatis d. Sergii in Dei nomine eminentissimus consul et dux atque Domini gratia magister militum et una secum habendo abocatorem d. Petrum Pantaleo thium suum quem ipsa gloriosa potestas *etc.* seu cum consensu memorati genitoris sui et Marie genitricis sue, integram petiam de terra, que vocatur campu de culuso, positam in loco qui vocatur Tertium, pertinentem memorato Iohanni Cintruto genitori et abio illorum per chartulam comparationis, quam fecit Iohannes Modio solidos filius q. d. Stephani et q. d. Marie h. f. iugalium, cum voluntate Anne coniugis sue et ad memoratum Iohannem Modiosolidos pertinuit una pars quod est quarta, et tres partes pertinuit ad eum per chartulam commutationis quam ad eum fecit d. Maria h. f. filia q. d. Gregorii de Gurgite et q. d. Marenda h. f. iugalium personarum, coniux vero d. Sergii de Lonti,

(1) Quamdam *ordinationis chartulam* amalphitanam, quae nuper mihi occurrit, heic prodere iuvat :

In nomine *etc.* Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo septimo, nonas Iulias Indictione quinta decima Amalfie. Ego quidem palumbus presbiter filius domini Iohanni presbiteri da paternu piczulo a presenti die promtissima voluntate scribere ac firmare visus sum vobis domina adelaita relicte domini gregorii filii domini constrominti hanc chartulam similem de ipsa quem tu michi scribere fecisti pro eo quod tradidisti ac assignasti michi plenarie ac integre ipse uncie sex vestre: quod abetis in ecclesia sancti erasmi da pecara cum uncie sex de cellis et de sepulturis et de codicibus et de omnibus paramentibus suis atque de hereditatibus et de omnibus paramentibus suis atque de omni circulo suo quiscumque sivi habentibus ac pertinentibus unde nichil nobis exinde exceptuasti. In ea videlicet ratione ut ab odierna die et usque at obitum meum ipse predicte uncie sex vestre de predicta ecclesia et de omnia sua pertinentia nostre sit potestatis bene seriendi ac gubernandi frugiendi et dominandi et nichil exinde minuandi et in predicta ecclesia die noctuque servitium et officium facere debeamus: si autem pertinet at sacerdotes et ipsas hereditates lavorare et immeliorare debeamus ut domino auxiliante proficiat ut pareat apud vonis hominibus. Numquam habeatis licentiam aut potestatem alium clericum sibe monachum vel laicum nobis super mictere vel ordinare: neque in predicta ecclesia neque in causa ipsius ecclesie aut vos exinde commobere vel iactare aut aliquam virtutem vel inbasionem nobis facere per nullum modum aut datam occasionem seu vindicetis nobis eos ab omnibus hominibus et nos vobis dare debeamus edum unum in nativitate domini et agnum unum in pasca domini. et in festivitate sancti erasmi quando ibidem benitis vos vel hominibus vestris demus vobis ipsa camara de predicta ecclesia ubi mansionem facistis ac demus vobis lagene tres de vinum et galline due et ioncata una et coquinatum: et tempore vindemie demus vobis cofina dua de ube et de ipsa fructora per tempore suo hec omnia dare debeamus vobis et at vestris heredibus per unumquemque vestrum usque at obitum meum. At obitum denique meum ipse predicte uncie sex vestre de predicta ecclesia et de omnia sua pertinentia..... et de vestris heredibus perveniat potestatem. Qui autem de . . summissas personas contra hanc chartulam venire presumserit contra personas que firmam resteterit auri solidorum libram unam bitianteos et hec chartula sit firma.— † Pantaleo iudex filius domini murici testis subscripsi. — † Sergius imperialis protonobilissimus filius Iohannis comitis mauronis testis subscripsi. — † Maurus imperialis protonobilissimus filius domini sergii comitis mauronis testis est. † Ego Constantinus scriba filius domini Iohanni curiali scripsi. —Ex membrana originali in bibliotheca *Societatis historicae Neapolitanae* adservata.

quam ipsa chartula comparationis cum ipsa chartula commutationis que ipsa chartula comparationis reclarat, et cum due chartule promissionis exinde continet tres ipse Stephanus cum Iohanne remiserunt apud memoratum Bitalianum; et ipsa petia de terra coheret de uno latere parte septentrionis et da duobus capitibus parte horientis et hoccidentis terra monasterii S. Sebastiani de alio latere parte meridiana terra congregationis S. Georgii Catholice maioris; de qua venit cuncta congregatio monachorum monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et contrastit memoratam petiam de terra at quidem Sassone filio memorati Bitaliani et at Maraldo et Iohanni et Stephano et Petro et Gregorio filiis q. Iohannis qui fuit filius memorati Bitaliani et Altruda filia q. Petri qui fuit filius eiusdem Bitaliani hoc est thio et nepotes, dicendo ut memoratus Bitalianus non abuisset illam comparare, propter quod pertinente memorati monasterii et in eo pertinet abere per chartula offertionis et per chartula comparationis que sunt in tumbo scripta; et pars memorati thio et nepotes dicebat ut illorum esset et at eis pertinet per memorato Bitaliano. Unde multam altericartionem exinde inter eos abuerunt et per iudicium de iudices publicos ipse Sassi cum nepotibus suis posuerunt monasterio in manum vid. Iohannis qui nominatur de Lonti et Stephanum et Landolfum et Maria h. f. et Sergium filios memorati d. Sergii de Lonti nunc vero monacho et quedam d. Marie nunc vero monacha, que extra monasterium esse videtur, iugalium personarum, pro standum eos exinde cum monasterio ad legem et pro defendendum ad eis illud per ipsam chartulam commutationis que at memorato Iohanne Modiosolidos fecit memorata d. Maria h. f. genitrice eorum nunc vero monacha, set ipsi germani cum voluntate memorate d. Marie nunc vero monache genitricis eorum et ipsa Maria h. f. cum voluntate d. Iohannis Birticillo viri sui: unde dicebat pars ipsius Sassi et nepotum suorum quod memorata petia de terra non est ipsa quam chartula offertionis cum memorate chartula comparationis declarat. Unde multam altercationem exinde inter eos abuerunt ante iudices publicos quos ibi supra ambas partes portaverunt at iudicandum, et a parte Sassi ostensa fuit memorata chartula comparationis Bitaliani et memorata chartula comparationis Iohannis Cintruto cum memorata chartula commutationis quam fecit at memoratum Iohannem Modiosolidos memorata d. Maria genitrice eorum que in ipsa chartula Bitaliani declarate sunt; et declarabat ipsa chartula unam petiam de terra que vocatur campu de culuso positam in loco qui vocatur Tertium quod est foris flubeum, et per memoratam coherentiam cum terra ecclesie S. Georgii et cum terra ecclesie S. Sebastiani. Et dum illa ibidem ostensa et relecta fuisset dicebat pars monasterii quod petia de iam dicta terra quod ipsa chartula comparationis Bitaliani declarabat campu de coluso non esset campu de coluso sed campu de Lucia, et a parte monasterii ostense fuerunt et relecte 4 chartule in tumbo scripte, set una ex ipse est comparationis quam apprehensit Stephanus filius q. Ursi de duabus petiis de terra, una que vocatur campu de Lucia et alia que vocatur castaniolum posita vero at Tertium et incoherentia habebat terram monasterii S. Sebastiani et terram congregationis ecclesie S. Georgii Catholice maioris, alia offertionis quam fecit Iohannes comitis Ripe filius Stephani comitis Ripe Christoforio ven.

igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachii de portione sua de casale qui vocatur in campo de Lucia posito at Tertium; alia chartula venditionis quam fecerunt Petrus comitis Ripa et Theodonanda h. f. filia q. ven. memorati d. Stephani comitis Ripe et q. ven. d. Marie h. f. iugalium et ipse Petrus cum consensu Theodonande h. f. coniugis sue Pachumio ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc situm est at intus castro Lucculano de portionibus illorum de memorato casali; alie chartule venditionis, quam fecit Gregoria h. f. filia memorati d. Stephani comitis Ripe, relicta q. d. Stephani Tribunum nominato d. Pachumio igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui tunc erat in memorato castro Lucculano de portione sua de memorato casali. Et iterum a parte monasterii ibi ostensa fuit una chartula in tumbo scripta, quam fecit memoratus Stephanus memorate Marie coniugi sue, de sex uncias de memorate ambe petie de iamdicta terra que ipse Stephanus comparate abuit per memorata chartula comparationis sue et alie chartule que declarabant memoratum campum esse in campo de Lucia. Et dum ille ibidem ostense et relecte fuissent tribuerunt exinde inter eos oc iudicium ut ipsi filii memorati d. Sergii de Lonti et ipsa d. Maria nunc monaca non potuissent defendere memoratam petiam de terra memorato Sassi et nepotibus suis propter quod illa esset pertinente memorato monasterio per memorate chartule monasterium illam abere *deberet* et ipsi retderent memorata chartula comparationis memorati Vitaliani cum memorata chartula comparationis memorati Iohannis Cintruto, que ad eum fecit Ioh. Modiosolidos eo quod ipsa petia de terra est in campo de Lucia, et ponerent etiam chartula recitatiba. Et quia impresentis ipsi heredes de Lonti recollexerunt da memorato Sasso et nepotibus suis ambas chartulas comparationis cum memorata petia de iam dicta terra et retdiderunt memorato monasterio illam, ita et ipsi heredes per anc chartulam et pro eodem iudicio promittunt et firmant in ipso monasterio cum voluntate d. Marie genitrice eorum et ipsa d. Maria cum voluntate d. Iohannis Virticillo viro suo quia nunquam presumment neque abeant licentiam querere aut contrare memoratam petiam de terra *etc.* et si quabis persona at querendum venerit per eos *etc.* desuper tollere et *etc.* debeant; pena in auri sol. 200 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memorata persona. Et oc memorati sunt quia ipsi germani de Lonti per iudicium de ipsi iudices publici retdiderunt etiam memorato Sassi et nepotibus suis in dupplum memoratos 40 sol. quos ipse Vitaliano dedit at memorato Stephano Cintruto et at memorato Iohanni nepoti suo per memorata chartula comparationis. Landolfus subscribit. Testes: Petrus filius d. Iohannis, Petrus filius d. Stephani et Iohannes filius d. Sergii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 792). R. N. A. M. t. V, p. 157.

(1093) **555.** Die 9 m. aprelis ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 12, sed et Iohannes porfilogenito m. i. eius filio an. 1. Visa itaque fuit cuncta congregatio monachorum monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* querere Sassone filio q. Bitaliani et Maraldo et Iohanne et Stephano et Petro et Gregorio et Landolfo et Marino uterinos germanos filios q. Iohannis qui fuit filius memorati Bitaliani, hoc est thio et nepotes, et ipsi

Alexio et Iohanne impp. a. 1093.

germani cum voluntate Marie genitricis eorum et per absolutione gloriose potestatis d. Sergii in Dei nomine eminentissimi consul et dux atque Domini gratia magister militum et imperiali protobasto et una secum abendo abbocatorem d. Iohannes Cacapice cui ipse Sassone et nepotes defisi erant, et de heredes q. d. Cesarii Cacapice qui fuit uterino germano suo, et *fuerunt* filii q. Bernardi, quem abbocatorem ipsa gloriosa potestas eis dedit, propter quod non erant in legittima etate, simul at memorato thio et nepotes pro vice etiam Aberanda nepoti et exadelfa germana eorum, filia q. Petri qui fuit filius memorati Bitaliani genitori et abio eorum, de integra petia de terra que nominatur campum de culuso, quam ipse Bitalianus comparatam abuit per chartulam comparationis in die 20 m. hoctubrii de ind. I. in auri sol. 40 de tari *etc.* da Stephano Cintruto filio q. Iohannis et da Iohanne puerulo filio quidem Petri, qui fuit filius eiusdem Iohannis, et ipse Stephanus cum voluntate Marende coniugis sue et ipse puerulus per absolutione d. Sergii etminentissimi consul et dux *etc.* secum abendo abbocatorem Petro Pantaleo thio suo quem *etc.* seu et cum consensu ipsorum genitorum suorum, posita vero in loco qui nominatur Tertium, et ad eis pertinente per memorato Iohanne Cintruto, et at memorato Iohanne pertinuit per chartula comparationis sua que at nomine suo fecit Iohannes Modiosolidos, filio q. d. Stephani et q. d. Marie, ipse autem cum voluntate Anne coniugi sue , et at memorato Iohanne pertinuit una pars quod est quarta et tres partes per chartula commutationis que ad eum fecit d. Maria h. f. filia q. d. Gregorii de Gurgite et q. Marende h. f. iugalium, conius d. Sergii de Lonti, quam chartulam comparationis cum chartula commutationis et cum due chartule promissionis ipse Stephano Cintruto cum Iohanne nepoti suo remiserunt apud memorato Bitaliano per chartula comparationis sua; coherente sib de uno latere parte septentrionis et da duobus capitibus parte horientis et hoccidentis terra memorati monasterii et de alio latere parte meridiana terra congregationis S. Georgii Catholice maioris. Et dicebat pars monasterii ut non baluisset memoratus Bitalianus illam comparare propter quod ad ipsum monasterium pertinebat per chartulam offertionis et per chartula comparationis que sunt in tumbo scripte, et est ipsa petia in campo de Lucia; pars autem Sassi et nepotum dicebat quod eis pertinebat abere per memorato Bitaliano qui illam comparavit. Unde multam altercationem exinde abuerunt et per iudicium de iudices publicos ipsi thio et nepotes posuerunt monasterio in manum heredes d. Sergii de Lonti pro standum ipsi cum eo at legem et pro defendendum ipsi illud per chartulam commutationis, que fecit at Iohanne Modiosolidos memorata d. Maria nunc monacha genitrice illorum. Unde iterum dicebat pars monasterii atbersum eos ut nequaquam baluissent ipsi memoratam petiam de terra defendere, eo quod pertinet abere in monasterio per memorate chartule offertionis et comparationis et esset ipsa terra in campo de Lucia. Unde per iudicium monasterium vicit et ipsi heredes de Lonti retdiderunt memorato thio et nepotibus in dupplo ipsos 40 sol. et ipsi thio et nepotes retdiderunt memoratam petiam de terra ipsis de Lonti qui illam retdiderunt monasterio, et fecerunt exinde chartulam promissionis recitatibam. Deinde per hanc chartulam memoratus thius et ne-

potes promittunt et firmant quod nunquam aliquando tempore monasterio querere presument de iam dicta petia de terra; pena in auri sol. 100 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memorata persona. Et oc memorati sunt quia ipsa Altruda exadelfa germana eorum filia memorati Petri est defisa memorati d. Iohannis Cacapice et de heredes memorati d. Cesarii Cacapice cui ipsi defisi sunt. Testes: Iohannes filius d. Sergii, Iohannes filius d. Ursi iudex et Petrus primarius qui subscribunt per absolutionem suprascripti Ducis. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1067). Pergam. dei monast. soppressi, t. X, n. 204. R. N. A. M. t. V, p. 165.

(1093) **556.** Die 20 m. aprelis ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 12, sed et Iohannes porfilogenito m. i. eius filio an. 1. Visa itaque fuit cunta congregatio monachorum monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* querere Georgio clerico greco et Nicola subdiacono greco, uterinis germanis filiis q. d. Iohannis presbyteri greci, dispensatores et domninii ecclesie S. Iohannis, que sita est in vico qui vocatur vico cluso, regione Furcillense (1), de petiola de terra, que est in campo de Lucia, posita in loco qui vocatur Tertium una cum arvoribus *etc.* coherente sibi de uno latere parte hoccidentis et de uno capite parte meridiana terris pertinente memorati monasterii, de alio latere parte horientis terra ecclesie d. Petri ex ipso loco Tertium, sicut semita exfinat que intrat at memoratis terris monasterii et at memorata petiola, de alio capite parte septentrionis terra congregationis chartula sexta feria et stauritas plevis ecclesie S. Georgii Catholice maioris; dicendo pars monasterii quod ipsa petiola esset de memorato monasterio, pars autem eorum germanorum quod ipsis pertinebat abere pro memorata ecclesia S. Iohannis. Unde multam altercationem exinde inter eos abuerunt ante iudices publicos, quos ibi supra at iudicandum portaverant, et a parte monasterii ostense fuerunt due chartule, set una in tumbo scripta continente memorata terra ipsius monasterii que declarabat incoherentiam esse de uno latere parte meridiana terra congregationis S. Georgii Catholice maioris et de alio latere parte meridiana terra memorati monasterii, et alia est exemplaria relebata de una chartula comparationis, quam fecerunt Sparanus umilis presbyter et primicerius ipsius congregationis chartula sexta feria ecclesie S. Georgii Catholice maioris quod est ecclesia Seberiane una cum cuncta congregationis sacerdotum memorate chartule, quamque et cunta stauritas plevis memorate ecclesie at nomen Iohannis, filio q. Anastasii cui supernomen Baculi, de duas clusurias at campo de Lucia una cum arvoribus *etc.* et palmentum *etc.* et per coherentiam declaraberunt esse de uno latere via publica ubi est silice publica, de alio latere terra monasterii S. Sebastiani. Et dum ille ibidem ostense et relecte fuissent tribuerunt exinde inter eos oc iudicium ut monasterium aberet memoratam petiolam de terra et ipsi germani ponerent exinde chartulam promissionis recitatibam ut amplius causatio non fieret. Ita et ipsi germani promittunt quatenus memoratum monasterium abere debeat

(1) Haec ecclesia circa finem saeculi XVI profanata et monasterio Clericorum Regularium infirmis ministrantium adiecta fuit. Cf. *Acta visit. card. Gesualdi — Cappellarum*, vol. III.

Alexio et Iohanne impp. a. 1093.

ipsam petiolam usque *etc.* et nunquam aliquando tempore ipsi germani dictum monasterium de ipsa petiola de terra querere presument *etc.;* pena in auri sol. 100 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem, γεοργηος κληρὴκὸσ σουβσκρηψηθ, i. e. *Georgius clericus subscripsit.* νηκολαός σὺβδηακονὺσ *etc.* i. e. *Nicolaus subdiaconus.* Testes: Iohannes filius d. Sergii, Iohannes filius d. Iohannis et Petrus filius d. Iohannis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 646). R. N. A. M. t. V, p. 169.

557. Die 1. m. septembrii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 13, sed et Iohanne porfilogenito m. i. eius filio an. 2. Dispositum factum a Gregorio qui nominatur Inferno filio q. d. Iohanni et q. d. h. f. iugalium personarum de omni sua hereditate seu substantias de intus et foris. Disponit primum omnium ut at suum transitum Iohanne et Gregorio et Stephano germani filii sui dent auri sol. 10 de tari ana 4 per sol. voni de Amalfi per manus de quidem d. Stephano qui nominatur Morfisa, filio q. d. Atenolfi Morfisa postmodum vero monachi et de d. Gregorio qui nominatur Argonate, filio q. d. Iohanni et distribuant illos pro anima sua in oc ordine; in primis, si ad monasterium perrexerit se monachum faciendum, tunc detur exinde ibidem in quantum prebiderint; at sancti suo penitentiali tari ; reliquum vero ubi ipsi melius prebiderint: et si ipsi filii sui vel illorum heredes qualibet dilatione fecerint, ipsi distributores et eorum heredes vel persona illa at cui istum dispositum in manus paruerit, licentiam abeant ex sua hereditate tantum appreendere et venumdare tantum, unde ipsos solidos tollere baleant. Disponit ut at suum transitum Gemma et Stephano, germani naturali et defisi sui, maneant liberi et absoluti cum omnem illorum vestimenta et calciamenta, et da tunc qualiter se agere et ubi ire voluerint in illorum sit potestate et nullam detinentiam abeant a suis heredibus, set, salva illorum libertate, defisi esse debeant de memoratis filiis suis et de illorum heredibus de bera uxore et viro. Disponit ut ipsi naturali abeant donata duo modia de terra que vocatur posita in monte Pausilipense, et inferiora sua que est constituta subtus illa superiora qui dicitur camminata de domo sua posita intus civitatem Neapolis in regione Nilo una cum curticella, que est ad ipsa inferiora in parte septemtrionis qualiter exiet usque at platea publica una cum arvoribus et aspectibus suis *etc.* Ea ratione ut, si quis ex ipsis germanis aliquod exinde at dare abuerit, inter se eorumque proprios heredes in pretio ut fuerit appretiatum dare debeant, et, si isti inter se emere noluerint, pro eodem pretio dare debeant filiis suis vel ad illorum heredes; si vero ipsi iterum noluerint, dent ubi voluerint; tamen disponit ut non abeant licentiam ipsi naturali sui in ipsa inferiora focum atcendere per nullum modum, set tantummodo in ipsa curticella que ad eis donavit, in qua vero filii sui edificare licentiam abeant, set illa inferiora que ibidem et edificia que desuper venerint facta de ipsis germanis defisis eorum in legatione esse debeant, abendi iterum inter se ut superius iudicavit; iterum disponit ut quando ipsi filii sui super ipsa curticella edificaberint tunc ipsi naturali atiubare debeant in illa superiora et in illum tectum. Reliqua omnis hereditas seu substantia de intus et foris cum omnibus *etc.* et cum omnibus *etc.* atcattatis suis de intus et foris *etc.* post (1093)

suum transitum fiant de memoratis Iohanne, Gregorio et Stephano, et dividantur inter eos in tertiam partem per equaliter, et, si aliquis eorum vel eorum filiorum obierit absque proprio herede, tunc unus alteri inter se moriatur, salva medietate portionis eius qui obierit que vadat pro anima sua *etc.* et si ex nemine ipsorum remanserit heres omnis hereditas vadat pro animabus eorum. Insuper Anna h. f. conius sua omnibus diebus vite sue sit domna et domina at regendum et gubernandum se, si ipsum lectum suum custodierit, et si quis ex ipsis filiis suis eidem fecerit quamlibet atmaricationem, licentiam abeat ipsa conius sua illum qui hoc fecerit dixeridare, et ipsa portione de ipsum, qui ea atmaricaberit, in memorate coniugis sue sit potestate. Disponit ut si aliquod in veneficio abuerit de rebus S. N. E. post suum transitum sit ibidem retditum. Habeat S. Neapol. ecclesia pro lumminaria absque iniuria auri tresmisse unum et pena in auri libras 6 byth. Scriptum et actum per Stephanum Curialem. Testes: Iohannes filius d. Sergii, Iohannes filius d. Iohannis et Iohannes filius d. Ursi iudex. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 795). R. N. A. M. t. V, p. 174.

(1093) **558.** Die 3 m. nobembrii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 13, sed et Iohanne porfilogenito m. i. eius filio an. 2. Visi itaque fuerunt cunta congregatio monachorum monasterii Ss. Sergi et Bacchi qui *etc.* querere Petrum presbyterum qui nominatur causamala, custus vero ecclesie S. Petri Christi apostoli qui est in loco qui vocatur Tertium et ipse cum voluntate d. Ademari filio q. d. Bernardi de domina Ademari et de domino Urso (1) Gaetano filio quidem d. Marini Gaietani et q. d. Drosu h. f. que fuit filia d. Gregorii de d. Anthimo iugalium personarum, set ipse d. Urso Gaetano cum voluntate ipsius d. Gregorii de domino Anthimo thii sui, hoc est thio et nepote, domninii de memorata ecclesia; ipsi autem pro vice illorum et pro vice de cuntos domninios ipsius ecclesie, de fine qui est a parte meridie inter terra memorati monasterii que est in campo de Lucia positam in memorato loco Tertium, set intus ipsa terra abet palmentum fabritum cum subscetorio suo, seu et inter capite de terra memorate ecclesie que ibi est coniuncta a parte septentrionis; dicendo pars monasterii ut ipse Petrus prebaricasset memorata fine et intrasset in parte meridie, intus memorata terra pertinente monasterii, eo quod sic fuisset ipsa fine quomodo exfinat ille terminum marmoreum fusco inter ipsa terra monasterii et capite ex ipsa terra ecclesie S. Petri, iusta illa sepe qui est inter memorata terra et terra heredes q. Cesarii Caucaberi, que ibi est a parte horientis, que fuit de heredes q. d. Iohannis comiti et abinde quomodo exfinat ipse terminum marmoreum in parte hoccidentis, et pars ipsius Petri dicebat ut sic esset si quo modo ab antea fuit. Unde multam altercationem inter eos abuerunt ante iudices publicos, quos ibi supra portaverunt at iudicandum, et a parte monasterii ostense fuerunt due chartule exemplarie relebate per usum istius civitatis de duabus chartulis comparationis, que declarabant incoherentiam esse ad ipsa terra memorate ecclesie S. Petri, de uno capite parte meridiana esse terra

(1) Minus recte in editis heic et post pauca deinceps legitur: *viro.*

monasterii S. Sebastiani ut inter se finiret fossatus et terminus. Et dum ille ostense et relecte fuissent et talia ipse iudes ipsu terminum marmoreum fictum bidissent, tribuit exinde oc iudicium ut omni tempore sit ipsa fine inter ipsa terra monasterii ubi est palmentum et inter ipso capite ex ipsa terra ecclesie S. Petri quomodo memoratum terminum exfinat et monstrat in parte hoccidentis. Ita et ipse Petrus presbyter cum voluntate dominorum eiusdem ecclesie per anc chartulam et pro eodem iudicio promittit quatenus omni tempore sit ipsa fine *etc.*; pena in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem, Petrus presbyter subscripsit. Testes: Gregorius filius d. Petri, Iohannes filius d. Ursi iudex et Gregorius scriniarius. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 644). Perg. dei monast. soppr. t. X, n. 208. R. N. A. M. t. V, p. 179.

559. Die 20 m. decembrii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 13, sed (1093)
et Iohannes Porfilogenito m. i. eius filio an. 2. Maraldus filius q. Iohannis de Bitalianum et quedam Marie iugalium eo quod cunta congregatio monachorum monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* dederat at detinendum seu lavorandum sibi usque in quatuor annos expletos petiam de terra positam in loco qui vocatur Tertium in campu de Lucia cum arvoribus *etc.* coherente sivi memorata petia de uno latere parte septentrionis terra congregationis ecclesie S. Georgii Catholice maioris et abet in ipso latere de latitudine passus 104, de alio latere parte meridiana est alia petia de terra monasterii et abet de longitudine passus 104, de uno capite parte horientis terra monasterii ubi est palmentum fabritum cum subscetorio suo et puteum aque vibe et abet de latitudine passi 32, de alio capite parti hoccidentis via publica et abet de latitudine passi 28, memorati passi *etc.* in ea vero ratione quatenus illam bene et diligenter laborare debeat et de propria semente seminare et ipsum seminatum pro tempore tiappare et cultare et metere et excuniare ad omnem proprium expendium, et si ibi hortum facere voluerit licentiam abeat, et omne seminatum ad area dividere debeat per medietatem et similiter si ibi hortum abuerit; vinum vero mundum et saccapanna et fructoras item dividere *etc.* et quando metiderit, excuniaberit et vindemiaberit enutrire debeat una persona hominum, que ibi supra at standum venerit quomodo iustum fuerit. Complentes vero constitutum tempus iamdicti quatuor anni ipsa petia de terra rebertat ad ipsum monasterium et ipsa medietate que monasterio venerit de seminato et hortu et vino et saccapanna monasterium illud trahere faciat ad suum expendium et aliam medietate de fructoras ipse Maraldus atducere debeat intus ipso monasterio, quomodo continet alia simile chartula quam monasterium fecerat; pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memorati Maraldi. Et hoc memoratur ut tota illa palea que ibi fecerit de illu bernoticum in monasterii sit potestate tollendi et faciendi que voluerit, sicuti et quomodo continet alia simile chartula. Testes: Petrus Curialis Iohannes filius d. Ursi iudex et Gregorius filius d. Petri — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 654). R. N. A. M. t. V, p. 182.

560. Die 17 m. martii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 13 set et (1094)

Alexio et Iohanne impp. a. 1094.

Iohanne Porfirogenito m. i. eius filio an. 2. Petrus presbyter qui nominatur Sapacci, custus vero ecclesia b.mi Ianuarii Christi sacerdotis et martiris qui appellatur Spoliamorte qui situs est intus anc civitatem Neapolis inter duas vicoras unum qui nominatur Treafata qui et carrarium dicitur et alium qui vocatur Iudeorum, regione porta S. Ianuarii, eo quod cunta congregatio monachorum monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* sibi dederat ad detinendum cuntis diebus vite sue idest integra portione eiusdem ecclesiam pertinentem memorato monasterio una cum integra portione de omnibus domibus *etc.* ipsius ecclesie et codicibus *etc.* ea vid. ratione quatenus in sua sit potestate *etc.* per ratiocineas fruendi *etc.* et si aliquod offertum *etc.* et de hereditatibus ipsius ecclesie pertinentes inbateam illas lavorare et at lavorandum dare asque scriptis *etc.* et per ratiocineas omne officium sacerdotale facere die noctuque et per omnem annum et dare per nativitatem Domini oblatas paria tria et per sanctum Pascha paria duo et per iobedie sanctum pastillos viginti, et non abeat licentiam monasterium *etc.* Post autem suum transitum ipsa ecclesia cum omnibus, que per inbentaneum sibi assignaverant, revertat in eodem monasterio sicuti et quomodo continet alia simile chartula, quam monasterium ei fecerat et pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Petrus presbyter subscripsit. Testes: Iohannes filius d. Sergii, Petrus Curialis et Iohannes filius d. Sergii — (*Notam instrum. S. Sebast.* n. 896) R. N. A. M. t. V, p. 189.

(1094) **561**. Die 13 m. magii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 13 sed et Iohanne Porfirogenito m. i. eius filio an. 2. Drosu h. f. et Maria, germane filie q. d. Iohannis Boccaboccia, et Iohannes filius q. d. Petri Rufi, oc est thias et nepotes, et ipsa Drosu cum voluntate d. Sergii, qui nominatur Cicari viri sui, et ipsa Maria h. f. cum voluntate d. Petri, qui nominatur Atopaco viri sui, pro vice sua et pro vice de omnes heredes memorati genitoris sui, promittunt d. Petro presbytero filio q. d. Stephani presbyteri de Santum Sossus, hoc est de integra portione eorum de ecclesia vocabulo S. Iohannis qui nominatur in Curte, qui situ esse videtur in regione porta nobensi, hubi eum custodem ordinaverant et confirmaverant in eo tenore: ut omnibus diebus vite sue in sua sit potestate *etc.* per ratiocineas et omne quod oblatum fuerit *etc.* et per ratiocineas ibidem omne officium sacerdotale facere debeat et domus ipsius ecclesie, ubi necesse fuerit, conciare, et per omnem annum per nativitatem Domini oblatas paria duo et per S. Pasca parium unum dare debeat, et quando per festivitatem S. Sebastiani prandium fecerit tunc ipsos dominos et heredes eorum ibidem habere debeat, et si non fecerit prandium, gallinam unam dare et in sanctum pasca obum benedictum et una petiola de caseum et quatuor uncias de lucanica similiter dare debeat. Sepulturiam propriam eorum dominorum in memorata ecclesia ipsi domini in sua reservant potestate, sicuti et quomodo continet alia chartula ordinationis quam ipse presbyter ipso die fecerat pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memoratas personas. Testes: Gregorius filius d. Sergii, Stefanus filius d. Sergii et Gregorius filius d. Gregorii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 896) R. N. A. M. t. V, p. 198.

Alexio et Iohanne impp. a. 1094.

562. Die 11 m. iunii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 13, sed et Iohannes porfirogenito m. i. eius filio an. 2. Iohannes qui vocatur Piluso, filio q. Stephani Piluso, abitator de loco qui vocatur Tertium, eo quod cunta congregatio monachorum monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* sibi dederat ad lavorandum et detinendum cunctis diebus vite sue duas petias de terra que sunt in uno coniunte et posite in campu de lucia in memorato loco Tertium una cum arboribus *etc.* et cum palmento fabrito et subscetorio in una ex ipsis; coherente de uno latere parte meridiana terra d. Iohannis Carbania et abet ibi de longitudine passi 75, de alio latere parte septentrionis terra chartula congregationis ecclesie S. Georgii Catholice maioris et abet ibi de longitudine passi 69 seu et memorata alia petia abet de longitudine passi 60, de uno capite parte horientis terra Leonis presbyteri defiso eiusdem monasterii et abet ibi de latitudine passi 11, et a parte hoccidentis terra memorati d. Iohannis Carbania et abet ibi de latitudine passi 7. Et memorata alia petia ubi est palmentum coheret sivi de uno latere parte horientis terra ecclesie S. Marie que vocatur de illi Paracefali seu et terra monasterii Ss. Seberini et Sossii, sicuti inter se sepis et fossatus exfinat, et abet ibi de longitudine passi 63, deinde quomodo revolvit et badit iusta ex parte terra eiusdem monasterii Ss. Severini et Sossii et iusta terra Cesarii Caccaberi et abet passi 40, et quomodo revolvit in parte septentrionis usque at terra ecclesie S. Petri ex ipso loco Tertium abet passi 20 et a parte hoccidentis memorata terra ipsius chartule congregationis ecclesie S. Georgi catholice maioris ubi abet de longitudine passi 40 minus palmos duos seu et terra ipsius monasterii ubi habet de longitudine passi 20, deinde revolvit in parte horientis iusta terra ipsius monasterii abet passi decem et palmos duos, deinde qualiter revolvit in parte septentrionis iusta ipsa terra ecclesie S. Georgii maioris abet passi 20, de uno capite parte meridiana est terra monasterii et abet de latitudine passi 60, de alio capite parte septentrionis item terra ipsius monasterii et abet passi 10 et palmi 2 seu et terra ipsius ecclesie S. Petri sicut inter se termini quomodo vadit in gabba exfinat et abet ibi de latitudine passi 22, quamque et terra memorati Cesarii et ex parte terra monasterii Ss. Severini et Sossii et abet ibi passi 40: memorati vero passi mensurati sunt ad passum ferreum *etc.* in ea vid. ratione quatenus ambe petie de terra cuntis diebus vite sue in sua sint potestate tenendi *etc.* lavorandi *etc.* et caucuminas ponere *etc.* seminare et seminatum pro tempore tiappare et recalciare, et sulcare et excuniare debeat et super palmentum et suscetorium suum tiburium facere et arbores et vites putare et propaginare *etc.* et seminatum dividere ad area per medietatem et illa palea de illu bernoticum que ibi abuerit in monasterii sit potestate tollendi et illa palea millarina in sua sit potestate faciendi que voluerit et ad ipsam personam que ibi supra venerit quando metiaberit et excuniaberit ad eum manducare et bibere dare debeat, et si folias ibi abuerit et omnia quantum in horto abuerit per medietatem dividere, vinum etiam mundum et saccapanna similiter, sed ipse vindemiare debeat et aquam ponere in ipsa vinaccia pro saccapanna faciendum at suum expendium, et donec illud vindemia- (1094)

berit duas personas hominum que ibi supra monasterium direxerit enutrire. Post suum transitum vero ambe petie de terra in monasterio rebertant sicuti et quomodo continet alia simile chartula quam monasterium eidem Iohanni fecerat. Pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum manus memorati Iohannis. Et oc recordando firmant ut de memoratas folias et de omnia que abuerit in hortum ipse Iohannes medietatem et monasterium aliam medietatem abere debeat. Testes: Iohannes et Gregorius Curiales, Sergius filius d. Gregorii — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 831) R. N. A. M. t. V. pag. 196.

(1094) **563**. Die 9 m. iulii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 13 sed et Iohanne porfirogenito m. i. eius filio an. 2. Iohannes qui nominatur de Sacci, filio q. Sacci qui fuit de Salerno et modo abitare videtur in loco Tercium, eo quod cuncta congregatio monachorum monasterii Ss. Sergii et Bachii qui *etc.* ei dedit at lavorandum cunctis diebus vite sue petiam de terra de integro campu de terra posita in campo qui nominatur de Lucia qui est in ipso loco Tertium cum arvoribus *etc.* coherente de uno latere parte meridiana terra congregationis chartula ecclesie S. Georgii catholice maioris et abet in ipso latere de longitudine passi 77, de alio latere parte septentrionis est alia petia de memorato campu monasterii et abet in ipso latere de longitudine passi 77, de uno capite parte horientis est alia petia de memorato campu, et abet in ipso capite de latitudine passi 20, de alio capite parte hoccidentis iterum terra monasterii et abet in ipso capite de latitudine passi 18; memorati vero passi *etc.* in ea vid. ratione quatenus in sua sit potestate *etc.* (*ut in instr. supra proximo*) sicuti et quomodo continet alia simile chartula *etc.* Scriptum et actum per Petrum Curialem. Signum memorati Iohannis Sacci. Testes: Petrus filius d. Stefani, Gregorius filius d. Petri et Gregorius scriniarius — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 829) R. N. A. M. t. V, p. 200.

(1094) **564**. Die 29 m. augusti ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 13, sed et Iohanne Porfilogenito m. i. eius filio an. 2. Petrus, qui nominatur Pantaleo filius quidam d. . . . convenit cum d. Sergio et d. Adelmario, germanis filiis quidam d. Adelmari, qui fuit filius d. Bernardi de d. Adelmaro et quedam d. Gemme iugalium, de quodam fosareo sito foras flubeo, qui vocatur Rubeolum, foris istam urbem et ipsa padula que vocatur zappacatina, quam ipse emit a d. Sergio qui nominatur Buccatorzio et d. Iohanni Buccatorzio germanis filiis d. Iohannis, qui item Buccatorzio vocabatur sub anno regnante ipso imperatore d. n. Alexio an. 6 die 15 magii ind. x, et conveniunt tenere dictum fosareum in comune inter eos. Actum per Stephanum Curialem et testes sunt Iohannes filius d. Sergii et Sergius filius d. Sergii et cum ipsa terra est pons Padulis — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 142.

(1094) **565**. Die 17 m. septembris ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. a. 14 sed et Iohannes porfirogenito m. i. eius filio an. 3. Dominus Petrus Dei gratia archiepiscopus S. Sedis Neapolitane ecclesie locat pro annis 29 Stephano et Petro, uterinis germanis filiis quidem Iohannis qui nominatur Spizzargo et quedam Marie que fuit filia q. Petri

Trappica et quedam Eufimie iugalium integram domum pertinentem dicte ecclesie Neapolitane, positam intus civitatem Neapolis in vico qui nominatur Formelli, et duas petias terre positas in loco qui nominatur Caccumo, et coherent dicte domui bona de illu Ipato, Iohannis qui nominatur Guignacculo, et dicte terre coherent a tribus partibus cum terris eiusdem Neapolitane ecclesie, monasterii et ecclesie S. Marie ad cappellam, ad annuam pensionem. Actum per manus Iohannis Curialis et adest subscriptio proprie manus Petri archiepiscopi Neapolitani, et testes sunt Iohannes filius d. Sparani, et Iohannes filius d. Gregorii — *Notam. instr. S. Marcellini* p. 195.

566. Die 4 m. octobris ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 14 sed (1094) et Iohanne porfirogenito eius filio m. i. an. 3. Aligernus et Sergius seu Petrus filii d. qui nominatur Ciriaro, promittunt d. Anne abbatisse monasterii S. Gregorii maioris ancillarum Dei propter terram positam in loco qui nominatur Cisanum, super qua fuit litigatnm inter eos, et veniunt ad conventionem et dicti germani renunciant omnia iura eorum. Actum per Petrum Curialem — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 293.

567. Die 16 m. novembris ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 14 sed (1094) et Iohanne porfirogenito m. i. eius filio an. 3. Orania filia d. Petri, qui nominatur de domino Azzo et d. Alogare iugalium, cum voluntate gloriose potestatis d. Sergii in Dei nomine eminentissimi Consulis et Ducis atque domini gratia Magistri militum et imperialis protosebasti, habendo abocatorem d. Cesareum de Arcu, filium d. Cesarei, per ipsam gloriosam potestatem ei in abocatorem datum, eo quod non est producta in legitimam etatem, et cum consensu d. Landolfi et d. Pandolfi germanorum suorum, per absolutionem similiter dicte gloriose potestatis habendo secum abocatorem dictum d. Cesareum de Arcu per ipsam gloriosam potestatem eis datum, vendit et tradit d. Iohanni Carbania filio d. Ursi duas petias terre campese positas in loco Calbizzani et dicitur ad Malianum, ei pertinentem per illum iudicatum langobardiscum pro portione genitoris sui; et coheret cum terra de illi Cacapice, cum terra ecclesie S. Marie que vocatur ad Salitum, pro pretio auri solidorum 57 de tari ana quatuor tari per solidum boni de Amalfi et pena controventionis statuta est in auri sol. 114 bizanteos. Actum per Iohannem Curialem, et testes sine cognomine. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 418.

568. Die 28 m. aprelis ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 14, sed (1095) et Iohannis porfilogenito m. i. eius filio an. 3. Cunta congregatio monachorum monasterii Ss. Sergii et Bachii qui *etc.* dat Petro presbytero, qui vocatur Aurilio, at tenendum seu officiandum et conciandum et frugiandum cunctis diebus vite sue ecclesiam bocabulo b.^{mi} Euthimii, que sita est intus hanc civitatem Neapolis in bico qui vocatur sol et luna, qui et curusu dicitur, una cum omnibus *etc.* in ea vid. ratione quatenus in sua sit potestate tenendi frugiandi *etc.* et si aliquod *etc.* offertum, si mobile *etc.* si autem immovilem vel talis causa pro hornamentum eiusdem ecclesie aut pretium vel codices post suum transitum in ipsa remanere debeat, et amodo et usque in iam venturam et proximam resurrectionem Domini conciare et fabricare debeat ipsam ecclesiam idest in expen-

Alexio et Iohanne impp. a. 1097.

dium pro ipsa fabrica auri sol. 10 de tari *etc.* sciente ipso monasterio, et amodo et usque in venturos quinque annos expletos ibi conciare et fabricare plus non debeat, et da ipsi 5 anni in antea in ipsa ecclesia et domibus eius per omnem annum fabricare debeat et in conciatione ana auri tari 8 voni de Amalfi; et de hereditatibus ipsius ecclesie inbaneas illas vene lavorare aut illas at lavorandum dandi asque scriptis. Insuper ibidem omne officium *etc.* et per omnem annum octo dies ante festivitatem S. Sebastiani dare debeat cera vona libre 5, et olibanum vonum sine pulbe libra 1, simul pesatum at libra iusta, et post suum transitum memorata ecclesia cum omnibus revertat ad ipsum monasterium; sicuti et quomodo continet alia chartula *etc.* pena in auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Petrum Curialem. Subscribunt: ἡάκουος ηερευς καὶ μοναχος i. e. *Iacovs sacerdos et monachus*, υιταλιος μοναχος i. e. *Vitalius monachus*, et υαρθολομεος ιερευς καὶ μοναχος i. e. *Vartholomeus sacerdos et monachus*. Testes: Petrus Curialis, Iohannes filius d. Stefani et Iohannes filius d. Sergii — R. N. A. M. t. V, p. 213.

(1097) **568***. *Alia charta appar iisdem notis chronologicis signata, eodem tenore ab eodem Curiali scripta et absoluta et a Petro presbytero et ab eisdem testibus subscripta, qua d. Petrus presbyter ad ea, quae in instr. supra proximo stipulata sunt, se obligat.* — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 754). R. N. A. M. t. V, p. 215.

(1097) **569**. Die 12 m. ianuarii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 16, sed et Iohannes porfirogenito eius filio m. i. an. 5. Sergius in Dei nomine eminentissimus Consul et Dux et per Domini gratia magister militum et Imperiali Protosevaste, pro vice sua et pro vice Iohannis Ducis filii sui qui infra etatem esse videtur, concedit et firmat Rigali humili abbatisse et dilecte parenti sue monasterii et cenobii b.mi Gregorii et Sebastiani atque Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleonis puellarum Dei constituti in platea que nominatur nustriana *etc.* — (V. *infra in* Dipl. Duc).

(1097) **570**. Die 11 m. iunii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 16 sed et Iohannes porfirogenito m. i. eius filio an. 5. Stephanus qui nominatur Musha filius q. Iohannis cum voluntate Munde conius sua, abitator de loco qui vocatur Pumilianu foris arcora dudum aqueductus, offert et tradit d. Iacobo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et per eum in eodem monasterio petia de terra posita in memorato loco, quod est per mensura modium unu ad passum ferreum *etc.* una cum arboribus *etc.* coherente sibi ab uno latere terra ipsius monasterii, de alio latere et de uno capite alia terra sua quam in sua reservavit potestate, de alio capite terra Iohannis qui nominatur de Gaytu. De qua nihil *etc. etc.* verumtamen stetit inter eos ut quandoque placuerit ipsi Stefano se monacum facere in ipso monasterio, memorata congregatio eum recipere debeat gratis et habere sicut ceteri monaci ipsius monasterii. Si autem ipse aut heredes eius contra anc chartula venire presumpserit *etc.* sub anathematis binculis *etc.* pena constituta in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Stephanum Curialem. Signum memorato Stephano: Testes: Gregorius Curialis, Iohannes filius d. Stefani, et Iohannes filius d. Ursi iudex — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 495). R. N. A. M. t. V, p. 223.

Alexio et Iohanne impp. a. 1097.

571. Die 7 m. iulii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 16, sed et (1097) Iohannes porfirogenito m. i. eius filio an. 5. Landolfo et Iohannes, uterini germani filii quidem Stephani qui nominatur Muscha et quedam Munda, iugalium personarum, abitatores de loco qui vocatur Pumilianu foris arcora dudum aquecductus, cum voluntate memorati Stephani genitoris eorum, promittunt d. Iacobo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et cuncte congregationi monachorum eiusdem monasterii propter duas petias de terra ipsius monasterii pertinentes positas in memorato loco Pumilianum et sunt in uno coniuncte, set una ex ipse petie est per mensura modium unu et in eodem monasterio offeruit memoratus Stephanus Muscha per ordine sicut ipsa chartula offertionis declarat una cum arboribus *etc.* et coherent sibi insimul at memoratas petias ab uno latere et de uno capite terra memorati genitoris eorum, de alio latere carraria et terra ipsius monasterii, de alio capite terra Iohannis qui nominatur de Gayta; quas petias de terra ipsi germani habuerant ab ipso monasterio ad lavorandum pro se suis heredibus. Ideo promittunt illas bene et diligenter laborare et seminare *etc.* set tantummodo de ex ipsa petia, que ex ipsa terra ab antea fuit pertinente ipsius monasterii terraticum dare de quali victum ibidem seminaverint per omni anno in extate idest quartas quinque bonum siccum et mensuratum at culmu et tractum intus monasterium gratis; vinum vero mundum et saccapanna dividere per medietatem, et quando vindemiaverint duas personas nutrire, et aquam in illa vinacea ponere pro saccapanna facienda et medietatem monasterii ex ipso vino et saccapanna in organeis eorum conservare usque in diem tertiam. Et nullatenus presumment *etc.* memoratas petias de terra ipsis tollere et dare cui voluerint, sicut et quomodo in omnibus illud declarat alia simile chartula recapitolata, quam ipse igumenus dictis germanis exinde fecit et pena in auri sol. 40 byth. Scriptum et actum per Stephanum Curialem. Signum memoratis germanis. Testes: Iohannes filius d. Sergii, Gregorius Curialis et *alius* Iohannes filius d. Sergii — R. N. A. M. t.V. p. 225.

572. Die 24 m. augusti ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 16 sed (1097) et Iohanne eius filio porfirogenito m. i. an. 5. Dispositum seu testamentum factum a Sergio cognominato Bulcano, filio d. Petri Bulcani et d. Stephanie, postmodum vero monache, iugalium. In primis disponit pro anima sua auri solidos 100 de Amalfi de tari ana quatuor per solidum et loricam suam per manus d. Iohannis Guindaczo exadelfi germani sui et d. Iohannis qui vocatur de domna Maria exadelfi germani sui et d. Ursi Cacapice exadelfi germani sui. Item legat monasterio S. Ianuarii situm foris ad corpus sol. 50, et solidos 20 legat illi imagini sue ad honorem sancte et individue Trinitatis, que genitori suo pertinuit, ecclesie S. Marie que vocatur de illi Bulcani non procul a domo sua ubi nunc manet. Item legat d. Gregorio Bulcano uterino germano suo tari 100. Item legat coniugi sue auri solidos 450 de Amalfi de tari ana quatuor tari per solidum, que coniux vocatur Gaidelgrima et dicti sol. 450 recolligantur a d. Iohanne Bulcano uterino germano suo. Item legat eidem coniugi suo fundum et griptam de Paturci. Actum per Sergium Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 537.

Alexio et Iohanne impp. a. 1099-1100.

(1099) **573**. Die 28 m. aprelis ind. VII. Neapoli Imperante. d. n. Alexio m. i. an. 18 set et Iohanne eius filio porfirogenito m. i. an. 7. Anna indigna monaca monasterii S. Gregorii maioris ancillarum Dei, que nominatur Caraccula, filia quidam d. Sergii de domno Galderisi cum licentia d. Rigale abbatisse dicti monasterii pro Dei amore et redemptione anime sue, ut hic et in futurum seculum requiem invenire valeat, offert beate et gloriose Dei genitrici semperque Virgini Marie domina nostra, cuius aula fulgeat intus dictum monasterium, integram petiam terre que vocatur ad S. Iulianessam, que est per passi modia tria ad passum ferreum S. Neapol. ecclesie, quam comparavit a Iohanne et Sergio, uterinis germanis famulis dicti monasterii, filiis d. Sergii presbiteri qui nominatur de Corovio cum voluntate dicte d. Rigale abbatisse dicti monasterii, cuius homines sunt; et coheret dicta petia terre cum aliis terris dictorum venditorum, cum terra Iohannis qui nominatur Pisa, cum terra Iohannis qui nominatur Iurdula. Actum per Petrum Curialem et testes sunt sine cognomine — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 538.

(1100) **574**. Die 22 m. februarii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Elexium m. i. an. 19 sed et Iohannes eius filio porfilogenito m. i. an. 8. Definivit Iohannes, qui nominatur Caballu demone qui supernomen da Muru, portararo de illa portanoba qui dicitur de domino Urso Tata et d. Iacobus ven. igumenus monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii de intentione quam inter eos habuerunt. Unde pars ipsius Iohannis quesiverat ipsum igumenum dicendo: ut ipse et antecessores eius per consuetas et per constummi manducare et bibere dabant at duos omines pro portarari ex ipsa porta per omni annuo at prandium per festivitatem S. Sebastiani: “ volo ut sic nobis faciatis „; pars vero monasterii dicebat: ut ita non exet set memoratum monasterium manducare dabat ad unum omine portarararium ex ipsa porta per omni anno in ipsa festivitate. De qua multam altercationem exinde inter abuerunt et perrexerunt exinde in publici allege et iudicatum fuit: ut ipse igumenus faceret iurare unu omine memorati monasterii et dicere ut ipse igumenus et antecessores eius per omni annuo S. Sebastiani at prandium manducare dabat ad unu omine portararium ex ipsa porta et ipse Iohannes una cum consensu de cuntos domminios ex ipse porta, qui illam detinent at publici potestatem, chartulam securitatis poneret. Et quia perrexit at memoratis dominiis ut cum illorum consensu faceret memoratam securitatem et noluerunt ibidem consentire, propter quod inter se intentionem abebant de memorata porta et tunc ipse Iohannes retornavit coram ipsos iudices publici, et taliter aderecetabit, et dum ipsi iudices taliter illut audissent, tribuerunt exinde oc iudicium ut ipse Iohannes poneret monasterio taliter anc chartulam promissionis recetatibam ut inferius dicitur ut amplius causatio non fieret. Proinde et ipse Iohannes pro eodem iudicio et per anc chartulam promictit et affirmat quia nunquam presummet ipse et posteri eius monasterium querere aut molestare pro ipsa causa, set ipse igumenus et posteri eius per omni annuo in festivitate S. Sebastiani unum omine portararium at prandium manducare et bibere dare debeat, et nec ipse nec posteri sui ad homines et

at peculias ipsius monasterii qualecumque contrarietatem vel inbasionem aut ante paratam facere non debeat ad ipsa porta ad entrare et ad escire. Iterum promittit quia nunquam ipse aut posteri sui ab ipso monasterio aut omnibus ex ipso monasterio qualescunque dationes aut portaticas vel qualecumque causa querere non debeat in perpetuum et si quis monasterium de ipsum unde superius definierunt quesiverit, desuper se tollere et tacitum facere debeat; pena in auri sol. 100. byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus memorati Iohannis portarario. Testes: Sergius filius d. Sergii, Petrus et Iohannes Curiales — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1331) R. N. A. M. t. V. p. 257.

575. Die 15 m. februarii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 19 sed et Iohanne eius filio porfirogenito m. i. an. 8. Alicernus qui nominatur Ciriaro, et Petrus et Sergius, uterini germani filii d. Sergii Ciriaro et d. Marie iugalium, conveniunt cum d. Rigale abbatisse monasterii S. Gregorii atque Pantaleoni puellarum Dei de quadam petia terre, que fuit genitorum eorum, posita in loco qui nominatur Cisanum, que coheret a totis quatuor partibus cum terris ipsius monasterii, propter quod pretendebat dicta abbatissa pectiam predictam terre pertinere ipsi monasterio, unde multe altercationes inter eos fuerunt, asserente dicta abbatissa dictam terram fuisse datam d. Theodonande olim abbatisse ipsius monasterii a Gregorio, Andrea, Stephano et Iohanne filiis Petri qui vocatur Scozzule et a Iohanne et Petro de Cicino, filiis dicti Gregorii Scozzule habitatoribus dicti loci Cisanu. Nunc ad convenctionem veniunt et dicti germani de Ciriaro cedunt eidem monasterio omne ius omnemque actionem et dictum monasterium promittit ad vitam eorum dare dictis germanis singulis annis modium unum grani, et alium modium milei et vini corrigea 16 et saccapannum corrigea quatuor. Actum per Petrum Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 419. (1100)

576. Die 10 m. aprelis ind. VIII. Neapoli. Imperante dd. nn. Alexio m. i. an. 19 sed et Iohannes Porfirogenito eius filio m. i. an. 8. Sergius, qui nominatur Leuci S. Neapolitane ecclesie, filius quidem Leonis, habitatores de loco qui nominatur Antinianu iuris S. N. E., offert et contradit cuntas congregationes sacerdotum et clericorum salutifere catholice (1) congregationis ecclesie vocabulo beate et gloriose S. Restitute Christi birginis et martire, sita vero intus episcopio iam dicte S. Neapolitane ecclesie, idest medietatem suam de integra petia de terra, que nominatur a mianola et ad illum laccum, posita vero intus memorato loco Antinianu, que est indivisa cum reliqua medietate qui est de Stephano Conto et Cesareo germanis S. Neapolitane ecclesie, et integras duo petias de terra, unam que vocatur ad illa griptula et aliam que nominatur ceina, positas ibidem cum omnibus *etc.* scapulis et rioras *etc.* Et ipsa medietas terre de (1100)

(1) Sic apud Sparanum; at ego haud dubito quin legendum sit *chartule*, ut in illis, ubi aliae etiam Neapolitanae urbis congregationes memorantur, documentis videre est. Cf. supra n. 22. Quid enim *catholica congregatio*? Praeterea haec vox (*congregationis*) proxime repetita omnino delenda, nam importuna est et in aliis, quae sequuntur in ipso Sparani opere, instrumentis, abest.

Alexio et Iohanne impp. a. 1100.

utraque parte est secus terram de illu Presbiteru qui fuit de S. N. E. et secus terra ecclesie S. Cirici et de aliis qui ibidem asiunt petia que nominatur ad ipse griptula coheret sivi ab una parte terra que fuit de illi Barabana de S. Neapolitana ecclesia, que tenere videtur a publica potestate .... De quibus *etc.* ea ratione quod ipsa congregatio illum sepellire debeat intus ipsam congregationem, et omnem obsequium et officium facere quomodo iustum fuerit. Si quis autem *etc.* sub anathematis vinculis *etc.* et pena in auri sol. 100 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorati Leuci. Testes: Cesarius filius d. Cesarii, Iohannes filius d. Iohannis, et Iohannes filius d. Sergii. — SPARANO, *Mem. Stor. della S. Nap. Chiesa* t. I, p. 138.

(1100) **577.** Die 15 m. iunii ind. VIII. Neapoli Imperante d. n. Alexio m. i. an. 19 sed et Iohanne Porfirogenito eius filio m. i. an. 8. Ursus qui nominatur Cafatina, filius q. d. Leonis qui iterum Cafatina vocabatur, et Drosa filia quidem Leonis qui nominatur Piczatella, coniuges, asserunt solvisse certos solidos de Amalfi Drose filie q. Stephani qui nominatur Trina et quedam Anna iugalium, cum consensu quidam Landolfi qui nominatur Caccabo viri sui, pro comparatione horticelli positi intus civitatem Neapolis, ubi dicitur ad Patruschana, regione Portenolensis, que olim fuit d. Bernardi filii quidam d. Gregorii Zanca et quedam d. Drosu iugalium ac d. Gregorii cognomento Branca filii quidam d. Iohannis, qui fuit uterinus germanus dicti d. Bernardi, hoc est thii et nepotis, cum consensu d. Drose genitricis et abie illorum que sita est (*horticellus?*) iusta ecclesiam S. Renati, et heredum q. Petri qui nominabatur Barbarasa. Nunc vero conveniunt cum d. Aloasa abbatissa monasterii Ss. Marcellini et Petri et emunt ab ipsa abbatissa actionem aque ducende ad dictum orticellum e curte S. Renati iuris proprii dicti monasterii quia in dicta curte est balneum et conveniunt de fabrica canalium et exitura aque et hoc pro annuo censu tarenorum trium — *Notam. instr. S. Marcellini*, p. 194.

(1100) **578.** Die 25 m. iunii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 19 sed et Iohanne porfirogenito m. i. eius filio an..... Cuncta congregatio sacerdotum et clericorum salutifera .... congregationis ecclesia S. Restituta de intus episcopio S. Neapolitane ecclesie commutat et tradit d. Gemme ven. abbatisse monasterii b.^{mi} Michaelis Archangeli quod nominatur ad Baiane pretorio (1) beatorum venerabilium ancillarum Dei... Furcellense una cum cuncta congregatione monacharum eiusdem monasterii et cum consensu d. Iohannis qui dicitur Falconario et de d. Landolfo, uterinis germanis filiis q. d. Gregorii Falconarii et de d. Sergio qui nominatur Buccatorio, filio q. d. Iohannis, integram petiam de terra que nominatur atrentula ad illum cerrum, positam in loco qui nominatur Fullotani. De quibus *etc.* Scriptum et actum per Iohannem Curialem et subscribunt: Petrus archiepiscopus, Sergius Consul et Dux et Protosebasto, Aligernus indi-

(1) Sic in exemplo Muratoriano, sed verba: *ad Baiano .... Dei* minus recte ab eo, qui membranam originalem exscripsit, lecta fuerunt. Neque omnino rectius CHIOCCARELLI, qui legit: *ad Bayanum .... beatarum ancillarum Dei.*

Alexio et Iohanne impp. a. 1101.

gnus sacerdos et primicerius (1) S. Sedis Neapolitane ecclesie, Sergius archipresbiter et cardinalis S. Sedis Neapolitane, Petrus archidiaconus S. N. E., Iohannes diaconus S. N. E. Ioannes diaconus S. N. E. et Sergius subdiaconus S. N. E. Stephanus subdiaconus S. N. E. Marinus subdiaconus S. N. E. Testes : Ioannes filius d. Sergii. — MURATORI, *Antiq. Ital.* t. V. p. 161 ; Cf. CHIOCCARELLI *O. c.* p. 126.

579. In nomine *etc.* Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno vicesimo sed et Iohannis porfilogenito eius filio magno Imperatore anno nono : die quinta decima mensis februarii indictione nona neapoli. Certum est me iohanne filio quondam sergii presbyteri qui vocatur sancte neapolitane ecclesie : qui fuimus abitatoribus de loco qui vocatur casaurea et ego modo abitare videor intus ista civitatem neapolis : ego autem per absolutione domine rigalea venerabilis abbatissa monasterii sancti gregorii maioris ancillarum dei cui ego homine est et bideor propter quod me et aliis uterinis germanis meis cum omnibus nostris pertinentiis in ipso monasterio offeruit dominus iohannes gratia dei episcopus sancte sedis ipsius neapolitane ecclesie cui nos de antea famuli coloni fuimus per omnem ordine et tenore sicuti continet illa firmissima chartula offercionis que de me memorato Iohanne et de ipsi uterini germani mei quod nomine illorum in ipsa firmissima chartula declarat et de filiis filiabus nostris nati nascentibus et de nurus atque nipotibus et de integra domu nostra de intus ista civitate neapolis et de omnes fundoras et terris nostris et de alium omniaque in ipsa chartula declaratum est at quondam domina stephania venerabili abbatissa domina nostra et at cuncta eius congregationes monacharum ipsius sancti et venerabilis sui monasterii et per ea in ipso eius monasterio fecerunt per cognitione et subscriptione domini sergii et domini sergii in dei nominis eminentissimis consulibus et ducibus atqne domini gratia magister militibus et per aliis qui in ipsa firmissima chartula offercionis manibus illorum scripti sunt : A presenti die promtissima voluntate venumdedi et tradidi tibi domina gemma nunc vero monacha ipsius monasterii filia quondam domini Iohanni qui vocatur Spacarelli postmodum vero monachus : Idest integra petia de terra mea posita vero at sanctum iulianes una cum arboribus et fructoras suas et cum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus. et coheret at memorata integra petia de memorata terra que superius tibi venumdedi cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur de uno latere terra de illi compa memorate sancte neapolitane ecclesie parentibus meis ut inter se terminus exfinat. et de alio latere terra de illi qui nominatur miglacculo memorate sancte ecclesie sicuti terminus exfinat. de uno capite terra stephano pro exadelfo nipoti meo filio quondam sillicti memorate sancte neapolitane ecclesie qui fuit exadelfo germano meo ut inter se terminus exfinat. et de alio capite est bia pubblici : De quibus nichil michi exinde aliquod remansit aut reserbabi nec in aliena cuiuque personas quod absit comisi aut iam comicto potestatem: set a presenti die et deinceps a me tibi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem quidquid exinde facere volueritis ab odierna die semper in omnibus liberam exinde abeatis potestatem. et neque a me memorato Iohanne ego autem per absolutione memorate domine rigalea venerabilis abbatisse domina mea monasterii ipsius sancti gregorii maioris cuiu ego omine sum ut super legitur neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorata domina gemma nunc (1101)

(1) *Primicerius* deest in exemplo Muratoriano, ut alter Ioannes diac. et Stephanus et Marinus subdiaconi quos ex Chioccarellio suppleo.

vero monacha in ipso monasterio aut heredes tuis quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestiam per nullum modum: nullamque adimbenta ratione nec per summissis personis a nunc et imperpetuis temporibus: insuper omni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus seu relinquentibus illut in omnibus antestare et defendcre debeamus da omnes omines omnique personas. propter quod accepi a te exinde impresentis in omnem decisione seu deliberatione: Idest auri solidos biginti bonos de amalfi de tari ana quadtuor tari per solidum sicut inter nobis Combenit: si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personas tunc compono ego et heredibus meis tibi tuique heredibus auri solidos quadragintam bithianteos et hec chartula benditionis ut super legitur sit firma scripta per manus cesarius tabularius per memorata nona indictione ✝ hoc signum ✝ manus memorato iohanne ipse autem per absolutione memorate domine rigalea venerabilis abbatissa memorati monasterii ut super legitur quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi et memoratos rolidos traditos vidi ✝ Ego sergius filius domini iohannis testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos vidi ✝ Ego cesarius filius domini cesarii testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi ✝ Ego sergius curialis testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi ✝ Ego cesarius tabularius complevi et absolvi per memorata nona indictione. — Ex membrana originali in bibliotheca *Societatis Historicae Neapolitanae* adservata.

(1102) **580.** Die 6 m. ianuarii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 21 sed et Iohanne porfirogenito m. i. eius filio an. 10. Sergius humilis diaconus, qui nominatur Romano, S. sedis Neapolitane ecclesie et abbas ecclesie S. Thome Christi apostoli, regione thermense, filius q. d. Cesarii Romani et quedam d. Landelgrime iugalium, propter quod d. Cesarius, d. Gregorius, d. Ursus et d. Iohannes, uterini germani sui, vendiderunt ei . . . . propterea cedit dicto d. Iohanni et d. Marie coniugibus, hoc est germano et cognate sue, portionem cuiusdam domus ei pertinentem, positam intus civitatem Neapolis in vico qui nowinatur palmora, regione summe platee, et vendit etiam predictis suis quatuor fratribus portionem suam cuiusdam terre posite in loco qui nominatur Sellarano foris gripta, iuxta terras heredum quedam domine Celgirde, que fuit coniux q. v. m. d. Iohannis senatoris, terram de illi Guindazzi et heredum q. d. Iohannis de Lamberto. Actum per manus Iohannis Curialis et testes sine cognomine—*Notam. instr. S. Marcellini*, p. 196.

(1102) **581.** Die 20 m. martii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 21 sed et Iohannes porfirogenito eius filio m. i. an. 10. Iohannes qui nominatur Romano, filius q. Cesarii Romani, et quedam d. Landelgrima iugalium, commutat et tradit d. Cesario Romano uterino germano suo, filio dictorum iugalium, petiam de terra quam habet comunem cum eo et cum d. Gregorio et d. Urso uterinis germanis eorum, positam in loco qui nominatur Forisgripta, iuxta terras heredum quedam d. Sicelgarde; qui Cesarius in excambium dedit isto Iohanni aliam peciolam de terra positam in dicto loco Forisgripta, iuxta terras d. Stephani de Turre proexadelfi germani eorum, de illu Gaytanu et ecclesie S. Iohannis Captolice maioris. Actum per manus Iohannis Curialis, et testes sunt Iohannes filius d. Iohannis, Iohannes filius d. Gregorii, et Sergius filius d. Gregorii — *Notam. instr. S. Marcellini* p. 197.

Alexio et Iohanne impp. a. 1102-1104.

582. Die 23 m. iunii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 21 sed et Iohanne porfilogenito eius filio m. i. an. 10. Iohannes qui nominatur Murano et Magire et Gregorius, genitor et filii, promittunt d. Rigale abbatisse monasterii S. Gregorii et Sebastiani atque domini et Salvatoris nostri Iesu Christi et sancti Pantaleoni puellarum Dei propter tres petias terre que nominatur Adnasamusca positas in loco Cisani; et coherent: vid. una ex istis cum terra de illi Sillictu et cum terris ipsius monasterii, quas tenet ille qui nominatur Maliabacca, alie vero terre coherent cum terris eiusdem monasterii; propterea promittunt dare anno quolibet eidem monasterio modia grani 4 et vinum dividere per medietatem et tempore vindemie promittunt nutrire duas monacas eiusdem monasterii, que mittentur super vindemiam. Actum per Cesareum tabularium — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 144. (1102)

583. Die 11 m. aprilis ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 22, sed et Iohanne porfirogenito m. i. an. 11. Marinus, qui dicitur de primicerium, filius q. d. Stephani subdiaconi et primicerii pro amore Dei omnipotentis et meritis S. Georgii et S. Seberi Christi confessoris, ubi eius venerabile quiescit corpus, catholice maioris, et pro mercede et salbatione anime sue ut in futuro seculo requiem invenire baleat, concedit et tradit d. Petro archidiacono S. Sedis Neap. ecclesie et rectori monasterii et ecclesie ipsius S. Georgii et S. Seberi, et per eum presbiterio et istaurite predicte ecclesie medietatem de omnibus fundis et terris suis in quibusvis locis positis, quos ipse detinet et habet ab ipso presbiterio et istaurita. Rogatum per manus Stephani scriniarii, in quo pro teste subscribitur Iohannes filius q. d. Gregorii, quod instrumentum asseritur esse exemplare et authenticatur per Bernardum primarium Curie civitatis Neapolis et per Cesarium tabularium eiusdem Curie, qui asserunt eius authenticum sibi fuisse adductum a d. Ursone cognomento Gaietano, filio q. d. Marini Gaietani et q. d. Drose, que fuit filia q. d. Gregorii de domino Anthimo iugalium.—*Notam. script. S. Georgii maioris* ap. Tutini, Ms. f. 41; Cf. Engenio p. 42. (1103)

584. Die 1 februarii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 24, sed et Iohannis porfilogenito eius filio m. i. an. 13. Mari et Olfus, qui nominatur Caraczulo, filio q. d. Malfredo comitis beneventani (1) promittit Iohanni, qui nominatur Mindula filio q. . . . propter integram corrigiam de terra posita in loco qui vocatur Cambranum iuxta septari cum arvoribus et cum palmento et balneo dextructis intus se: coherente sibi de uno latere parte horientis terra quam modo detinet Iohannes, qui vocatur de Sirgento, de alio latere terra d. Gregorii qui nominatur Carotus, sicuti inter se limite altus exfinat, seum et terra ecclesie S. Georgii catholice maioris et terra ecclesie S. Petri at area, de uno capite parte meridie terra heredum de illum Citrola, de alio capite parte septentrionis est terra memorate ecclesie S. Petri at area: quam corrigiam ipse dederat sibi suisque heredibus ad detinendum seu laborandum: in eo enim tenore quatenus bene et diligenter *etc.* et exinde omni anno terraticum dare et atucere debeat de quod ibidem seminaverit quomodo (1104)

(1) In membrana et in editis hoc verbum siglo bb. denotatur.

essierit da giro in giro, et binum mustum mundum et saccapanna at palmentum dividere per medietatem et medietatem eiusdem Iohannis conservare in organeis suis usque in diem tertiam et postea de inde trahere ad suum expendium, et unam personam nutrire per vindemiam debeat, preter vinum et untum ad condiendum, que de comuni exire debeant et facere illud palmentaticum ut iustum fuerit, et fructoras similiter per medietatem dividere debeant; pena in auri sol. 40 byth. Scriptum per Petrum scriniarium discipulum d. Bernardi primarii, et actum et absolutum per eundem Bernardum primarium. Signum manus memorati Mari et Olfus. Testes: Iohannes filius d. Iohannis, Sergius filius d. Sergii et Iohannes filius d. Sergii — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 429) R. N. A. M. t. V, p. 283.

(1104) **585.** Die 6 m. iulii ind. . . . (XII) Neapoli. Imperante d. n. Elexium m. i. an. 24 sed et Iohannis eius filium porfirogenito m. i. an. 13. Stephanus qui vocatur Turiulo filius Petri, offert et tradit d. Petro ven. abbati monasterii Ss. Seberini et Sossii ubi *etc.* et cunctas congregationes monachorum eiusdem monasterii tres quintas suas de integras duas camporas de terra posita in loco, qui vocatur Foris *arcora* dudum aqueductus; unum ex eis nominatur at tal. . . . et alium dicitur trabersum, una cum introitas et anditas seu vicis earum, quia indivisum et in commune reiacent cum relique due quinte, que sunt de Petro qui vocatur Scintilla et de Anna filiis quidam d. Iohannis de Sicola et quedam Purpura Cofinella exadelfa thia de eadem cognata mea Anna, coniux d. Landolfi Carituri posterioris viri sui, et ei pertinet per chartulam comparationis, quam sibi exinde fecit Maria que supra nominatur Marocta, cognata sua, filia q. Petri Bocciabocci et q. d. Marie que fuit filia q. Marie Cofinelle, iugalium personarum, relicta q. Petri Turiuli germani sui, qui istam chartulam comparationis cum alie chartule, que in ea declarate sunt, aput ipsum abbatem remisit; et coheret ipse campus de ista terra a parte orientis est lensa de illi Athalarici et de aliis qui ibidem at fine sunt, sicuti terminis et lebata exfinat, et a parte septentrionis est via que pergit at Cimiterium, et a parte meridie est terra heredum q. Leontii, et a parte occidentis est alium campum memorati monasterii, sicut inter se lebata exfinat; et ad ipsum alium campum qui dicitur trabersum coheret sibi a parte septentrionis ipsa terra heredum q. Leontii, et a parte meridie est fine terra heredum q. d. Marie, et a parte occidentis est alium campum de memorato monasterio qui est iuxta ipsa arcora, et a parte orientis est fine depaccianum. De quibus nichil *etc.* si qui vero potens *etc.*; pena in auri sol. 120. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus memorati huius, Curialis pro eu subscripsit. Testes: Sergius filius d. Sparani, Iohannes et Sergius Curiales — R. N. A. M. t. V. p. 289.

(1104) **586.** Die 25 m. octobris ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 24 sed et Iohanne porfirogenito eius filio m. i. an. 14. Sillicto, qui appellatur Pipulo S. Neapolitane ecclesie, filius quidam Iohannis Pipuli ipsius S. Neap. ecclesie, et Iohannes Pipulo filius Petri Pipuli ipsius S. Neapol. ecclesie, habitatores loci, qui nominatur Ca-

sauria ipsius S. Neap. ecclesie, vendunt et tradunt d. Sergio qui appellatur Riccio, filio quidam Gregorii qui fuit serbiens de pretorio ipsius civitatis, pectiolam terre positam in loco qui vocatur Palmola ipsius S. Neapolitane ecclesie, mensure quartarum quatuor, et coheret dicta terra cum terra S. Neapolitane ecclesie, quam modo tenet d. Gemma Carazzula pro pretio auri tari 10 boni de Amalfi. Actum per Petrum Curialem — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 248.

587. Die 12 m. decembrii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 24 sed et (1104)
Iohannis porfilogenito eius filio m. i. an. 13. Visis itaque fuerunt d. Iohanne clerico et d. Gregorio et d. Stephano uterinis germanis, filiis q. d. Gregorii qui appellatur Inferno et q. d. Anne h. f., iugalium personarum, querere vid. Iohannem presbytero qui appellatur Fabricium, filio q. d. Sergii presbyteri qui iterum Fabbricium bocabat, de integrum orticellum positum intus anc civitatem Neapolis at introitua cum ortu omnibusque *etc.* coherente sibi a parte horientis ortum ipsius Iohannis presbyteri, sicuti sepis exfinat, a parte horientis (*occidentis*) est ortum dictorum germanorum et a parte septentrionis est ortum d. Petri qui vocatur Casacculo et a parte meridie est trasenda eorum et de memorato orticello: dicendo pars ipsorum germanorum ut ipse Iohannes presbyter comparasset memoratum orticellum da d. Petro qui vocatur Grasso, exadelfo germano eorum, filio q. . . ideo volebant illut recolligere medietate gratis et medietate per appretiatum, eo quod pertinebat per legationem de dispositum de q. Stephano Inferno abio ipsorum germanorum, et pars memorati Iohannis presbyteri dicebat: vene quia ipse illum comparasset da memorato d. Petro Grasso pro auri tari 12 et chartulam comparationis da eum atprehensit, et postea ipsa chartula comparationis sua dedisset at quidem d. Iohanne filio eiusdem. Et multa altercatione exinde inter eos abuerunt ante iudices publicos, et dum ipse iudice illum audisset tribuit exinde inter eos oc iudicium, ut ipse Iohannes presbyter faceret memoratis germanis anc chartulam recetatibam promissionis; ita et ipse pro eodem iudicio et per hanc chartulam promittit memoratis germanis quia nunquam aliquando tempore ipsos querere presummet de ipso orticello *etc.* et si quobis tempore ipsi germani aut eorum heredes illut invenerint aput ipsum Iohannem tunc illut atprehendere debeant medietate gratis et medietate que atpretiatum est et facere exinde chartula de antestandum *etc.* pena in auri sol. 20 byth. Scriptum per manus Gregorii scriniarii discipuli Bernardi primarii, completum et absolutum per eundem primarium. Iohannes presbyter subscripsit. Testes: Iohannes filius d. Sergii, Sergius filius d. Petri et Petrus filius d. Petri — (*Notam. instr. S. Seb.* n. 1063). R. N. A. M. t. V. p. 292.

588. Die 18 m. februarii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 25, (1105)
sed et Iohanne porfirogenito eius filio m. i. an. 14. Testamentum seu dispositum d. Marie filie d. Marini . . . . . coniugis Gregorii, qui nominatur Crispano, cum consensu dicti viri sui, que disposuit pro anima dicti d. Gregorii viri sui auri solidos 100 de tari ana quatuor tari per solidum boni de Amalfi et distributores instituit Iohannem Carbania filium d. Ursi et Sergium qui nominatur Gallicellum, filium d. Aligerni, qui ven-

dere debeat domum suam positam intus hanc civitatem Neap. in vico qui nominatur . . . et pretium convertatur pro anima sua , et quod offeratur congregationi ecclesie S. Ianuarii in Diaconia modia novem de terra sua, posita in loco qui nominatur Arcora dudum aqueductus, post transitum dicti viri sui. Deinde canere debeant missam unam in sexta feria de illa cruce, et quando ipsa missa cantaberit debeant sonare illam tabulam de dicta ecclesia; et si sacerdotes ipsius congregationis facere noluerint ipsam missam nobiliores ipsius platee tollere debeant illam terram et ponere illam in alia ecclesia pro faciendo dicta missa. Item legavit terram suam positam in loco, qui nominatur Calbezzanum, quam laborat Iohannes de Gustabile et Iohannes de Maria, post transitum dicti viri in beneficium monasterii S. Gregorii maioris. Sed quia congregatio predicte ecclesie S. Ianuarii in Diaconia acceptavit dictum legatum super terram positam in locu Arcora , propterea vigore legati facti in beneficium predicti monasterii S. Gregorii maioris assignant eidem monasterio reliquam partem dicte terre in loco Arcore et campum de terra positam in loco Calbezzani. Terra predicta sita in loco Arcore coheret cum terra d. Altrude nunc vero monache et d. Theodore uterine germane sue. Terra autem posita in loco Calbezzani coheret cum terra d. Azzi Langobardi Salernitani , et cum terra ecclesie S. Iacobi de ipso loco. Actum per Gregorium tabularium — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 294.

(1106) **589**. Die 19 m. iulii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 25 , sed et Iohanne porfilogenito m. i. eius filio an. 14. Anna et Gregorius, filii Petri Ferrarii qui nominatur de Ispaza et quedam Sice que nominatur Coppula, iugalium, et dicta Anna cum consensu Sergii Amalfitani qui nominatur Sanctu, vendunt et tradunt Gregorio qui nominatur Coppula thio eorum, filio Alfani et Marie, iugalium, integram portionem eorum que eis tetigit ex parte Oranie et Trocte eorum germanarum, et in dictis bonis est domus posita intus hanc civitatem Neapolis in vico publico qui nominatur de campana , regione Furcillense , et coheret dicta domus cum domu Altrude germane dicti Gregorii Coppule, cum domu d. Gregorii Crispani et cum domu eiusdem Gregorii. Pro pretio auri solidorum 25 boni de Amalfi diricti et pesanti ana 4 tari per solidum et pena controventionis constituta est in auri solidos 50 byth. Actum per Gregorium Curialem — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 295.

(1107) **590**. Die 2 m. septembris ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 27 sed et Iohanne porphirogenito eius filio m. i. an. 16 Iohannes in Dei nomen eminentissimus consul et dux atque Dei gratia magister militum et imperialis Prothosebasto vendit et tradit Lando et Iohanni dilectis fideli servienti suo domum destructam intus civ. Neapolis in vico publico qui nominatur de S. Maria ad illu pirpione, regione Summe platee, *etc.* — (V. *infra in* Dipl. Ducum).

(1108) **591**. Die 11 m. magii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 27 sed et Iohannis porfilogenito m. i. eius filio an. 16. Fasana filia q. Sergii presbyteri, qui nominatur de Maroccia et q. Eufraxie, iugalium personarum, cum consensu Iohannis cle-

rici, qui nominatur Riccio, viri sui, definit questionem cum d. Maria, filia q. Petri qui nominatur Galipulu, cui supernomen de Palumbo, relicta autem q. Martini, qui nominatur Carinianum, de intentione que inter eos abuerunt de pischina frabita et de atrio ante se et de cursora ante eas, posita intus civitatem Neapolis intus curtem communem que est iuxta plateam publicam at forum non longe a monasterio S. Pellegrini, una cum introitu suo da memorata platea publica per memoratam curtem et per grados et ballatorium iterum commune eis et de aliis consortibus eorum, et abinde pertinet anditum altineum iterum commune, qui badit revolvendo et est constitutum super inferiora cellarei et abinde per regiola pictola iterum communem usque at memoratam pischinam; que est coniunctam de uno latere parte septentrionis cum curte de Landolfo qui nominatur . . . . de alio latere parte meridie cum domu de illi Millusi, de uno capite parte occidentis cum ecclesia S. Agathe que dicitur de ipsi Millusi, de alio capite parte orientis cum inferiora cellarei eiusdem Fasane et cum superiora heredum Iohanni qui nominatur Giczio et cum memorato andito altineo et cum superiora de illa Moliperta et de Iohanne Pandone sicuti inter se pariete exfinat. . . . abet memorata regiola pictola, que ingredit at memorata pischina commune et in quo abet una fenestra per qua per exinde lumen ingredit at memorata inferiora cellarei ipsius Fasane; et atserebat pars eiusdem quia memorata pischina esset propria sua et de ipsi heredes memorati Iohanni Giczio, eo quod illa portione que exinde pertinuit at illa domu sua, que est iusta ipsum ballatorium et iam dicta curte, sibi illud pertineret abere per comparatum; pars vero memorate Marie dicebat: quod verum esset portionem ex ipsa pischina memorate Fasane pertinet abere per comparatum, sed ex ipsa pertinere deberet sibi pro domo sua . . . . quatra. Et multa altercatione exinde inter eos abuerunt et perrexerunt in publicum at legem ante iudices publicos, quos ibidem supra ambas partes portaverunt at iudicandum, et ibi a parte Marie ostense et relecte fuerunt chartule et notitie de domibus ambarum partium, que declarabat et ipsa pischina, et dum ipsi iudices taliter ipsa dicta audissent et memorate chartule relegissent tribuerunt exinde inter eas oc iudicium, ut ipsa Maria habere debeat de memorata pischina et pertinentibus suis unam quartam, et ipsa Fasana et heredes memorati Iohannis Giczio reliquas tres partes, eo quod exinde comparaverant portionem, que pertinuit ad illum Maracino, et ponere chartulam promissionis definitionis; proinde ipsa Fasana cum consensu viri sui pro eodem iudicio et per anc chartulam promittit memorate Marie quod numquam aliquando tempore illam querere et molestare presummet de quarta de memorata pischina et de iam dictum atrium et cursoras suas illam defendere *etc.* pena in auri sol 30 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorata Fasana. Testes: Iohannes filius d. Gregorii, Gregorius filius d. Sergii, et Gregorius (*patris nomen deest*)—(*Notam. instr. S. Sebast.* n. 548) R. N. A. M. t. V. p. 315.

592. Die 4 m. iunii, ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Elexium m. i. an. 27 sed et Iohannes eius filium porfirogenito m. i. an. 16. Petrus subdiaconus qui nominatur Maiuraro, filius quidem Stephani Callis et Maiorarii, promittit d. Iacobo ven. igumeno mona- (1108)

sterii Ss. Sergii et Bachii qui *etc.* una cum cunctas congregationes monachorum eiusdem monasterii, propter medietate iuris propria memorati monasterii de ecclesia bocabulo beate et gloriose Dei genitricis semperque virginis Marie domine nostre, que appellatur ad illu arcu , sita vero intus civitatem Neapolis in vico publico qui descendit de monasterio S. Agnelli Christi confessoris, ubi eius quiescit corpus, regione marmorata, ubi eum custodem ordinaverat; quatenus ibidem omnibus diebus vite sue omne officium sacerdotale facere debeat et pro alimoniis medietatem de omnibus rebus eiusdem ecclesie habere. Et omne quod oblatum fuerit *etc.* et si aliquod in ipsa medietate conciandum fuerit , illut facere debeat ad suum expendium et insuper omni annuo dare oblatas paria duo , unum in nativitate Domini et alium per S. pasca. Post suum transitum vero ipsa medietas ad monasterium revertat, ut continet alia similis chartula quam monasterium sibi exinde eodem die fecerat que ipse Petrus apud se habebat. Pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Petrus subdiaconus subsc. Testes : Cesarius filius d. Cesarii, Iohannes filius d. Petri et Gregorius filius d. Petri — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 743) R. N. A. M. t. V. p. 318.

(1108) **593**. Die 20 m. decembrii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Elexium m. i. an. 28, sed et Iohannes eius filio porfirogenito m. i. an. 17. Petrus qui nominatur Scintilla et Anna h. f., germani filii quidem d. Iohannis qui nominatur de Sicule et q. d. Purpure, iugalium personarum , et ipse Petrus cum voluntate Marie h. f. coniugis sue et ipsa Anna cum voluntate d. Landolfi qui nominatur Carituro posterioris viri sui, offerunt et tradunt d. Petro humili abbati monasterii Ss. Seberini et Sossii ubi *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii omnes portiones eorum , que iam fuit portio de memorata genitrice eorum, de integras quatuor camporas de terra hiam propria memorati monasterii, posita intus arcora et foris arcora dudum aqueductus et sunt campesis una cum introitas et anditas *etc.* primum campum nominatur at decibilum at S. Grisantum qui modo distructum est , et est intus memoratum campum, et coheret sibi de uno latere parte meridiana rium qui vocatur de silice, at vero alio latere parte septentrionis sunt ipsa arcora et illa forma, de uno capite via qui pergit at Somma, at vero alio capite terra heredum q. Theodonande; secundum campum, qui nominatur at tabula situm foris memorata arcora, et coheret sibi de uno latere parte orientis fune de illi Athalarici, at vero alio latere parte occidentis fune (1) de illi Trimula et de illi Morfissa, et de uno capite parte septentrionis via publica que pergit at Cimiterium, at vero alio capite parte meridiana est illa fune trabersa heredes q. Leontu ; tertium campum ibi ipsum at tabula et est trabersum coheret sibi de uno latere parte septemtrionis memorata fune iamdictum Leontum, at vero alio latere parte meridiana fune heredum q. d. Marie, de uno capite parte occidentis sunt ipsa arcora, at vero alio capite parte orientis est fine (*sic*) de Paccianu ; quartum campum iam proprium memorati monasterii nominatur ad ille fosse, et

(1) Sic in membrana heic et deinceps tum in hoc instr. tum etiam in alio infra n. 605 adnotato.

coheret sibi de uno latere ribu qui nominatur silice, de alio latere terra de illi Caracculi, de uno capite via, de alio capite . Iterum offerunt et tradunt omnes portiones que eis pertinent de ecclesia bocabulo S. Marie que vocatur at Mascatura, et de campum ubi est memorata ecclesia qui modo distructa est, insimul iam proprium memorati monasterii et positum ibi ipsum da intus iusta memorata arcora cum domubus et griptis distructis qui ibidem sunt intus memorata terra, et cum quantum eis pertinet de piscinis distructis, et de omnes frabicas qui intus memorata sunt et cum biis *etc.* et cum omnibus dationibus et censu qui de memorata ecclesia exire debeat, et licentiam habeat memoratam ecclesiam et memoratas fabricas conciare et edificare. De quibus *etc.* Insuper omni tempore promittunt ipsum monasterium antestare et defensare in omnibus hostendentes posteri eiusdem monasterii sex chartulas membrana scriptas, que aput ipsum remiserunt, pro monasterii defensione. Prima vero chartula est laborationis que fecerunt Martinus qui nominatur Picziubonum filius q. Iohannis et Stephanus qui nominatur Malara filius q. Stephani, abitatores de loco qui nominatur Porclanum, at d. Petro et d. Leoni et d. Anna h. f. germanis filiis q. d. Iohannis Cofinelli; secunda chartula est terraticalis que fecerunt Andrea et Leone, germani filii q. Stephani primicerii et Iohannes filius q. Leonis et Stephanus filius q. Iohannis, hoc est germani seu nepotes et parentes commanentes in loco, qui nominatur Trentula quod est at Caba, at d. Iohanne filio q. d. Petri; tertia chartula, que fecit Stephanus qui nominatur Septimino, filius q. d. Aligerni postmodum vero monachi at Iohanne et Leone germanis qui vocatur Coctiicati, filiis q. idem Iohannis Coctiicati et at Petro filio q. Petri Coctiicati, abitatoribus in loco qui nominatur Fundora situm at casa greci quod est at Porclanum foris flubeum; quarta chartula que fecerunt Gregorius primicerius et Leone seu Iohannes et Petrus, uterini germani filii q. Martini primicerii qui nominatur Perna, abitatores in loco, qui vocatur Capitinianum at S. Sergium que est foris flubeum, at d. Petro et d. Iohanne seu d. Anne h. f. germanis filiis q. d. Iohannis Cofinelli pro vice illorum et pro vice de . . . . . at d. Marino germano illorum simul et cum voluntate d. Marende genitrice illorum, et ipsa d. Anna cum voluntate d. Gregorii Buccapictula viri sui; quinta chartula que de memorata ecclesia fecit Iohannes negotiatore, filius q. Ursi Amalfitani qui nominatur de Sagiviniticam, at memoratis prothiis et abiis eorum; sexta vero chartula est infiduciationis de 5. modia de terra de foris arcora que fecit memoratus Stephanus qui nominatur Septiminus, filius q. Aligerni at d. Iohanne Cofinello abio eorum, cui ipse defisus erat, at relegendum et fine faciendum. Verumtamen per hanc chartulam ipse abbas firmat ut si memoratus genitor eorum sive vita sua vel ad suum transitum rem omnem facere voluerit, eum monachum facere et abere debeat, similiter et si at suum transitum sive monachum se facere voluerit aut si antea eum mors preoccupaberit, tunc at suum transitum eum recipere et intus memorato monasterio sepellire debeat inbicę monachi sicut ceteri monachi; set ipsa Anna medietatem de omnibus offeruit, pro eo quod ipse abbas nomina eorum et genitorum et de memorata conius et viribus eorum et de q. Anna filia et nepoti eorum scripserunt inbice

monachi. Si quis autem *etc.*; et pena statuta in auri sol. 100 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus memoratas personas. Petrus subscripsit. Testes: Iohannes filius d. Gregorii, Iohannes filius d. Iohannis, et Iohannes Curialis. — R. N. A. M. t. V, p. 320.

(1109) **594**. Die 7 m. septembrii ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Elexium m. i. an. 29, sed et Iohannes eius filio porfirogenito m. i. an. 18. Petrus humilis abbas monasterii Ss. Seberini et Sossii ubi *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii promittit Astavile et Petro seu Ademari quamque Boni Iohannes, germanis filiis q. Petri presbyteri qui vocatur Criberum, abitatoribus de loco qui nominatur Sabiana, et ad illu portu, territorio Cimitirense, propter integra una petia de terra de integrum campum maiore monasterii posito in memorato loco iuxta illu fossatu betere publici una cum arboribus *etc.* coherentem sibi ab uno latere est bia publici que nominatur de S. Iasone et abet ibidem de longitudine passi 120, et de alio latere est alia via publici que vadit at Parcaranum et abet ibidem de longitudine passi 88 et a foris est terra quam tenet Rofreda de memorato loco Sabiana et de consortibus suis, et de uno capite est alia terra monasterii quam allaborandum detinent Iohaquinto et Petro presbytero, filii q. Magi de Argenta de memorato loco, seu et terra monasterii quam tenet Iohanne Fasulo et abet ibidem de latitudine passi 85, et de alio capite est integrum campu monasterii et fundum, qui dicitur ad ille Carectine que in sua abbas reservavit potestate, qualiter badit usque ad illa sella memorati monasterii, et abet ibidem de latitudine passi 70 quam petiam de terra dedit ipsis et heredibus eorum ad tenendum seu allaborandum seu pastenandum, in eo tenore *etc.*, et pro giro in giro at sepis serrare, et seminatum dividere in partes, unde memoratum monasterium tollere debeat parte et ipsi germani partes et dum metuerint unam personam nutrire; vinum vero mundum at palmentum dividere per medietatem, et illut portare ad illam obedientiam monasterii de memorato loco ubi est ecclesia S. Pauline, et duas personas cum vindemiaverint nutrire ad campum et ad palmentum et per omnem palmentum dare ana singulos pullos bonos. Saccapanna vero sit in eorum potestate, et si fructoras ibidem abuerint per medietatem dividere debeant et pena in auri sol. . . . . . byth. Scriptum per Gregorium Curialem; Petrus humillimus abbas subscripsit . . . . . presbyter et monachus *item*... subscripsit (*desunt vero testes et complementum Curialis*).— R. N. A. M. t. V, p. 333.

(1109) **595**. Die 22 m. octobrii ind. III. Neapoli. Imperante . . . . (*Alexio m. i. an. 29, sed et Iohanne*) eius filio porfirogenito m. i. an. 18. . . . . . testamentum condit et distributores instituit Maroctam, Marinum, Gregorium et Golia . . . . . et legat pro anima sua auri solidos 50 voni diricti de Amalfi de tari ana quatuor tari per solidum. Item legat quamdam terram positam in loco qui nominatur Lanzata. Item legat portionem suam quam habet in Insula Procidana. Item legat integrum arcum suum antiquum qui vocatur Cabredatum et abet filia nomine Galiane; sed nihil potest colligi quia totum consumptum et corrosum. — *Notam. instr. S. Gregorii*, n. 531.

Alexio et Iohanne impp. a. 1110.

596. Die 28 m. ianuarii ind. VIII (III) *Neapoli.* Imperante d. n. Alexio m. i. an. 29 sed et *Iohanne* m. i. eius filio an. 18. Domnus Petro, officiator ecclesie S. Iohannis ecclesie *(catholice)* maioris, filio q. Iohannis promisit d. Iohanni preclarissimo medico et ven. abbas S. Salvatoris de insula maris propter integram ecclesiam iuris eiusdem monasterii vocabulo Ss. Sergii et Bacchi, que dicitur de illi Pappacarne, que sita esse videtur in vico qui nominatur senarino, regione Furcillense, una cum omnibus domibus et cellis ipsius ecclesie pertinentes et cum due petie de terra in loco Cave , iterum pertinentiis ipsius monasterii; fines sunt hii vid. cum terra S. Thome ad Capuana et cum rio et alia terra ipsius ecclesie S. Pauli , et ipsa alia petia de terra est iuxta viam publicam et cum terra suprascripte ecclesie que in sua reservavit potestatem et si qui alii sunt confines — *Catastum S. Petri ad Castellum,* n. 112 Cf. CHIARITO, *O. c.* p. 208. (1110)

597. Die 1 m. februari ind. III. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 29 sed et Iohannes porfirogenito eius filio m. i. an. 18. (1) Iohannes qui nominatur Buccatorio et Petrus germani filii q. d. Iohannis et q. d. Marie h. f. iugalium personarum petunt a d. Iohanne preclarissimo medico et monacho ven. monasterii Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi et a cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii ut eis et uni ex filiis eorum locare coniunte iubeat pro annis continuis 29 a die calendarum februarii presentis indictionis usque in pridie calendas easdem terram vacuam positam foris istius civitatis et intus illum moricinum pictulum (2) parte occidentis et iusta una de illis ypotecis monasterii parte septentrionis que abbas in sua reservavit potestate cum camera fravita iterum monasterii et cum aheribus *etc.* ita ut potestatem aveant ibidem alium edificium inferius et superius facere et avere , qualiter mostrant illum cantus de illi pariete de memorata ipotheca que est in parte septentrionis et qualiter badit et monstrat ipse cantus rectum ante se in ipsa septentrionalis parte usque illu cantum de illa porta maiore qui est in memoratum moricinum et exiet foris in ipsum moricinum in parte orientis et da inde revolbit et badit in da ipsa orientalis parte rectum in memorato cantum de iamdicta porta; ipse vero cantus qui est a parte meridiana, est da intus hec finis que superius dicimus in parte orientis usque in memoratum moricinum , et desuper ipsum moricinum, et da currente ipsa fine que monstrant et badit in memoratum cantum de memorata porta maiore in da parte meridie usque at memoratum pariete de memorata ypoteca; ita memorati germani tenendi et meliorandi in omnibus, et obstraga (3) et tectum edificandi at eorum expensa et lavore promittunt, etiam et in pensione domnica nihil reputant; et stantes anni continui 29 prestituri sunt in omni anno in rationibus ipsius monasterii sine aliqua mora per actionarium, qui prefuerit, pensionis nomine in fe- (1110)

(1) In hac membrana, ex qua formam libelli apud nos usitatam discimus , id singulare notandum est , quod notae chronologicae, quae alibi in initio post solitam invocationem Domini semper inscriptae sunt, heic in fine ante poenam pro contraventoribus statutam et ante signum manus germanorum qui libellum faciunt, inveniuntur.

(2) De Moricino vel muricino, et Moricino pictulo alibi dicam.

(3) Minus recte in editis heic legitur: *et in omnibus traga,* quod nullam significatione habet. Alibi melius *obstraco,* vel *astraco.*

bruario mense olei starium at sextarium iustum. Post vero completum ita tenorem libellorum dare monasterio promittunt calciarium auri tari duo voni de Amalfi diricti et pesanti vel de quale monete de tari tunc andaverit et lacium renobentes eis et eorum heredibus et pena in auri libras tres byth. (*Deinde sic concludunt*): Unde petimus vestre dominationis ut unu ex duobus libelli at vobis obbligatis uno tenore conscripto et manu vestra propria subscripturi nobis tradere iubeatis ut dum consecuti fuerimus agamus Deo et vobis massima gratia. Imperante d. n. *etc.* quia ita nobis stetit pena in auri sol. 100 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memorati germani. Testes: Petrus Curialis, Petrus filius d. Iohannis, et Sergius scriniarius. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 364); Pergam. cit. vol. IX. n. 278 R. N. A. M. t. V, p. 342.

(1110) **598**. Die 16 m. martii. ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 29; sed et Iohanne porfilogenito m. i. eius filio an. 18. Anna filia d. Gregorii Spadari et d. Purpure, iugalium, relicte d. Petri langobardi Capuani qui nominatur de domno . . . Capuano, vendit et tradit Gregorio qui nominatur Bulpicella, filio d. Manxi qui iterum Bulpicella vocabatur, quemdam cellarium constitutum subtus domus d. Sicelgarde thie sue, que fuit d. Sicelgarde filie d. Marini Spadari thii sui, redicte d. Sergii de domno Constantino et fuit etiam d. Iohannis de domno Niceta similiter thii sui; et coheret cum hortu monasterii S. Pantaleonis et cum horticello dicti d. Sergii Bulpicelle et cum domibus ecclesie S. Ianuari in Diaconia pro pretio auri sol. 35 de tari ana quatuor tari per solidum boni de Amalfi diricti et pesanti. Actum per Iohannem Curialem et testes sunt Sergius filius d. Sergii, Marinus filius d. Cesarii, et Iohannes filius d. Gregorii. — *Notam. instr. S. Gregorii*, n. 145.

(1110) **599**. Die 1 m. augusti ind. III. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 29 sed et d. n. Alexio (*Iohanne*) . . . Sparanus clericus canonicus ecclesie S. Fortunate, que est in bico publico qui dicitur granci, regionis Furcillensis, filius q. Iohannis subdiaconi *filii* q. d. Sparani presbiteri et q. Gemme, iugalium, ipse autem Sparanus clericus com consensu d. Marocte coniugis sue, vendit (*et tradit*) d. Petro ven. diacono S. Sedis Neap. ecclesie cognomento Caraczulo, rectori monasterii et hospitalis S. Georgii catholice maioris, quod est ecclesia Seberiana, filio q. d. Landulfi Caraczuli, postmodum vero monachi et q. d. Anne Gaietane, postmodum itidem monache, iugalium, petiam de terra que nominatur terrarotunda ad campum maiore, posita in loco qui nominatur Artianum, et intus locum quod nominatur Porcianum, que terra pertinet sibi ex genitore suo, et memorato genitori suo pertinuit de parte parentorum suorum per chartulam, quam fecit dispositum q. Iohannes Cesarius (*filius*) q. Aligerni Cesarii. Ipse vero Iohannes cum consensu d. Anne filie memorati Aligerni Cesarii, coniugis de Gregorio Curiali ad nomen Petri Fusari q. Cirisali et Lucie, iugalium, socceris memorati Iohannis per chartulam comparationis, quam fecerunt memorato Petro Fusario . . . . memorati Iohannis filio q. . . . . . . habitatoribus in memorato loco qui nominatur Squillaci; que terra est per hos fines, a parte septentrionis est terra S. Marie pertinentis ad ipsum hospitale, que terra fuit de d. Sergio Iudice, filio q. d. Gregorii Comitemaurone, et de d. Argio qui no-

Alexio et Iohanne impp. a. 1111.

minatur Birticillo, pro pretio solidorum auri 40. Rogatum per manum Cesarii Curialis, in quo testes Petrus filius d. Sergi, Marinus filius d. Cesarii — *Notam. script. S. Georgii maioris* ap. TUTINI. Ms. f. 42.

600. Die 20 m. februarii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 30 sed (1111) et (*Iohanne*) porfirogenito eius filio m. i. an. 19. Anna filia quidem d. Stephani clerici, cum consensu d. Marini qui nominatur Cozzu viri sui, propter quod Sergio qui nominatur de David nepoti suo filio quidam d. Petri Çurialis qui iterum de David vocabatur et quedam Gaete germane sue, iugalium, fuerunt ei dati auri solid. 15 de tari ana quatuor de tari per solidum diricti boni de Amalfi pesanti, propterea tradit et concedit ei petiam de terra positam in loco . . . . et coheret cum terra de illo qui nominatur de Sirrento. Actum per Stefanum Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 93.

601. Die 4 m. hoctubrii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Elexium m. i. an. 31 sed (1111) et Iohannis eius filio porfirogenito m. i. an. 20. Horta est itaque intentio inter Petrum, qui nominatur Scintilla, filium q. d. Iohannis et q. d. Marie h. f., iugalium personarum, et d. Iacobum ven. igumenum monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* una cum cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii de intentione quam inter eos abuerunt. Unde ipse igumenus quesiverat memoratum Petrum dicendo quod tulisset et tollere fecisset de illa terra de illu casale monasterii positum vero actone et nonnaria et at romani dicitur, quod est foris flubeum, et iunxisset illud ad illa clusuricella de terra, que ibi est a parte orientis in qua est ecclesia S. Marie, *que appellatur* Hallassamanica iuris memorati monasterii, que insimul ipse Petrus detinebat in beneficio de iamdicta ecclesia . . . pars vero Petri dicebat ut non exet veritas. De qua multa haltercatione exinde inter eos abuerunt et ambe partes perrexerunt ibidem super cum iudices publici, quos ad iudicandum portaverunt, et iudicatum est inter eos oc iudicium hut unu fammulu monasterii iurare et dicere ut sicut esset fine inter memoratum casale et memorata clusuricella, quomodo mostrant illi quatuor termines qui modo ibidem monasterium fissit, et ipse Petrus poneret exinde monasterio chartulam securitatis. Et quia in presenti recepit ab ipso fammulo memoratum sacramentum dicente ut superius, ipse Petrus definivit cum monasterio in omnibus; et amodo et semper numquam presummet monasterium querere aut molestare de memorato casale et eius pertinentibus, set omni tempore fiat fine quommodo memorati termines exfinat; primo termine qui est fictus a parte meridie in capite de illu egripum qui est in capite de illu rium monasterii qui appellatur de funtana et qualiter monstrat in secundo et tertio termine et in ipso quarto termine, qui fixus erat in illa caba que ibi est a parte septentrionis et exere debeat ipsa clusuricella per mensurata parte meridie qualiter badit de super ipsu egripu passi 20, qualiter incipit da ipso primo termine et badit in da illa caba, et a parte orientis qualiter badit super illu egripum qui est super ipsa caba qualiter revolvendo abet passi 40, et a parte septentrionis abire at pictia, et a parte occidentis est memoratum casale et abet ibidem passi 49 et in media loca est memorata clusuricella qualiter badit in pariete de memorata ecclesia qui est da parte

Alexio et Iohanne impp. a. 1112.

meridiana rectum usque at memoratum casalem passi 15 mensurati *etc.* Coheret sibi a parte orientis memorata clusuricella et a parte meridie rium de fontana et a parte septentrionis est bia publici seum et memorata caba et a foris terras et fundora monasterii et a parte occidentis usque at scapolis et rioras et at terras monasterii, in quo abet illa olibeta obedientie S. Basilii usque ad illam obedientiam Ss. Seberini et Sossii; pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus Petri Scintilla. Testes: Petrus .-. . . . (*Reliquum, quoad testes, in membrana evanuit*) — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1959). R. N. A. M. t. V, p. 343.

(1112) **602.** Die 11 m. ianuarii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 32, sed et Iohannem eius filio porfirogenito m. i. an. 22. Gregorius qui nominatur Ipato et Sergio diaconus qui nominatur Ipato, germani filii q. d. Gregorii . . . . . postmodum vero monachi et q. d. Anne h. f. que fuit filia q. Gregorii Cofinelli, iugalium personarum, pro Dei omnipotentis amore *etc.* sed et propter quod . . . . . offerunt et tradunt d. Petro ven. abbati monasterii Ss. Seberini et Sossii ubi *etc.* et at cunctas congregationes monachorum eiusdem monasterii omnes portiones eorum sibi pertinentes de memorata genitrice eorum et huic per memoratum genitorem suum abium eorum; hunde ipsi Gregorio pertinent partes due, una pro portione sua, et alia pro portione Iohannis germani sui per chartulam comparationis que aput se abet, et ipsi Sergio alia una portione, quod est tertia, de campis de terra posita intus arcora et foris arcora dudum aqueductus et ante . . . partis una cum introitas et anditas et cum vias earum et cum arcoras et subc . . . ille et forme ex ipsa arcoras et cum parietinis et fabrice ipse turre; primum campum nominatur at decivile at S. Grisantum qui intus memoratum campum est, et coheret sibi de uno latere parte meridiana rium qui nominatur de silice, et de alio latere parte septentrionis sunt ipsa arcora et ille forme . . . . . via que dicitur summise, et alio capite . . . . . q. d. Theodonande: 2. campum qui nominatur at tabula situm foris arcora, et coheret sibi de uno latere parte orientis fune de illi Athalarici, at vero alio latere parte occidentis fune de illi Tristula et de illi Morfissa, de uno capite parte septentrionis via qui pergit at Cimiterium, at vero alio capite parte meridiana fune traversa heredes q. Leontum: 3. campum ibi ipsum et est traversum habet de uno latere parte septentrionis iamdicta fune Leontum, at alio latere parte meridiana fune heredes q. d. Marie, de uno capite parte occidentis sunt ipsa arcora, at vero alio capite parte orientis est fine de paccianum: 4. campum ad ille fosse de uno latere est ribum de silice, et de alio latere terra de illi Caracculi, de uno capite via et de alio capite terra Iterum offerunt et tradunt omnes portiones eorum de integra ecclesia S. Marie, que vocatur at mascatura qui ad illa quinta dicitur, et de campo ubi est memorata ecclesia, quam monasterium noviter edificavit cum omnibus *etc.* insimul iam proprium monasterii positum ibi ipsum da intus iusta memorata arcora una cum domibus et griptis distructis *etc.* et licentiam abeant memoratam ecclesiam et fabrices conciare *etc.* Si quis autem *etc.* sub anathematis *etc.*; et pena compositionis in auri sol. 300 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem, Sergius diaconus subscripsit. Testes: Pe-

trus filius d. Iohannis, Sergius Curialis et Iohannes filius d. Stefani — R. N. A. M. t. V, 348.

603. Die 1 m. februarii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 31, sed et Iohanne porfilogenito m. i. eius filio an. 20. Sergius, qui nominatur Bulpicella filius quidem d. Iohannis, qui iterum Bulpicella bocabatur, cum consensu Sicelgarde coniugis sue vendit et tradit d. Rigale abbatisse monasterii S. Pantaleoni et S. Gregorii maioris ancillarum Dei, domum positam intus hanc civitatem Neapolis in platea publica que nominatur nustriana, regione Furcillense, et coheret dicta domus cum domu d. Sicelgarde filie d. Marini Spadari, relicta d. Sergii de domno Constantino, quam domum emit vigore diversarum chartarum vid. a Iohanne et Cesario et Theodonanda filiis d. Sergii, a Rosa filia d. Sparani qui dicebatur Trofa et Rosa filia d. Gregorii, et a Marenda filia d. Cesarei qui cognominabatur Trofa, a d. Iohanne qui cognominabatur Bulpicella filio d. Stefani qui dicebatur Cacciottoli. Item emit a Tamara filia d. Petri qui cognominabatur Arcuccia, coniuge d. Sergii Amalfitani qui dicebatur de domna Purpura et a Mara filia dicti d. Petri qui cognominabatur Arcuccia, coniuge predicti d. Sergii Amalfitani qui dicebatur de domna Purpura, nomine dicti Iohannis cognomento Bulpicella filii dicti d. Stephani Cacciottoli, et coheret dicta domus cum domibus predicte d. Sicelgarde filie d. Marini Spadari, cum domo dicti monasterii, cum domo Gregorii Bulpicella a parte orientis, cum habitationibus ipsius monasterii a parte occidentis, cum platea nustriana, pro pretio auri solidorum 280 de tari ana quatuor tari per solidum boni de Amalfi diricti et pesanti. Actum per Iohannem Curialem et testes sunt Iohannes filius d. Leonis, Gregorius tabularius et Sergius filius d. Sergii. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 200. (1112)

604. Die 20 m. martii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 31, sed et Iohannis eius filio porfirogenito m. i. an. 20. Stephanus et Petrus germani S. Neapolitane ecclesie, filii quidam d. Scictino presbiteri qui vocatur Tessitore memorate Neapol. ecclesie et quedam Maria, hoc est domino et serbiente, abitatores de loco qui nominatur Malitu maiore, promittunt d. Iacobo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* una cum cunctas congregationes monachorum eiusdem monasterii propter campum de terra, que vocatur ad ara murata que est campise, positum in memorato loco, iuris proprium ecclesie bocabulo b.^{mi} Nicolai Christi (1) confessoris qui edificatum est intus obedientiam monasterii de memorato loco Malitu maiore, ubi memoratum genitorem eorum hordinatum abet custoditore, una cum introitu qualiter venit de bia publica que est iusta illu campu qui vocatur ad illu aspru parte meridiana, et coheret at memoratum campum (1112)

(1) Hanc ecclesiam saeculo superiori monasterium S. Sebastiani obtinuerat. Anno enim 1074 vicesimoquarto regnante d. Ricardo per ligurie campanie tellus comitatum atque principatum Capue cum d. Iordano filio eius gloriosi francorum atque langobardorum principibus mense aprilis XII ind. Aldoynus franco unus ex militibus aversani videns *se* habere fegus beneficii a partibus prefati principibus pro partibus *sue* militie. . . . per consensum et largietatem *sui* seniori gloriosi principibus reddidit atque tradidit per manum d. Stephani igumeni de monasterio S. Sebastiani . . . et in suo sancto cenobio integra ecclesia S. Nicolay que constructa adesse videtur in loco Malito cum omnibus *etc.* et scribere rogavit Petrum in aversane curie. V. R. N. A. M. t. V, p. 63.

de uno latere terra quam detinunt homines de loco qui nominatur S. Anthimu, sicut terminis exfinat qui est da parte orientis et abet ibidem de longitudine passi 120, et de alio latere parte occidentis est terra que detinunt homines de ipso loco S. Anthimum et abet ibidem de longitudine passi 117, de uno capite parte meridiana est memoratum campu ad ipsu Aspru per qua ipsa via abent et abet de latitudine passi 70, et de alio capite parte septentrionis item terra que detinunt illi de S. Anthimu et abet ibidem de latitudine passi 52 mensurati ad passum ferreum *etc.*; quem campum ipsis germanis dederat at pastenandum seu laborandum. In eo enim tenore quatenus illum arare *etc.* et omne quolibet de inferius et superius in ipso fecerint per omnem annum dividere debeant cum sacerdote custode eiusdem ecclesie per medietatem, et dum metierint et scugnaverint unam personam et dum bindemiaverint duas enutrire debeant; vinum vero at bibendum et untu pro condiendum ad ipsis operariis de communi exire debeat; vinum mundum et saccapanna *etc.* etiam et omni annuo hocto die ante festivitatem S. Sebastiani dare tari duos auri boni de Amalfi diricti et pesanti vel de moneta que tunc per istam civitatem handaberit et non habeant licentiam memoratum campum inter eos dividere, et nec exinde vendere vel infiduciare aut pignus ponere, et nullatenus ipsa congregatio aut ipsa ecclesia presumment memoratum campum eis tollere, et, dum in oc placito laboraverint eos defendere debeant. Verumtamen stetit ut si de ipsis germanis non remanserit proprius heres vel si ipsi aut heredes eorum memoratis omnibus non adimpleverint, vel si de memorato loco Malitu exierint, tunc memoratum campum ad monasterium revertat sic liberum quomodo illut ipse igumenus atsignavit asque angara et data et qualicumque fidantia. Pena in auri sol. 50 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus memoratis germanis. Testes: Leo filius d. Leoni, Iohannes filius d. Gregorii et Iohannes scriniarius. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1032). R. N. A. M. t. V, p. 352.

(1112) **605.** Die 2 m. augusti ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 31, sed et Iohanne porfirogenito eius filio m. i. an. 20. Landolfus filius q. Iohannis qui nominatur de . . . . . qui fuit de Pontelandulfo et Altruda, coniuges, promittunt d. Marie abbatisse monasterii Ss. Marcellini et Petri, propter quod dedit eis duas griptas pertinentes dicto monasterio, una secus aliam constitutas subter solarium dicti monasterii, positas intus civitatem Neapolis super patruschana, regionis Portenobensis, iuxta alias griptas dicti monasterii, ad pensionem pro annis 16, in quibus dicti coniuges expenderunt ad resarciendum griptas easdem auri solidos 12 boni de Amalfi diricti et pisanti ana quatuor tari per solidum; et si post dictum terminum ipsi coniuges voluerint continuare tenutam dictarum griptarum teneantur solvere pensionem dicto monasterio ad rationem tari quatuor de Amalfi quolibet anno. Actum per manus Cesarii scriptoris discipuli d. Gregorii tabularii et testes sunt Sergius filius d. Sergii et Sergius scriptor. — *Notam. instr. S. Marcellini*, p. 196.

(1113) **606.** Die 20 m. martii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 32, sed et Iohannes porfirogenito eius filio m. i. an. 21. Visus itaque fuit Petro qui nominatur

de Magi filio q. Iohannis diaconi comparare per chartulam comparationis sua que fuit facta. . . . . mensis decembrii in ista sexta indictione in auri tari 27 voni de Amalfi diricti et pesanti da d. Iacobo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* una cum cunctas congregationes monachorum eiusdem monasterii orticellum illorum, qui ante domu edificata fuit, positum intus hanc civitatem Neapolis in curte commune de monasterio et de aliis consortibus et intus portam et trasendam communem de illa domu et ortu, quem at libellaticum datum avet et super ipsa porta et iamdicta. . . . . distructa illorum in vicum publicum, qui pergit . . . . regione arco cabredato, pertinentes ad eis per comparatum per chartula comparationis illorum . . . . filiis q. Gregorii qui nominatur Maiorino et q. , iugalium personarum, ipsa autem cum voluntate Ursi . . . que ipsa chartula illa aput ipsum, Petrum se remisit, et coheret a parte orientis ortum illorum memorati monasterii, ubi est pischina quem ei datum fuit at libellaticum, sicut inter se signata cruce exfinat, et a parte occidentis est ortum maiore eiusdem monasterii, a parte meridiana est domu distructa de ecclesia S. Agathe iuris memorati monasterii, sicuti inter se parietina exfinat, et a parte septentrionis est orticello memorate Marie, Maiorine, sicut inter se pariete comune et astraco commune exfinat, et in memorato orticello que sibi vendiderunt absque introitum; . . . . . deverent da memorata curte commune per memorata porta, trasenda et ortu die noctuque cum omni sua utilitate . . . et potestatem avere ipse et heredes eius illos edificare et domos facere et in memorata curte sunt gradis communes et ballatorium de illorum monasterio et de qui ascendunt at memorata domu distructa que ipse sibi at libellaticum datum avet; etiam et iusta memoratum ballatorium parte meridiana abet regia memorati monasterii. De qua benit Marinus filius q. b. m. d. Landolfi senatori, qui fuit dux civitatis Caiete et contrastit memorato Petro dicendo: ut nequaquam non baluisset illut agere pro illum dicima octaba die per iacium de illi defisi, eo quod memorata Maria que illut venumdedit memorato d. Iacobo et Bilocta vir suus defunti erant et ideo volebat illum da ipso Petro recolligere ut esset apretiatum a christianis viris. Et multa intentio inter eos fuit ante iudices publicos et iudicatum fuit inter eos: ut ipse Petrus de Magi illut daret per appretiatum; et quia ibique supra portaverunt ipsos appretiatores et appretiaverunt . . . . . auri tari 20 boni de Amalfi, et ipse Marinus in presentis illos dedit et ipse Petrus aput se abet. Proinde ipse Petrus diaconus per hanc chartulam dat et tradit memorato d. Marino filio memorati d. Landolfi dictum orticellum et remittit chartulam comparationis suam et illum antestare et defendere *etc.* Pena in auri sol. 10 byth. Scriptum et actum per Iohannem primarium. Petrus diaconus subscripsit. Testes: Cesarius scriniarius, Gregorius filius d. Sergii, Gregorius filius d. Iohannis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1330). R. N. A. M. t. V, p. 364.

607. Die 8 m. magii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 33, sed et Iohannes porfirogenito eius filio m. i. an. 21 Marino filio q. . . . . . et dux civitatis Caiete per absolutionem gloriose potestatis d. Iohannis in Dei nomine etminentissimus consul et dux atque Domini gratia magister militum et imperiali Protosebasto exadelfo ger- (1113)

mano suo et secum abendo abbocatore d. Iohanne qui nominatur de Acerre filio q. d. Bernardi qui fuit comite de Sessula et de Acerre, quem ipsa gloriosa potestas ei abbocatorem dedit propter quod non est perductus in legitima etate, recipit a Stephano Ipsabro qui nominatur Pulderico et Theodora, oc est iugales, filio et nurua q. d. Stephani Pulderico, et Stephano qui nominatur Castrato et Maria, oc est iugales, filio et nurua q. Petri, idest auri tari 20 voni *etc.* de Amalfi, quos ipse dedit et recollisit da quidem Petro diacono qui nominatur de Maio filio q. idem Magii, idest integrum orticellum qui ante domus fuit, quem ipse Marinus ad eum legibus vicit, unde ipse Petrus sibi chartula recitatiba fecit, positum vero intus hanc civitatem Neapolis intus trasenda et anditum commune qui exiat in platea publica, qui pertinet at illa porta qui dicitur de domino Urso tata et pro auri tari quos ipse ut super legitur accepit, insimul una cum aheribus *etc.* in eo tenore: quatenus illum avere et detinere seum frugiare debeat usque in constitutum bandi duos annos et si infra ipsum constitutum benerit quidem Iohannes qui nominatur Maiorinum, defiso suo, filio de Ubulocta et Maria Maiorina, simul defisi sui, et ipsis Stephano Ipsabro et Stephano Castrato eorumque heredibus dare voluerit auri tari 24 boni de Amalfi illos recipere et ipsum orticellum reddere deveant cum ista chartula; si vero usque in constitutum iamdictos duos annos expletos non benerit ipse Iohannes aut non voluerit dare memoratos tari, tunc ipsi in omne transacto avere deveant memoratum orticellum et ibidem licentiam habeant edificare et domos facere; et est coniunctu ipsum ortum a tribus partibus iusta domu et ortum nominate ecclesie S. Sebastiani, a quarta parte est domus de memorata Maria Maiorina per quam introitum avere deveant. Pena in auri sol. 10 byth. Scriptum et actum per Iohannem primarium. Signum manus memorati Marini per absolutione memorati duci et secum abendo memorato abbocatore. Et hoc memorati sunt ut illis gradi non sunt communes, set sunt propriis de ipsum que dedit. Testes: Gregorius filius d. Sergii per absolutione *etc.* *alius* Gregorius *item* et Iohannes filius d. Gregorii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1328). R. N. A. M. t. V, p. 368.

(1113) **608**. Die 9 m. octubri ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 33, sed et Iohannes eius filio porfirogenito m. i. an. 21. Benedicto et Aloara, hoc est iugales, filio et nurua quidam Denolfi qui fuit monachus petunt a ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* ipse autem una cum cunctas congregationes monachorum eiusdem monasterii ut ipsis et uni ex aliis eorum locare et committere iubeant campum de terra qui est totu campise absque pastinum vel arbustum positum in loco qui nominatur Secundilianum una cum introitas *etc.* et coheret ha parte orientis bia publica et abet ibidem de longitudine passi et a parte occidentis est terra monasteri S. Ianuarii maioris situ foris at corpus et abet ibidem de longitudine passi et a parte meridiana est terra de Iohanne qui nominatur de Argutu et de aliis qui ibidem at fine sunt et abet ibidem de latitudine passi et a parte septentrionis terra ecclesie S. . . . . . . etiam et ipsi facere et fabrire in intus ipso campo palmentum cum susceptorio suo. Et promittunt dictum campum pastenare et meliorare

Alexio et Iohanne impp. a. 1113-1114.

pro annis continuis 29 a die calendarum octubriarum presentis indictionis, et usque in pridias calendas easdem: etiam et in pensione domnica monasterium nichili reputaret, et pro singulis quibusque annis dare in rationibus monasterii, per actionarium qui prefuerit, pensione auri tari 10 boni de Amalfi vel de moneta que tunc per ista civitate andaberit vel de hea auri tari 5, qualiter monasterio placuerit octo dies hante festivitatem S. Sebastiani. Post vero completa annositatem horum libellorum dare debeant monasterio calciarium auri tari 6 boni de Amalfi *etc.* et monasterium renovabit presentes os libellos. Qui autem contra fidem eorum venire tentaberit ante ingressum litis dare repromittit auri libras 3 byth. Unde petunt ipsam dominationem ut unus ex duobus libellis uno tenore conscriptis et manu propria igumeni et monachorum subscripturis ipsi contra dare iubeat ut dum consecuti fuerit agant domino et ipso igumeno maximas gratias. Verumtamen per hanc chartulam ipsi coniuges promittunt memoratum campum nunquam de memorato monasterio extraneare. Pena in auri sol. 150 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem et prothonotarium. Signum manus memorati iugalis. Subscribunt ηγοῦμενος χαησβος ταπινος i. e. *igumenus Caisbos humilis*, παχουνὶος μοναχος, i. e. *Pacunius monachus*, γειρασὶμος μοναχος, i. e. *Gerasimus monachus*, μαρχος μοναχος, i. e. *Marcus monachus*, et Iohannes Consul et Dux et Protosevasto; Testes: Iohannes filius d. Petri; Iohannes filius d. Gregorii et Sergius Curialis.— (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1207). R. N. A. M. t. V, p. 370.

609. Die 22 m. octobris ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 33, sed et Iohanne porfirogenito m. i. eius filius an. 22. Sergius qui nominatur Bulpicella filius d. Iohannis et quedam d. Drose iugalium promittit d. Rigale abatisse monasterii S. Gregorii maioris atque Pantaleoni ancillarum Dei non molestare dictum monasterium de quadam superiori parte domus ipsius monasterii, cuius pars inferior est Gregorii Bulpicelle, que domus posita est intus hanc civitatem Neapolis in platea publica que vocatur nustriana, regione Furcillense. Actum per Gregorium tabularium. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 249. (1113)

610. Die 5 m. septembrii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 34, sed et Iohannes porfirogenito m. i. eius filio an. 23. Iohannes, qui nominatur at testa lepore, filio quidem idem Iohannis, et Eumfimia filia quidem Iohanni Greci, hoc est iugales, vendunt et tradunt Marino Consitore, filio quidem Stephani qui nominatur de presbytero Marino et q. Marie, iugalium personarum, idest integra una inferiora cella qui dicitur camminata trinea qualiter salit usque at tectu una cum eodem tectum, et terra bacua que antea domus fuit, seum et integra distructa super ipsa terra et super trasenda et anditum commune insimul qualiter vadit at illum parietem commune qui est intus memorata inferiora et intus superiora de Petro germano et cognato eorum qui ibi est a parte orientis, et in memoratum parietem est arcu commune, per qua subtus ipsum arcum badit anditum commune, insimul positum intus anc civitatem Neapolis intus porta et porticum insimul commune qui est iuxta platea publica que nominatur atrense, regione Nilo, una cum aheribus *etc.* et pertinent ipsis iugalibus per chartulam com- (1114)

parationis membrana scriptam , quam ipsis fecit Trocta filia q. Petri Greci et q. Marie, iugalium personarum, ipsa autem cum consensu et voluntate Stephani qui nominatur Sitina viri sui, quam chartulam una cum alia in ipsa declarata ipsi coniuges in presenti dant et remittunt eidem Marino pro sua heredumque suorum defensione : etiam et quandoque necesse fuerit illas ostendere et mostrare debeant ad relegendum, pro eo quod in eorum reservaverunt potestate; et memorata inferiora qui dicitur caminata trinea et memorata terra bacua coheret a parte septentrionis cum domibus distructis ecclesie S. Camnioni, quomodo inter se fundamentum de parietem inruynatu exfinat, et a parte orientis est ipsa terra bacua et domu heredum d. Iohannis de domino Marino seum ex parte de memorata superiora de Petro Greco, in qua est arcu commune per quam ingredit per anditum commune , et a parte meridiana est inferiora ipsorum iugalium qui dicitur spoliaturum, que in eorum reservaverunt potestate , seu et de inferius in ex parte est memoratum anditum et aheres desuper curticella et a parte occidentis est domu qualiter pariete commune exfinat; et ipse Marinus licentiam habeat in ipsa terra bacua edificare qualiter ab antea fuit, que omnia ipsi iugales vendunt pro auri solidis 20 de tari ana quatuor per solidos de Amalfi diricti et pesanti et pena in auri sol. 40 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memoratis iugales. Testes: Iohannes filius d. Petri, Leo filius d. Leoni, et Iohannes filius d. Gregorii. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1055). R. N. A. M. t. V, p. 382.

(1114) **611.** Die 20 m. septembris ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 34, sed et Iohannes porfirogenito eius filio m. i. an. 23. Iohannes cognomento Carbania, filius d. Ursi qui iterum Carbania vocabatur, cum consensu Drose coniugi sue offert et tradit d. Rigale abbatisse monasterii S. Pantaleonis et Gregorii ancillarum Dei clusuriam de terra una cum pectia una de terra, que nominatur ad granianum, in unum coniunctas et aliam petiam terre positam in loco qui nominatur Calbeczano, que supradicta clusuria terre coheret cum terra heredis de illi qui nominatnr Comitemaurone , pectia vero de terra posita in loco Graniani coheret cum terra de illi qui nominatur Strongnuli, cum terra heredis d. Dalfine Cacapice, cum terra de illi qui nominatur Bischulusi, cum terra d. Marini Fisinella, cum terra monasterii S. Ianuarii siti foris ad corpus, cum terra ecclesie S. Pauli catholice maioris , cum terra heredis de illi qui nominatur Scannasurice. Terra vero posita in loco Calbeczani coheret cum terra Iohannis de Donatu habitatoris dicti loci. Deinde sequitur imprecatio quod si heredes sui contravenerint huic oblationi submittit eis anathematis vinculis sit obligatus et a trecentorum decem octo patrum habeat maledictioni Dei omnipotentis et a duodecim Apostolis et a viginti quatuor senioribus habeatque partem cum Anna et Caifa et cum Iuda proditore Domini nostri Iesu Christi et cum omnibus hereticis atque scismaticis et aperiatur terra et deglutiat eum sicut deglutiit Datan et Abiron et in die iudicii ante communi iudice ubi omnes assistunt recepturi de propriis factis rationibus *etc.* sit damnandus. Actum per Iohannem Curialem. — *Notam. instr. S. Gregorii*, n. 296.

Alexio et Iohanne impp. a. 1114.

612. Die 10 m. iulii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Elexium m. i. an. 34 sed et Iohannes eius filio porfirogenito m. i. an. 23. Visus itaque fuit d. Marino filio q. b. m. d. Landolfi, qui fuit Dux civitatis Caiete (1) et q. d. Inmilgla Ducissa, iugalium personarum: per absolutione gloriose potestatis d. Iohannis in Dei nomine etminentissimus Consul et Dux atque Domini gratia Magister militum et imperialis protosevasto exadelfo germano suo et una secum abendo abbocatore d. Iohanne de Acerra filio q. Bernardi qui fuit Comes de Sessula et de Acerra, quem ipsa gloriosa potestas ad eum abbocatorem dederat, eo quod ipse non est in legitimam etatem, accipere per chartulam in die octaba de magio mense ind. VI, (2) que iam preteriit, da Stephano Isabro qui nominatur Pulverico et Theodora, oc est iugalibus, et da Stephano *Marenario* . . . . . hoc est iugalibus, filio et nurua q. Petri, idest auri tari 20 boni de Amalfi quos ipse dedit et recollegit da quidam Petro diacono qui nominatur de Magi filio q. idem Magi integrum orticellum, qui antea domo edificata fuit, positum intus civitatem Neapolis in platea publica que pergit ad porta domini Ursi Tata et pro ipsis tari dedit eis memoratum orticellum insimul una cum aheribus *etc.* etiam dedit ad eis chartulam, quam fecerat memoratus Petrus diaconus, in tenore quatenus illut haberet in constitutu duos annos expletos; et si infra constitutum benisset Iohannes qui vocatur Maiorino defiso suo, filio Ubulotta et de Maria Maiurino simul defisis suis et ad eis dare volere auri tari 24 boni de Amalfi illum recipere debere, etiam et ad eis reddere ipsa chartula recitatiba; si vero non benisset memorato Iohanne aut nolere dare ipsos tari, tunc in omni transacto at memoratis iugalibus et cognatis abere debere memoratum orticellum et ibidem licentiam abeat domos edificare sicut ante abere fuit; et est coniunctu ipsu orticellu a tribus partibus cum domu et ortu monasterii S. Sebastiani et da quarta parte domum de Maria Maiorina per quam introitum abere debet. Postea vero iterum visus fuit memorato d. Marino per absolutione *etc.* secum habendo abocatore *etc.* venumdare per chartulam venditionis in die 4 de m. ianuario de ista ind. VIII in qua tunc erant, pro auri sol. 14 boni de Amalfi diricti et pesanti de tari ana 4 per sol. minus tare unum at memorato Stephano Marenario qui nominatur Castrato et at memorata Maria iugalibus, et at Theodora filia q. Stephani qui nominatur Sissano, relicta q. Stephano Pulderico, idest modica inferiora cellarii sui qui est constituta subtus inferiora illorum et de heredes memorati Stephani Pulderico, seu et orticellum memoratum qui est ante ipsa modica inferiora parte orientis posita intus memorata curte et trasenda que est iuxta memorata platea publica qui badit ad porta d. Ursitata, regione Arcocabredatu, una cum aheribus *etc.* pertinente ad eum per chartulam comparationis sua, que ad eum exinde fecit Maria defisa sua, filia q. Gregorii Maiurino et q. Marie, que fuit filia q. Petri Sissano; relicta q. memorati Ubulocta qui fuit (1114)

(1) FEDERICI, *Degl' ipati e duchi di Gaeta* p. 447. Doctus vir ex casinensi membrana et ex aliis quibusdam documentis, sibi a Hieronymo Gattula communicatis, Landolphum hunc ab a. 1092 ad a. 1100 Caietanum ducatum rexisse coniecit; nihil vero aliud de eo invenisse sibi doluit. At ex hoc instr. uxorem eius etiam et filium, nec non titulum senatoris ei datum scimus.

(2) V. supra instr. n. 607.

defiso suo; coherente at memorata modica inferiora et iam dictum orticellum qui antea domo edificata fuit de ipsis comparatoris et de ipsis heredes memorati Stephani viri de memorata Theodora, que ipse ad eis et ad memorato Stephano Pulderico venumdedit per halia chartula, et de alio latere parte septentrionis est et domum illorum et de memorati heredes Stephani Pulderici, de uno capite parte occidentis est hortu monasterii S. Sebastiani, in quo habet dossicie, de alio capite parte orientis est memoratum anditum commune, unde ipsum introitum abere debere, et licentiam et potestatem haberent ibidem domum facere et edificare qualiter ab antea fuit. Modo vero venit d. Iacobus ven. igumenus monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et quesivit memoratum Stephanum Marenarium et Mariam Sissana iugales, ac memoratam Theodoram et Petrum et Stephanum et Maroctam et Iohannem, uterinos germanos filios q. Stefani Isabrii, quos iste abuit de memorata Theodora, et ipsi germani per absolutionem gloriose potestatis d. Iohannis *etc.* et secum abendo abbocatore iamdicto domino qui nominatur de Acerra dicendo: hut non baluissent ipsi cognati tollere vel comparare memorata dua orticella cum ipsa modica inferiora da memorato d. Marino filio v. m. d. Landolfi senator et dux civitatis Gaiete per memorate chartule propter medietatem que exinde est de memorato monasterio ideo bolebant recolligere medietatem; et pars eorum dicebat ut ipsi illut comparare baluissent. De qua multa altercatione abuerunt et perrexerunt in publici at legem et ibidem ostense et relecte fuerunt memorate due chartule et alia una venditionis, que fecit Sergius qui nominatur Pentiulu filius q. Stefani et q. Drosu iugalium, ipsa autem cum voluntate Iohannis Arvore cognati sui qui vocatur Grallo at Sancta monaca Amalfitana relicta q. Leonis clerici qui dicebatur de S. Sebastiano. Et dum ipsi iudices dicta eorum audissent et memorate chartule intellexissent, tribuerunt exinde hoc iudicium, ut ipse Stephanus Marenarius et alii redderent in ipso monasterio medietatem de omnibus memoratis ut super legitur. Nunc autem Deo auxiliante et per eloquia de bonorum hominibus ordine veniunt in anc convenientiam absque sacramento ut ipse igumenus daret ipsis germanis auri tari 14 de Amalfi, et ipsi pro ipsa medietate de memorata dua orticella darent et renderent monasterio orticellum qui antea dommum edificata fuit, qui est coniunctum a parte meridiana cum dommu de memorata ecclesia S. Agathe, et a parte occidentis est memoratum hortum maiore monasterii et haberent memorata inferiora cellarii pictuli cum alio orticello qui ibi est ante se parte orientis, et facerent exinde inter eos chartule recitatibe deditionis et redditionis seu promissionis; etiam et ipse igumenus dedit eis memoratos tari 14. Ita et memorati iugales et germani cum genitrice eorum per absolutionem memorati ducis et cum eorum abbocatore pro eodem iudicio et per ipsam conbenientiam accipiunt memoratos auri tari 14 et per hanc chartulam rendunt igumeno memorati monasterii et per eum in ipso monasterio integrum orticellum qui antea dommo edificata fuit, posita intus memoratam curtem communem et cum quantum ibidem pertinet, etiam et dant chartulam quam fecit memoratus d. Marinus; et coheret ipse orticellus a parte meridiana et a parte occidentis ut superius le-

gitur, et a parte septentrionis cum cellario pictulo et alio horticello quem ipsis vendidit memoratus d. Marinus per haliam chartulam quam apud eos habent. Unde et ipse igumenus cum cuncta congregatione eiusdem monasterii per ipsa bona conbenientia et per alia simile chartula recapitulata similiter de ista que eo die fecerunt, repromittunt et firmant memoratis iugalibus et memorate genitrici et filiis quia numquam presumet aliquando tempore illos querere de memorata integra inferiora cellarii pictuli, et memorato orticello, et insimul coheret memorata modica inferiora cellarii a parte orientis est memorata domu distructa, ubi est memorata piscina monasterii seum et ex parte de memoratum anditum communem qui est ab intus ipsa regia commune et abet ibidem de latitudine memoratum orticellum monasterii passi duos et palmos duos et uncie tres, et a parte occidentis est memoratum ortum maiore monasterii sicuti inter se paries exfinat, et a parte meridiana est memoratum alium orticellum et est ibidem de longitudine da pariete ex ipsu cellariolum in parte orientis usque ipsa domu distructa passi duos et palmos sex ad palmum iustum, et a parte septentrionis est domo monasterii et iterum memoratum orticellum similiter per mensuram passus duos et palmos sex ad passum ferreum S. Neap. ecclesie. Insuper exe debeat memoratum anditum commune ab intus ipsa regia per mensura de latitudine quantum est ipsa regia et de longitudine da illo orticello, que ibi est iuxta domum monasterii, usque ad ipsa pariete et ad ipsum orticellum a parte occidentis; et licentiam et potestatem abeant ibidem laborare et edificare et in altua retdere quantum voluerint, sed grundarius decurrere faciant super ipsum ortum memorati monasterii a parte occidentis, et similiter monasterium licentiam abeat laborare et edificare in orticello suo, sed grundarius decurrat in ipso orto vel in parte meridiana et orientis in proprium ubi ipsi placuerit, set in ipsa domu eorum abet in alium parietem a parte orientis dua paria de regiis unum in parte de illis gradis qui sunt in curte commune, et alium subtus ballatorium eorum de caput de memoratis gradis et de superius abet alia dua paria de regiis et una fenestra que omni tempore abere debeat, ut continet alia simile chartula que aput eos abent, pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus memoratis iugalibus et germanis et genitrice et filios *etc.* Testes: Leo filius d. Leoni, Gregorius filius d. Petri et Iohannes curialis scriniarius *qui subscribunt* per absolutionem Ducis. — R. N. A. M. t. VI, p. 4.

613. Die 2 m. martii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Elexium m. i. an. 35, sed et Iohannes eius filium porfirogenito m. i. an. 24. Iohannes Pappascarpone, filius q. Petri qui et Marotta filia q. d. Iohannis qui nominatur d. Lambertu et de quedam Horigemma, iugalium personarum, hoc est iugales, petunt a d. Iacobo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Vachi qui *etc.* et a cuncta congregatione monachorum eiusdem monasterii idest integrum orticellum qui antea domus fuit, positum intus anc civitatem Neapolis intus trasendam et curte commune iusta plateam publici que pergit at porta d. Ursi Tata, regione Arco cabredatum, una cum quantum ad hoc perti- (1115)

net *etc.* coherente sibi at memoratum orticellum qui antea domu fuit a parte orientis domu dixtructa monasterii ubi est piscina, que monasterium in sua reserbavit potestate sicut exfinat signata cruce in pariete que ibi est a parte meridiana et uno termine in capite de memorato anditu, et a parte occidentis est hortu maiore eiusdem monasterii et domu dixtructa de ecclesia S. Agathe, et a parte septentrionis domucella et orticello heredum q. Stefani Sissani et q. Stephani Isabri qui nominatur Puldericum, ita ut ab eo die licentiam abeant ibidem laborare et edificare, et proprio labore meliorare et in pensione domminicali nichili reputare, extantes in annis continuo 29 a die calendarum martiarum presenti nona indictione et usque in pridie calendas easdem. Insuper promittunt dare pensionem in omni anno in auri tare unum de Amalfi vel de moneta que per istam civitatem andaverit, et post completam hannositatem horum libellorum debeant calciarium dare in auri tari duo de Amalfi, vel *etc.* renobentes hos libellos in eodem ordine *etc.* Verumtamen manifestum faciunt quia in presenti dederunt in adunati auri tari 20 de Amalfi pro ipsa pensione scomputandum de amodo et usque in 20 annos expletos et da ipsi 20 anni in antea per omni anno dare pensione iam dicta tare per omnem ordinem. Verumtamen stetit ut non abeant licentiam ipsum horticellum vel hedificium quod ibi facient vendere vel extraneare: pena in auri sol. 50 byth. Unde petunt ut unus ex duobus libellis uno tenore scriptis et manu igumeni subscripturis ipsis contradire iubeat ut dum consecuti fuerint, agant Deo et ipsis maximas gratias. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus memorati iugalis. Testes: Sergius scriniarius, Gregorius filius d. Petri et Iohannes Curialis — R. N. A. M. t. VI, p. 14.

(1116) **614.** Die 25 m. iulii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 35, sed et Iohanne porfirogenito m. i. eius filio an. 24. Sergius filius d. Petri, dudum Curialis, qui nominatur de domno Davit per absolutionem gloriose potestatis d. Iohannis, Dei nomine eminentissimi Consulis et Ducis atque Domini gratia Magistri militum et imperialis Prothosebasti, habendo secum abbocatore d. Gregorium Tribuno pardum, filium d. Sergii quem ipsa gloriosa potestas ei dedit abocatorem eo quod non est productus in legitimam etatem et cum consensu d. Gaete genitricis sue, consentiente etiam d. Cesario, qui nominatur Biffa, posteriori viro suo, a recipit Marino filio Constantini, qui nominatur Nucerino, auri solidos 20 boni diricti de Amalfi pesanti de tari ana quatuor tari per solidum; et in pignus tradit ei corrigeam terre positam in loco qui nominatur Ianule, et coheret cum terra de illi qui nominatur de Surrento et de illi qui nominatur Giczuli, que terra mensurata est ad passum ferreum S. Neapolitane ecclesie. Actum per Iohannem Curialem — *Notam. instrum. S. Gregor.* n. 146.

(1116) **615.** Die 5 m. septembrii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 37 sed et Iohannes porfirogenito m. i. eius filio an. 26. Combenit itaque cum Domini auxilio et bono fraternitatis ordine inter Iohannes clerico qui nominatur Inferno et Gregorio, uterinis germanis filiis q. d. Gregorii qui iterum Inferno vocabat et quedam d. Anne h. f. iugalium, et inter d. Stefano qui nominatur Inferno uterino germano eorum, una cum consensu eiusdem

d. Anne genitricis eorum et dibiserunt inter eos in tertia parte integra domum genitoris eorum positam intus civitatem Neapolis iusta platea publici seum et iusta caput de alia platea publici qui vadit at pretorium istius civitatis at Nilo : de qua exinde tetigit in ista portione secunda memorato d. Stephano Inferno da ipsis Iohannes clerico et iam dicto Gregorio germanis suis idest portio de integra inferiora cellarii ipsius domui que est constituta subtus superiora unde portio inferius ic tetigere debet, et coheret a parte orientis est ex parte de illa inferiora cellarii que memoratus genitore eorum reliquit at Stephano et at Gemma germanis defisi eorum, naturali q. genitoris eorum , et a parte occidentis est memorata platea publici qui badit ad pretorium ipsius civitatis in quo habet fenestre, et a parte meridiana est alia inferiora cellarii in quo habet regia propria istius portionis pro ingrediendum da una in alia et a parte septentrionis est reliquum ex ipsa inferiora qui est per mensuram de longitudine a parte orientis et occidentis ana passi 4 qui tetigit in portione prima sicuti inter se signata grucis exfinat et qualiter ipse signate et iamdicta mensura monstrat taliter ista portio cum portione prima claudere et serrare inter se debeat da terra usque at ipsa superiora at omne communi expendio, et in ipsa clausa nulla aperturia fiat; quamque tetigit in ista secunda portione et portio de memorata alia inferiora cellarii qui est constituta subtus alia superiora domui ipsorum Iohannis et fratrum unde portio iterum ic tetigere debet, et at ista portio a parte meridiana coheret curte que commune reliquerunt inter ista portione et portione tertia sicut paries exfinat in quo abet ex parte de regia que ic tetigit exinde in ista portione introitum abendum; etiam et si ista portio atlargare voluerit in da parte occidentis licentia abeat et a parte septentrionis est ex parte de ipsa inferiora in qua est memorata regia propria istius portionis que ingredit de una in alia et a parte occidentis est memorata platea publici qui badit at pretorium, de qua reliqua ex ipsa inferiora qui est a parte orientis per mensuram de longitudine a parte meridiei et septentrionis ana passi duos et palmi 5 et medium palmu minus uncia una et media qui tetigit in portione tertia, ubi inter se ista portio cum portione tertia similiter claudere et serrare debeat et in ipsa clusa, qui ibidem vene facta nulla aperturia fiat. Iterum tetigit ic in ista portione secunda portio de superiora constituta super ipsa inferiora, unde prius ipsa portio superius ic tetigit qualiter salit usque ad tectum, et coheret que ex ipsa superiora ic tetigit a parte orientis est ex parte de superiora ipsorum qui dicitur camminata et de orticellum super se qui tetigit in portione secunda et a parte occidentis est memorata platea publici, ut inter se pariens exfinat, in quo abet fenestre que ibidem reiiciunt, et a parte meridiana est ex parte de memorata alia superiora que inferius ic tetigere debet et a septentrionis est reliquum ex ipsa superiora que cum illa caminata et cum alio orreu ipsorum desuper ipsam qui tetigit in portione prima , et ipsum reliquum esse debet cum ipsu parietem insimul de longitudine a parte orientis et occidentis ana passi quatuor et ana passi tres sicuti signate gruccis exfinat et qualiter monstrat taliter ista portio inter se cum ipsa portione prima claudere et serrare debeat da obstracum ex ipsa superiora usque at tectum et in

ipsa clusa nulla aperturia fiat, et quando ista portio vel si antea ipsa portio prima placuerit ipsu ex ipsu tectu da parte meridiana in altum abscendere voluerit ipsa portio prima ipsum tectum versare debeat a parte septentrionis in memorata platea publici. Similiter tetigit hic ex parte de alia superiora super inferiora cellarii unde portio superius hic tetigit, et ipsu reliquum ex ipsa inferiora tetigit in portione tertia, et coheret at ipsu de uno latere parte septentrionis caminata que tetigit in portione tertia, de alio latere parte meridiana sunt aheres desuper ipsam curtem que commune reliquerunt inter portionem secundam et tertiam ut inter se paries exfinat in quo habet fenestre, de alio capite parte orientis est reliquum de ex ipsa superiora qui est de latitudine palmi 6 et medium, et ubi ipsa mensura venerit taliter inter se claudere *etc.* et in ipsa clusa *etc.* et licentiam abeat in altum *etc.* et in quo ista portio sibi regias aperire debeat pro quibus in ista portione introitum habeat, sed super ipsam curtem versat pinna ex ipso tecto et a parte occidentis est platea publica et a parte orientis reliquum ex ipsa superiora portionis tertie de latitudine palmi sex et medium, ubi inter se claudere debeant da obstracum usque ad tectum et in ipsa clusa nulla aperturia fieri debet, et ista portio licentiam habeat in altum ascendere, sed recipere debeat quantummodo versat de illo tecto desuper portionem tertiam, omnes vero prolatorias et aperturie, que abet in illum obstracum, claudere et obstracare debeat. Similiter tetigit ic in ista portione secunda et integrum ex parte de ahere costitute super ipsam curtem et coheret at ipsu ex ipse aheres, que ic teticte sunt a parte orientis, reliquum ex ipse aheres que commune remanserunt inter ista portione et portione tertia, de alio latere parte occidentis sunt aheres desuper ipsa platea publici, de uno capite parte meridiana est curte monasterii Ss. Sumone, et abet ipse aheres que ic tetigte sunt de latitudine passi dui, de alio capite parte septentrionis est ex parte de ipsu ex ipse aheres que sunt de latitudine similiter passi duos, et licentiam abeat ista portio in ipsis obstracum facere, sed capora de illi trabi qui venerint positi pro ipso obstracum ponere et abere debeat in pariete qui est a parte meridiana inter oc et memoratam curte ipsius monasterii Ss. Sumone et alia capora in ipso pariete qui est a parte septentrionis et in ipsu obstracu nullum prolatorium aut qualecumque aperturia facere non debeat et super ipsum obstracum quod ista portio sibi fecerit, abere debeat domos tantu in altu quantum at ista portione et illas coprire debeat sive at tectu vel at solarium exaerum . . . . . grunda versare debeat vel in curte commune a parte orientis vel in platea publici in parte occidentis et fenestre et doxicie relaxare et abere debeat. Insuper si ista portio ab ipsa domo que ibidem fecerit monimen et aquaria facere voluerit, ut descendit in illa clabaca publici qui badit subtus terra per antomata per ipsi parietibus iusta se, licentiam habeat. Et ista portio cum portione tertia da presentis distruere debeant ille gradis, que sunt in memorata curte una cum illu solarellu ipsorum iusta ipsos et ipsa cum portione tertia grados et ballatorium facere debeant in memorata curte commune eorum a parte orientis iuxta domu de illi heredes d. Iohannis de domno Nyceta, qui fuit exadelpho thio eorum, de latitudine quan-

tum modo sunt. Et iterum ista portio licentiam habeat facere uno solarellu iuxta ballatorium et grados memoratos et sit de latitudine passum unum et sit proprium istius portionis; memorati vero passi mensurati sunt *etc.* et memorati palmi ad manum virilem iustam. Hec vero portio secunda cum introitu suo a memorata platea publica et ab inde per illam portam et porticum qui venerit in ipsa curte et per reliquum ex ipsa curte ad ipsa inferiora, que ex ipsa regia ex parte hic tetigit, et ab inde per ipsos grados et ballatorium commune cum portione tertia quod facere diximus et per ipsum solarellum usque intus ipsa superiora remaneat comunis cum portione tertia; lege vero de disposito memorati genitoris sit firmum. Pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Stephanus clericus subscripsit. Testes: Iohannes filius d. Petri, Stefanus scriniarius et Iohannes Curialis — (*Notam. instrum. S. Sebastiani* n. 780). R. N. A. M. t. VI, p. 26.

616. Die 12 m. decembrii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Elexium m. i. an. 37 set et Iohanne eius filio porfirogenito m. i. an. 26. Petrus presbitero, qui vocatur .... S. Petri at Paternum iuris monasterii S. Sebastiani, promittit d. Iacobo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* una cum cunctas congregationes monachorum eiusdem monasterii propter codicibus et ornamentas que sunt propria eiusdem ecclesie, que ab ipso igumeno acceperat, idest una planeta de linum cum orale et corporale seu amictum suum, et unum calice sanctum de stagnum cum patena sua et cum ternu et illorum paraturia, et unu liber comite de missa qui incipit da habentu Domini et badit usque dominica de Palmis, et unu liber comite qui incipit de octabe de Pasca et badit usque ad finitionis, et unu intifonarium notatum de nocte, et aliu unu intifonarium relictum et unu salterium et unu imnarium et illi dictici et illu legere de Santu Nicolau, et unu quaternum (1) de natibitas Domini et legere de S. Lucia et de S. Eustachium et unu quaternum de S. Stephanum et de S. Petrum quaternu unu et unu turibulu eneu et una campana. Que omnia conservare et salva facere debeat omnibus diebus vite sue et ad suum transitum sine minuitate dicto monasterio revertant; pena in auri sol. 200 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem, Petrus presbyter subscripsit. Testes: Sergius Curialis, Iohannes scriniarius et Aligernus filius d. Stefani — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 629). R. N. A. M. t. VI, p. 35. (1117)

617. Die 2 m. iulii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 37 sed et Iohannes porfilogenito eius filio an. 26. Maria filia quidem Petri, qui nominatur Mediacapu, et quedam Marie iugalium, relicta q. d. Iohannis qui nominatur Caputo, commutat et tradit d. Marino qui nominatur Mediacapu, exadelfo germano suo, filio quidem d. Gregorii et quedam Anne iugalium, integram portionem que ei tetigit ab ipsa Maria et d. Petro uterinis germanis de quadam clusuria posita in loco qui nominatur (1118)

(1) In membrana *quatruum* vel *quatruu*, lineola, quae est contractionis nota, aliquando superposita, aliquando autem ex incuria aut festinatione Curialis omissa, vel temporis lapsu deleta.

Piscinula. Item ei tradit domucellam suam distructam, sitam intus civitatem Neapolis intus porticum et trasennam communem secus plateam publicam, per quam decurrit clabaca maxima que venit de Pistasia, regione furcillense, que est iuxta domucellam destructam ipsius Marini, iuxta domum de illis de Sparano et de illis de Lucia, de illis Calone et de Porclanu, et dicta clusuria posita in Piscinula iuxta terras de illi Marenarii, ecclesie S. Ianuarii qui nominatur de illo Spoliamorte, Petri uterini germani dicti Marini, heredum de illu Brancazzu, de illi Aurimini et de illi Pironzi, de illi Russi de dicto loco; et in excambium dictus Marinus tradit dicte Marie domum que sibi tetigit ab ipso d. Petro uterino germano suo, que est supra domum quidam Pantaleonis filii q. Pantaleonis, super porticum comunem, positam intus civitatem Neapolis in ipsa platea publica, regione furcillense. Actum per manus Gregorii Curialis et testes sunt Gregorius tabularius, Petrus filius d. Petri et Sergius filius d. Gregorii — *Notam. instr. S. Marcellini*, p. 193.

(1119) **618.** Die 27 m. ianuarii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Alexio m. i. an. 38 sed et Iohannis porfirogenito eius filio m. i. an. 27. Gregorius qui nominatur Inferno, filius q. d. Gregorii et q. d. Anne h. f., iugalium personarum, accipit a d. Gregorio qui nominatur Sergonate, filio q. d. Iohannis, auri tari tridici boni diricti et pesanti de Amalfi, quatenus illos abere et detinere debeat usque in venturos 5 annos expletos, et pro eis infiduciavit ei eiusque heredibus tertiam suam de petia de terra posita in loco, qui nominatur Caba (1) cum arboribus *etc.* et coherentem sibi ab uno latere terra et . . . . Maurone, de alio latere relique due partes exinde de ceteris germanis suis, de uno capite terra de illi Cacciovuli, de alio capite terra ecclesie S. Marie que nominatur at... Thermense. Hec autem tertia sua sit in eius potestate frugiandi usque in costitutum tempus; complente vero ipsum constitutum, tunc ipse Gregorius Inferno et sui heredes memorato Gregorio Sergonate, vel cui ista chartula in manus paruerit, ipsos tari dare et rendere debeat, et tunc recolligat ipsum quod superius infiduciavit cum ista chartula, et si ipsos tari de proprio minime habere potuerit, ut non, quod absit, ab alia persona illos accipiat, illud venumdare debeat pro pretio ut fuit appretiatum a christianissimis viris et quod superius accepit reddere, et da inde in supra ipse Gregorius Sergonate ipsum quod remanserit superiungere debeat, et facere exinde chartula venditionis de antestandi et defensandi pro usu istius civitatis. Pena in auri sol. sex et medium byth.

(1) De pago hoc, qui olim extabat in *paludibus* Neapolis, et unus idemque fuit ac *S. Severinus ad Cavam*, egit CHIARITO, *O. c.* p. 164. Nomen etiam S. Severini ab ecclesia in honorem eiusdem erecta accepit, de qua notitiam habeo ex duobus instrumentis in *Repertorio monasterii Ss. Severini et Sossii*, quod in Regio Neapolitano Archivo adservatur, adnotatis. Ibi enim legitur: " Imperante Basilio die 24 m. iulii ind. VIII. Maria Boccia, ipsa autem cum consensu et voluntate Petri Curzoli viri sui donavit et tradidit d. Petro ven. abbati dicti monasterii (*Ss. Severini et Sossii*) integris duobus ecclesiis, que nominantur S. Marie et S. Severini ad Cavam, una cum omnibus *etc.* „; quae ecclesiae " una que vocatur S. Marie et alia S. Severini simul posite in loco Cava „ memorantur etiam in alio instr. celebrato die 15 m. iun. ind. XII a. 1284. — *Repertorio cit.* n. 1488 et 1490.

Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus Gregorio Inferno. Testes: Bernardus primarius, Sergius filius d. Gregorii et Gregorius tabularius — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 54). R. N. A. M. t. VI, p. 36.

619. Die . . . . 8 m. augusti ind. X . . . . (XII). Neapoli. Imp. d. n. Alexium m. i. (1119) an. 38 sed et Iohannes eius filio porfirogenito m. i. an. 27. Horta est itaque intentio inter Maroctam filiam q. d. Iohannis subdiaconi qui nominatur de . . . . Omaggi et quedam Gemma que vocatur Car. . . . . dudum iugalium personarum; ipsa autem Marocta cum consensu . . . . Sapore qui nominatur de Grusa viri sui et d. Iacobum ven. igumenum monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* una cum cuncta congregationes monachorum eiusdem monasterii propter illa grundatectu de illa domu distructa iuris propria monasterii, posita intus civitatem Neapolis in bico publici qui pergit ad illa porta istius civitatis que dicitur de domino Ursotata, regione arco cabredatu, qui decurrit in orticellum eiusdem Marocte qui ibi est a parte septentrionis; dicendo pars eiusdem Marocte adversus igumenum ut ipsa grundatectui de antea non decurrisset in ipsum orticellum, et pars monasterii dicebat ut quando memorata domo cohoperta fuit ipsa grundatectui in ipso orticello decurrebat. De qua multa altercatione exinde inter eos abuerunt et perrexerunt ibidem super cum iudices publici qui ad iudicandum portaverunt, et ibi a parte monasterii hostensa et relecta fuit chartula offertionis, quam fecit Iohanne Calle qui nominatur Pentiulo, in qua declarabat ut inter ipsam domum et inter ipsum orticellum pariete proprium ex ipsa domo monasterii exfinabat, et cum ipsi iudices ipsa dicta audissent et memoratam domum cum orticello vidissent et memoratam chartulam offertionis intellexissent, tribuerunt exinde inter eos oc iudicium, hut pars monasterii iuraret et diceret ut quando memorata domu cohoperta herat ipsa grundatectui eius in ipsa parte septentrionis in ipso orticello decurrebat et ipsa Marocta poneret monasterio chartula securitatis. Et quia in presentis ipsa Marocta recepit memoratum sacramentum definivit exinde cum monasterio in omnibus. Et coheret memorata domus a parte orientis est domus unde monasterium intentionem habet cum heredes q. Carponi pecorarii, et a parte occidentis est alia domum monasterii in qua est piscina propria eiusdem, et a parte meridiana est dommum ecclesie S. Agate, et a parte septentrionis est memoratum orticellum eiusdem Marocte sicut pariete inruynatu proprium monasterii exfinat. Et quando monasterio placuerit memoratam domum, qui est ad ipsum orticellum Marotte parte meridiana, conciare et edificare qualiter a betere fuit, tantummodo ipsa grundatectui excotere debeat de ipso pariete proprio monasterii in fore super ipsum orticellum suum qui ibi est a parte septentrionis per mensuram quantum est una tecula de longitudine. Insuper promittit nunquam aliquando tempore monasterium molestare et tacitos facere omnes germanos et germanas suas, biros et consobrinos; pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus Marocta. Testes: Iohannes filius d. Petri, Leo filius d. Leoni et Iohannes filius d. Gregorii — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 606). R. N. A. M. t. VI, p. 23.

Iohanne et Alexio impp. a. 1119.

(1119) **620.** In nomine *etc.* imperante domino nostro iohanne porfirogenito magno imperatore anno vicesimo octavo sed et alexio porfirogenito magno imperatore eius filio anno primo die duodecima mensis septembris indictione tercia decima castri somma. Certum est nos iohannes seniori de dicto castro de somma filio quondam cedri qui fuit senior de dicto castro de somma et adenulfus qui nominatur sarro filio quondam . . . langobardorum capuani et quondam domine iugalium personarum hoc est cognatis sed ego . . . et pro vice mea et pro vice quidem riccardo filio nostro iterum seniori de dicto castro de la dicta summa. A presenti die promptissima voluntate pro dei omnipotentis amore et pro redemptione seu salvatione anime nostre ut hic et in futuro seculo requiem de peccatis nostris invenire valeamus apud eternum dominum retributorum omnium bonorum operum damus et tradimus seu tradidimus atque offeruivimus vobis domino cesario venerabili abbati monasterii sanctorum severini et sossii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora de civitate neapolis. Vos autem una cum cuncta vestra congregatione monacorum supradicti vestri sancti et venerabilis monasterii et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio in sempiternum presentibus et futuris: idest integrum campum de terra vestra iuris proprii de supradicto sancto et venerabili vestro monasterio : unde ex parte est exaudum, et ex parte est . . . . arboratum : positum vero in loco qui nominatur arcora et dicitur ad sanctum grisantum et ad santa maria mercatora (1), que sunt proprie de supradicto vestro monasterio et sunt intus supradictum campum vestrum de terra de supradicto vestro monasterio : una cum parietine et griptis in turre et cum arboribus et fructuras suas et cum introitas suas et omnibus sibi pertinentibus et cum omnia in turre habentibus et possidentibus et cum quantum ibidem detinunt de supradicta arcora et coheret a supradicto integrum campum vestrum de supradicta terra iuris proprii supradicti sancti et venerabilis vestri monasterii quod nobis ipsum per nobis exinde pertinet rendidimus et offeruivimus cum omnibus sibi pertinentibus ut superias legitur : de uno latere parte meridiana est viam qui nominatur de silice et vero alio latere parte septentrionis est via pubblica, que pergit ad iam dictam somma et in aliis locis ut in terre . . . . serinum : et de uno capite parte orientis, ubi . . . . est supradicta via publica : et de alio capite parte occidentis est semita, que vadit ad illam obedientiam vestram que est intus supradictum campum vestrum de supradicta terra vestra ; et a foris supradicta semita est terra vestra propria supradicti vestri monasterii, unde quantum nobis exinde pertinuit nobis illud vendidimus et offeruivimus seu et . . . . de aliis omnibus qui ibidem . . . . . . sunt. de quibus nihil nobis exinde aliquod remansit aut reservavimus, nec in aliena cuiusque persona, quod absit, commisimus aut iam committimus potestate : sed a presenti die et deinceps a nobis vobis et per vos ipso sancto et venerabili vestro monasterio sit datum et renditum, seu traditum et offertum cum omnibus eius pertinentibus ad habendum et possidendum illud ibidem usque in sempiternum : et neque a nobis supradictis nominatis personis, neque a nostris heredibus nec a nobis persona sub missa, nec a posteris nostris nullo tempore nunquam vos supradicto domino cesario venerabili abbati supradicti monasterii, aut posteris vestris aut supradicto vestro monasterio, quod absit, habeatis exinde aliquando quamcumque requisitionem aut molestiam per nullum modum nullaque adinventa ratione, nec per submissas personas a nunc et in perpetuis temporibus, et licentiam et potestatem habeatis vos et posteris vestris et supradicto vestro monasterio da

(1) Cf. supra instrum. nn. 593 et 602.

Iohanne et Alexio impp. a. 1119.

die presenti supradicta integrum . . . . de supradicta terra vestra una cum integrum portionem de terra vestra que est da foris ipsa arcora iusta ipsa via publica . . . . . . et laborare seu pastenare quomodo vobis vestrisque posteris et ad ipso vestro monasterio placuerit cum ipso integro reliqum et ipsum campum vestrum , qualiter et quomodo volueritis et nunquam presummimus nos aut heredibus seu posteris nostris nec alias quavis persona in nostris vicibus pro parte de supradicto castro nostro de iam dicta somma aut pro parte de foras, neque habeamus licentiam aliquando tempore vobis vestrique posteris aut supradicto sancto et venerabili vestro monasterio de supradicto integrum campum vestrum de terra da intus ipsa arcora et da foris ipsa arcora qualiter illud per supradicte coherentie exegregavimus exinde querere vel tollere aut habere qualiscumque dationes aut fidancias vel angarias aut alia qualiscumque causa per nullum modum a nunc et in perpetuis temporibus. Insuper omni tempore nos et heredibus seu posteris nostris vobis vestrisque posteris et in supradicto sancto et venerabili vestro monasterio in omnibus illud antestare et defendere debeamus da omnis hominis omnique personas pro parte de foras quia ita nobis pro dei amore placuit atque stetit : si autem aliter fecerimus de eis omnibus supradictis per quovis modum aut submissas personas tunc componimus nos et heredibus seu posteris nostris vobis vestrisque posteris et in ipso sancto venerabili vestro monasterio auri solidos centum bizanteos et hec chartula ut superius legitur sit firma scripta per manus gregorii curialis per supradicta indictione decima tertia. ✝ Ego Io: subscripsi ✝ ego adenulfus subscripsi ✝ ego iordanus presbiter testis subscripsi ✝ ego io : presbiter testis subscripsi ✝ ego alphanus presbiter *testis* subscripsi ✝ ego gregorius curialis complevi et absolvi per supradicta indictione decima tertia. — *Protoc. del monast. di S. Severino* f. 57.

621. Die 1. m. decembrii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 28 set et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. 1. Maraldo , filius q. Iohannis de Bitalianum , habitator de loco qui vocatur Tertiu , parte foris flubeum , promittit d. Iacobo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* una cum cunctas congregationes monachorum eiusdem monasterii propter molinum positum in memorato loco Tertium ad illum flubeum , qui est intus campora monasterii qui ibidem sunt a parte meridiei et septentrionis, in quo est illa obedientia eiusdem monasterii una cum tigurium super se et cum ranula de ferrum et planulilla de ferrum et cum pictiora de ferrum , et cum omni paraturia sua et cum roticinum proprium monasterii , excepto quod ipse ponere debeat molas bonas ; hoc autem molinum cum omnibus eius pertinentibus ipse igumenus sibi dederat ad detinendum amodo et usque in decem annos expletos ; in eo tenore quatenus per costitutum tempus in sua sit potestate illos tenendi et per abta tempora ipsum flubeum et cursoras usque ad illas ripas eius tiappare et mondare de subtus et de super, et quod Deus dederit de ipsa maccenaturia illud dividere debeat in 5 partes, unde monasterium tollere debeat partes tres et ipse partes due que sunt due quinte, et per omnem due ebdomede macenare de bictum eiusdem monasterii modia 7 bonum siccum et per omnem bice ipse igumenus dirigere debeat eidem panes duos monachile et binum hut iustum fuerit. Fidantia vero que per omni annuo exinde exiet ipse Maraldus pargiare debeat , ad omni suo expendio. Verumtamen stetit ut si monasterio (1119)

Iohanne et Alexio impp. a. 1120.

necessum fuerit inadunatum macenare, tunc macenare debeat de bictum ipsius tres ebdomade et ipse igumenus dirigere debeat unum monachum et ipse Maraldus da ipse tres ebdomade pro se macenare debeat at cuique sibi placuerit per ratiocinea de ipse due partes sue de ipse tres ebdomade, et omnia que ibidem accactare potuerit pro ipsa macinaturia de ipsa parte sua esse de ipse tres ebdomade in sua sit potestate faciendi que voluerit , sed in ipsa parte sua quando pro monasterio macinaverit , iterum macenare debeat inter duo ebdomade de memorato victu modia septem, et omnia que in memoratum molinum at conciandum abuerit illut facere debeat at suum expendium. Iterum ipse igumenus illut defendere debeat neque ipsum molinum usque in constitutum ipsi Maraldo adimplenti omnia tollere , neque ipse Maraldus illum abrenuntiare. Complente vero constitutum a tunc ipsum molinum revertat cum omnibus in memorato monasterium, excepto quod memorate mole que tunc dividere debeant per medietatem , ut continet alia similis chartula, quam ipse igumenus eo die fecerat, et ipse Maraldus apud se habebat, pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus memorati Maraldi. Testes : Iohannes Curialis, Leo filius d. Leoni et Milex scriniarius — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1316). R. N. A. M. t. VI, p. 46.

(1120) **622**. Die 12 m. iulii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 28 sed et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. 1. Vysis itaque fuerunt d. Iacobus ven. igumenus monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* una cum cunctas congregationes monachorum eiusdem monasterii querere Sergio Marenario qui vocatur Torto, filio q. Stephano et q. Anne, iugalium personarum, et Stephano Marenario qui nominatur Calla, filio q. Marini et q. Maria Manca, iugalium, et Iohanne Fictiliario qui nominatur Ascana, filio quidem Petri et q. Gemme que nominatur Tora, ipse autem cum consensu memorati genitoris sui, et Gemma filia q. Petri Marenarii qui nominatur Manco et Theodonande Caballare, iugalium personarum, ipsa autem cum consensu Sergii Marenarii qui vocatur Mactio viri sui, et Drosu filia q. Gregorii Marenarii qui nominatur Manco et q. Marie, iugalium, cum consensu Sergii de Ginnarum qui nominatur Pappahasinum viri sui, et Maria filia q. Romani Marenarii que nominatur de Anastasu et q. Tiocte, iugalium, ipsa autem cum consensu Sergii qui nominatur de Portanoba Marenario viri sui , hoc est insimul parentes et consortes, pro vice eorum et pro vice de omnes germanis et germanas eorum et de omnibus parentibus et consortibus eorum , de terra bacua, que de antea domos fuerunt, posita vero intus distructo castro Lucculano (1), qui est campise, una cum parietinis et omnes frabice

(1) Ad situm huius castri illustrandum, praeter ea quae CHIARITO habet *O. c.* p. 231 et quae in *Regestis* adnotata vel adnotanda sunt, haec etiam ex instrumentis Ss. Severini et Sossii, S. Petri ad Castellum et S. Sebastiani adiungere duxi. Et primum " tempore Alexii magni imperatoris *etc.* die... m. aprilis ind. X. Neap. Petrus de turre filius Aligerni pro amore et dilectione quam gerebat circa prefatum monasterium (*Ss. Severini et Sossii*) ac pro remissione peccatorum suorum offeruit tradidit et assignavit d. Petro ven. abb. dicti monasterii idest integra una petia de terra posita in loco ubi dicitur sutto castro Lucullano, iuxta terram a parte orientis de quidem Marino qui nominatur Cumana et a parte occidentis est terra ecclesie S. Petri Xpi apostoli qui dicitur Castello, sicuti inter se murum antiquum communale exfinat, et a parte septentrionis est iterum terra de ecclesia S. Petri, et a parte meridie est via publica. Item offeruit dicto monasterio in-

Iohanne et Alexio impp. a. 1120.

inter se et cum introitu suo et omnibus *etc.* et coheret at memorata terra ha parte orientis terra propria memorati monasterii, que nominatur de illi Gratiani, sicuti pariete exfinat et a foris est alia terra ipsius monasterii, ubi est ecclesia distructa et abitationes distructe proprie eiusdem monasterii qualiter badit et descendit usque intus in mare, et tegra alia petia de terra posita in campo maiore, qui est foris griptam, iuxta terram de quidem dopna tropa de turre, iuxta terram Iohannis Caputi, iuxta viam publicam, iuxta terram Gregorii Bulcani; nec non offeruit d. monasterio integra due petie de terra posita vero in loco qui nominatur Planuria maiore, que sunt in uno coniuncta et sunt iuxta terram d. monasterii, de alio latere est terra de dopno Gregorio brancazo, de tertia parte est terra , de quarta parte est scapula de terra non qualiter descendit usque ad viam publicam. Iterum alia petia de terra posita vero in loco qui nominatur pumillanum qui est foris arcora dudum aqueductus et est coniuncta cum terra Alierni cappadoci, de alia parte est terra de ipsi Caputi de Albuni? de tertia parte est via publica, da quarta parte est terra (*litura*) Iterum offert et tradit integra alia petia de terra posita vero in loco Cambranu parte foris fluvium, a una parte est litore maris, de alia parte est via publica, da tertia parte terra d. monasterii, da quarta parte est terra S. Marie Catholice maioris; quamque offert omnes hereditates seu substantias *etc.* una cum omnibus iuribus et pertinentiis suis ad habendum et possidendum *etc.* Et promisit habere d. offertionem ratam gratam et firmam prout. *etc.* — *Repertorio del monast. dei Ss. Severino e Sossio* n. 1880.

Praeterea in quodam instrum. monasterii Ss. Petri ad Castellum habetur : " quomodo Iohannes humilis presbiter, qui nominatur de Rigale, filius q. d. Stephani qui nominatur Morfisa, custos vero ecclesie vocabulo sanctorum Samone, Gurite et Abibii, que de antea monasterium fuit, que sita esse videtur intus hanc civitatem Neapolis in regione Nidi, una cum voluntate patronorum dicte ecclesie commutavit et tradidit d. Stephano venerabili presbitero qui nominatur Coccula primicerius salutifere ecclesie et congregationis et confraternitatis que sita esse videtur intus distructo castro Lucullano, et Iohannes qui nominatur Buccaveteris, primicerius eiusdem congregationis *etc.* id est integra ecclesia vocabulo sancte Venere cum integra petia de terra sua in unum coniuncta, simul iure pertinentes de suprascripta ecclesia sanctorum Samone, Agurii et Abibi, qui de antea monasterium fuit, simul positis vero intus distructo Castro Lucullano, una cum cellis distructis et griptis subtus et cum parietinis suis et cum omnibus intus se habentibus et ipsa terra cum arboribus et fructoras suas, et est iuxta ipsa terra a parte orientis viam publicam, a parte occidentis est via propria de ipsa ecclesia, ubi sunt ipse fabrice et in ipsa occidentali parte est ipsa ecclesia que superius eis commutavit, et a parte meridiei est via que vadit ad ecclesiam S. Petri et alios confines. Receperunt abice ab eadem ecclesia integra corrigia de terra cum integro intersicu suo coniuncta *etc.* in loco Baianu (*al.* Raiano) et dicitur ad circulum, que est foris griptam et est iuxta ipsa corrigia de terra, de uno capite parte orientis sunt griptelle et habet ibidem de latitudine passi 12, et a parte orientis est terra S. Iohannis catholice maioris, et a parte occidentis est terra de illis Surrentinis, a parte septentrionis est terra ecclesie S. Marie de illi Galligalli (*al.* Gallicelle), et a parte meridiei est terra d. Alligerni Spadarii, et ipsum intersicum est iuxta de uno capite parte orientis ipsa terra de ipso Aligerno, de alio capite est terra ipsius ecclesie S. Iohannis, de uno latere a parte septentrionis est corrigia de terra, et a parte meridiei est terra ipsius ecclesie S. Marie ad Gallicella et alios *etc.* Quod instrumentum factum est in tempore Roggerii in die XI m. iunii VIII ind. Neap. — *Catasto di S. Pietro a Castello* n. 215.

Non multo post primicerii eiusdem congregationis commutaverunt dictam ecclesiam cum pertinentiis suis, ut ex sequenti alio instr. discimus in quo adnotatur: „ quomodo Iohannes humilis presbiter Borracius, primicerius salutifere ecclesie congregationis et fraternitatis *S. Venerae* iuris monasterii Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi de Insula maris et Iohannes Buccavetere, primicerii eiusdem congregationis, commutaverunt d. Iohanni ven. abbati prefati monastenii id est integram domum iuris ipsius congregationis et confraternitatis, unde ipsi primicerii erant, una cum inferioribus et superioribus suis et cum gradibus et minianum suum ac cum terrulis suis superius se et cum integra curte subtus se a parte orientis et septentrionis et cum piscina fabrita inter ipsa curte et cum ecclesia vocabulo sancta Venera iuris suprascripte congregationis et fraternitatis cum integra petia de terra iuris ipsius congregationis et fraternitatis que est iuxta ecclesia S. Venere et iuxta ipsa curte, simul positis vero intus ipso castro Lucullano et cum omnibus *etc.* vid. domos ecclesie et terra, et a parte orientis est via publica, sicut inter se muro antico proprio exfinant, ubi sunt predicte gripte exinde pertinentes, et a parte occidentis est ortus et domus dicti monasterii, a parte meridiei est via communale, et a parte septentrionis est terra de illi qui no-

Iohanne et Alexio impp. a. 1120.

a parte occidentis est terra propria monasterii qualiter badit et descendit usque ad platea publici , ubi est illa porta maiore distructa memorati castri et a parte septentrionis est iterum terra propria monasterii qualiter badit usque ad murum publici de memorato castro , et a parte meridiana similiter terra monasterii, sicuti inter se pariete

minantur Cafari, sicut inter se parietes et astricus exfinant et si qui alii sunt confines. Receperunt abice a dicto monasterio in omni deliberatione idest integrum ortum cum integro ortu ? ad integra ecclesia vocabulo b.mi Bartholomei Christi apostoli constituta intus se, et cum cellis et abitationibus et ortu iuris dicti monasterii, positus vero intus hanc civitatem Neapolis iuxta vicum publicum qui descendit a curti ecclesie S. Iohannis catholice maioris a platea publica de regione medie, iuxta via a parte orientis et dictam ecclesiam S. Iohannis, et iuxta ortum monasterii S. Sepulchri, et iuxta dictum monasterium S. Sepulchri, et a parte occidentis qualiter vadit revolvendo in parte septentrionis ad ipso vico publico per quod ibidem introitum ingredit, et a parte meridiei est iterum vico publico qualiter vadit revolvendo in orticello de illo piscopo seu qualiter vadit revolvendo in predicta parte meridiei et curti de ipso monasterio S. Sepulchri. Et ad ipsa corrigia de terra iuris ipsius monasterii in loco foris gripta, ubi dicitur ad S. Vitalem, de uno latere est terra Iohannis de Soci , ab alio latere est terra eiusdem Iohannis et terra dicti Cafatini et ab ambobus capitibus sunt vie publice. Iterum receperunt ab ipsa commutatione idest integre due corrigie de terra site in foris griptam ubi dicitur ad Festignanum iuxta de uno latere terram monasterii de Albino et ecclesie S. Lucie , ex alio latere monasterii S. Gregorii ad Balneum comuni, ab uno capite est via publica, ab alio capite gemina de illa palmeta. Iterum a vice receperunt corrigiam unam de terra de loco foris gripta *etc.* Iterum receperunt a vice integra petia terre iuris ipsius monasterii per mensura modia duo posita in loco foris gripta in loco qui dicitur ad illo Cuccula, que est iuxta de uno latere illo monticello, ab alio latere est . . . ab uno capite est scapula sua usque ad cilium monticelli, de alio capite est illo monticello. Iterum receperunt de ipsa commutatione integra petia de terra dicti monasterii in loco ad circolo et dicitur fore grotta et est iuxta *etc.* Iterum receperunt alia vice due petie de terra iuris ipsius monasterii in loco plagie S. Laurentii que sunt per mensuram quarte novem et mediam que sunt iuxta terram ipsius monasterii de uno latere terra de illis de Anna que modo sunt S. Marie ad Cappellam et de alio capite sunt vie pubblice et terra S. Marie ad monetam *etc.* Iterum integram petiam terre in loco Antignani ubi dicitur Babulia et est iuxta *etc.* Iterum et fundum unum de terra situm ibidem quod est iuxta cavam publicam *etc.* Iterum receperunt et integram corrigiam de terra iuris ipsius monasterii in loco granu que est iuxta terram ecclesie congregationis S. Georgii *etc.* Quod instrum. factum est in tempore d. Guilielmi magnifici regis in die 14 m. ianuarii ind. X Neapoli „ — *Catasto cit.* n. 161.

In istrumento denique an. 1243 ex chartis monasterii S. Sebastiani haec invenio : “ Die 15 m. decembris ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Frederico secundo romanorum magno imperatore, semper Augusto anno 23 et rege Sicilie an. 46 et eius dominationis civitatis Neapolis an. 28 et rege Ierusalem anno 18. Ego Sergius de domino Bono , filius quidam Petri de domno Bono cum consensu d. Alligrantie coniugis mee commuto et trado vobis d. Oddoni ven. abbati monasterii Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi Insule maris qui nunc congregatum est in monasterio b.mi Petri Christi apostoli quod costructum est intus castro distructo qui dicitur Lucculano, petiam de terra que dicitur ortus, positam intus dictum castrum distructum qui dicitur Lucculanum quod ego teneo ex successione paterna et dicto meo genitori pervenerunt ex commutatione cum monasterio Ss. Seberini et Sossii ubi *etc.* cum consensu . . . de domno Bono thii mei, filii quidem d. Bartholomei custodis ecclesie S. Simeonis de regione augustale et coheret cum terra d. Gregorii Manco, in cuius petia de terra excambium accedi a vobis aliam petiam de terram positam in loco qui nominatur Amporum, in qua est ecclesia distructa que appellatur S. Blaxu iuris dicti monasterii ; et coheret cum via que ascendit ad Campanorum et cum terra d. nostri imperatoris, terra d. Purpure Guindactie coniugis d. Bartholomei de Putheolo et cum terra de illu Carracculo de Funtanola. Actum per Matteum Curialem. „ — *Notam. instrum. S. Sebast.* n. 776 — Fines vero ipsius petiae de terra, quae dicebatur hortus, descripti sunt in aliis instrumentis , quae in unum summantur in *Catasto cit.* et sunt huiusmodi : “ ab una parte orientis via publica et in ipsa parte orientis est ecclesia S. Severini et aliis ecclesiis , et a parte occidentis est ortus ipsius monasterii et a parte meridiei est ortus de domno Gregorio Manco et a parte septentrionis est uno orto seu et via que vadit ad ipsum monasterium S. Petri „ — *Catasto di S. Pietro a Castello* n. 175.

Iohanne et Alexio impp. a. 1120.

distructa exfinat: dicendo pars igumeni quia memorata terra bacua fuisset et siat de memorato monasterio ideo illut recolligere *volebat* et pars ipsorum consortum dicebat ut veritas non esset, set eorum fuisset et siat et ipsis pertineat per parentorum suorum. De qua multa haltercatione inter se abuerunt et perrexerunt exinde in publici at lege que ibidem supra ambas partes portaverunt, et a parte monasterii ostense et relecte fuerunt quinque chartule membrane offertionis et securitatis seu definitionis que sunt nominative: prima chartula est offertionis quam fecerunt Iohanne et Marinus filii quidem Gregorii et quedam Drosu, iugalium personarum, una cum voluntate genitori illorum at d. Sergio ven. igumeno antecessoris eiusdem Iacobi, secunda chartula est definitionis quam fecit Iohannes cui supernomen Caca in sancto filius q. Sergii at memorato d. Sergio igumeno, tertia chartula est securitatis que fecit idem Iohannes pro vice Megalu Decinela at memorato d. Sergio igumeno, quarta chartula iterum securitatis que fecit idem Iohannes at memorato monasterio, quinta chartula est similiter securitatis que fecit Iohanne filius q. Leonis cui supernomen Balabate at d. Iohanni ven. igumeno anteriori eiusdem Iacobi, insimul omnes continentes terras et ortuas seu biis proprias monasterii. Et dum ipsi iudices ipsa dicta eorum haudissent et memoratas chartulas intellexissent iudicaverunt inter eos hut si baluerit pars ipsorum consortum ostensionem facere per chartule quomodo illa terra vacua eorum fuisset, aberent illam et igumenus poneret exinde eis chartulam promissionis; sin autem in presenti illut renderent et facerent exinde taliter hanc chartulam recetatibam rendiditionis seu promissionis. Et quia ipsi consortes non abuerunt ostensionem facere per nullum modum, proinde pro eodem iudicio et per anc chartulam da die presenti dant et tradunt memorato igumeno et per eum in ipso monasterio memoratam terram bacuam cum omnibus *etc.* De quibus nihil *etc.* set a presenti *etc. etc.* et promittunt nunquam monasterium molestare et illum defensare *etc.* pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus memoratas personas. Testes: Iohannes filius d. Iohannis, Cesarius filius d. Cesarii et Iohannes filius d. Petri — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 797) R. N. A. M. t. VI, p. 49.

623. Die 7 m. octubrii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito (1120)
m. i. an. 29 sed et Alexium eius filium porfirogenito m. i. an. 2. Dyspositum factum a Marocta filia q. d. Stephani clerici qui nominatur Pictulo cum voluntate d. Dilecte genetrice sua, coniux quidam Stephani qui nominatur de Ribullo, de omni sua hereditate seu substantiis de intus et foris qualiter inferius iudicavit firmum et stabile permaneat quod dixit, disponit primum omnium hut si sibi mors evenerit licentiam et potestatem abeat quidam d. Iohannes qui nominatur de Cancellu filius q. d. Stephani et d. Iohanne Brancatio filius q. d. Gregorii qui fuit filio q. d. Gauderisi Brancatii, honesti distributores eius vel illorum heredes et persone ille in cuius manubus istum dispositum paruerit, recolligere omne pretium et solidos quos ipsa recolligere debebat da diversas personas que ipsa ad eis prestavit, et distribuant illos pro anima sua in hoc ordine. In primis dentur at santi suo penitentiali tari 4, et at d. Stephano presbitero qui nominatur Perna

Iohanne Alexio et impp. a. 1120.

parenti suo tari 7, et at Sergio diacono qui nominatur Bulpicella tari 4, et at d. Coperna tari 4, et at d. Petro presbytero qui nominatur Cosamala parenti suo de Somma tari 5, et tari 7 in ecclesia S. Iohannis que appellatur in Curte de regione Portanobense, et at Maria Causamala tari 5, et decem solidi dentur pro facienda una sepulturia pro ipsum ibidem sepeliendum cum arcu desuper se intus monasterium Ss. Seberini et Sossii ubi *etc.* etiam memoratos sol. 10 dentur at d. Cesario ven. abbati eiusdem monasterii exadelfo germano suo, et 25 tari fiat donati at Iohanne de Ribullo socero suo de illi 50 tari quos ad eum prestaverat, et alii 25 tari dentur at memoratis distributoribus pro dandum illis pro anima sua una cum reliquos solidos (1) meos ubi ipsi melius prebiderint, set de memoratis solidis et pretio dare debeat at conservandum memorato d. Cesario ven. abbati tantum unde pro anima sua facere debeat illa settima et trentale et centesimo et annibersarium intus memorato monasterio, et memorato viro suo rendere debeat at memorata genitrice sua illu pannum scusitum quod ipse habet, et ipsa genitrice sua hat eum illu pannum eiusdem Marocte tintum, et at naturàli qui secum resident due camise sue cotidiane et illu scintum suum et una cuctella, et una gaydola faciendi que voluerit. Disponit ut ipsa genitrice sua abere debeat omne movile suum et omnes bestias et porcos et pecoras faciendi exinde vite sue omnia que voluerit, et si ad suum obitum remanserint, siat de memorato monasterio faciendi que voluerit. Disponit ut post suum obitum integras omnes domus sue que sunt intus curte commune non longe ab ista ecclesia S. Iohanni in Curte cum omnibus *etc.* et terra de loco qui nominatur ad Actone, et est coniuncta a parte orientis cum terra et a parte occidentis cum terra que fuit de d. Anna thia sua genitrice eiusdem d. Cesarii et da parte meridiana iusta terra et da parte septentrionis cum terra seum et petia de terra de loco qui nominatur Giniolo qui est iuxta terra et fundus qui est iusta terra et petiola de terra da mare non longe da illa crux da S. Iohanne a Tuduculu qui est iusta terra et petia de terra de loco qui nominatur ad Arcora que est coniuncta cum terra insimul cum arboribus et cum piscinis et cum introitas *etc.* insimul siat offertum et traditum in memorato monasterio Ss. Severini et Sossii; set hoc disponit ut si Dei voluntas fuerit et infans, quod umodo in utero suo baiulans, post suum obitum bibus fuerit et Deus sibi illum conserbaberit, tunc omnia supra memorata cum ipso quod relaxavit at genitrice sua insimul revertant et siat de memorato infans, et si mortuus fuerit infra etate vel absque proprio herede omnia revertant et siat de memorato monasterio, excepto quod relaxavit at memorata genitrice; etiam et memorata genitrice vite sue de memoratis domibus et terris illut frugiare debeat, et, si ad ea minus benerit sibe vinum vel bibendas pro se (2) nutriendum, at ea illut percomplere debeat memorato monasterio per omni annuo, et si taliter illut percomplere noluerit at memorata genitrice sua vite sue, tunc genitrice sua licentiam habeat venundare tantum unde se vite sue regere et nutrire et vestire et cal-

(1) Male in editis : *una curteli quos solidos* etc.

(2) Male in editis heic et deinceps : *pro re.*

Iohanne et Alexio impp. a. 1120-1122.

ciare poxat et reliqua at memorato monasterio revertant; et si aliquod in beneficio abuerit de rebus S. Neapol. ecclesie post suum obitum siat renditum; abeat idem S. Neap. ecclesia pro luminaria absque iniuria tremisse unum neapolitanum. Pena in auri sol. 100 byth. Scriptum per Gregorium Curialem. Signum manus memorata Marocta. Et oc memorando disponit ut ipsa genitrice sua dare debeat de illi panni scusiti subtili braccia 33 pro faciendo exinde camisa pro ipso monasterio . . . . alia manus. Testes: Miles Sergius . . . . . . nam testi, Trunus presbyter . . . . . . iterum testi et Leo filius d. Leoni . . . . . . similiter testi — Actum per Gregorium Curialem . . . . . . eadem manu . . . .

Exemplaria dispositi relebata ex ipsa authentica, quam dare fecit d. Adenolfus abbas eiusdem monasterii per Bernardum primarium et Cesarium tabularium curie civitatis Neapolis regnante d. n. Rocerio Sicilie Italie magnifico rege an. 10 et eius dominationis civ. Neapolis an. 1 die 20 m. aprilis ind. III. (1140).

Exemplaria relebata ex ipsa authentica que est de alia exemplaria relebata quam dare fecit d. Gregorius abbas eiusdem monasterii pro ista exemplaria faciendum per Cesarium primarium et Gregorium tabularium curie civitatis Neapolis regnante d. n. Gulielmus Sicilie et Italie magnificum regem an. 15 et eius dominationis civ. Neapolis an. 13 die 23 m. magii ind. XIV. (1181) — R. N. A. M. t. VI. p. 53.

624. Die 31 m. decembrii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito (1120) m. i. an. 29 sed et Alexium eius filium porfirogenito m. i. an. 2. Iohannes in Dei nomine etminentissimus Consul et Dux atque Domini gratia magister militum et imperialis protosevastas, filius q. b. r. d. Sergii in Dei nomine eminentissimus Consul et Ducis atque Domini gratia magistri militum et imperialis protosevaste, et q. d. Limpiase gloriose Ducisse que fuit filia q. b. m. d. Riccardi principis Capuane civitatis iugalium, commutat et tradit d. Iacobo, ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* unde ipsi domminii sunt petiam de terra posita in Ioco qui vocatur Nonnaria (V. *infra in* Dipl. Duc.)

625. In nomine *etc.* imperante domino nostro iohannes porfilogenito magno imperatore (1122) anno tricesimo sed et alisium eius filium porfilogenitum magno imperatore anno tertio: die septima mensis aprilis indictione quinta decima neapoli. Certum est me sico filio quidem sicu: A presenti *die promptissima* voluntate promicto tibi domina gemma venerabilis abbatissa monasterii sancti archangeli puellarum *Dei* . . . . una cum voluntate quondam domini andolfo qui vocatur *falconario* . . . . domini sergii qui vocatur falcunaro et domini lustadi . . . . pro bice illorum et pro bice de parentibus et consortibus illorum que in memorato monasterio posita . . . . clusuria de terra . . . . . memorati monasterii una cum integra petiola . . . . . . posita in loco qui vocatur sirynum (1) posita foris flubeum cum arboribus . . . . . . integram potestatem tu et . . . . fabritam et cum integra . . . . . .

(1) Hic pagus olim alio proximo, qui nunc exstat et vulgo *la Barra* appellatur, accessit. et proinde obsolevit. Cf. CHIARITO, *O. c.* p. 145. Locus vero adhuc vetus nomen servat.

et cum introitibus suis et omnibus pertinentiis . . . . ab uno latere est terra eredis Iohannis . . . . alio latere est terra ecclesie sancti pauli . . . . et de uno capite est terra ecclesie sancte . . . . uellarum Dei regione apostolorum seum et terra heredes quondam domini . . . . de picasi et sicuti inter se sepis et terra exfinat et alio capite . . . . sepis exfinat et est petiola memorata terra locum : coherente sibi de uno latere terra de mubellum sicuti terra exfinat et de alio latere est terra heredes memorate domini iohanni . . . . et de uno capite terra de ipsum bisum et de heredis quondam domini marini qui vocatur de . . . . . sicuti inter se terra exfinat et de alio capite terra ecclesie sancte marie que . . . . . et terra . . . (*Cetera desunt*) — *Ex membrana originali pluribus in locis iniuria temporis deleta et circa finem decurtata*, *quae in bibliotheca* Societatis historicae Neapolitanae *nunc adservatur*.

(1122) **626**. Die 5 m. iunii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 30 sed et Alexio porfirogenito m. i. eius filio an. . . . . . . Iohannes inclitus Comes castri Puteolani, filius quidem d. Adenolfi Comitis ipsius castri Puteolani et quedam d. Marie Comitisse que fuit filia d. Dalfine Cacapice, iugalium personarum , convenit cum d. Sergio uterino germano suo, qui renunciavit et cessit ei omne ius omnemque actionem quam et quod sibi spectare poterit super dicto castro Puteolano , et colligitur esse sub d. Roperto principe Capuane civitatis; qui Iohannes convenit cum consensu d. Gaitelgrime Comitisse coniugis sue. Et in excambium predictus Comes cedit et assignat prefato Sergio germano suo duas domos sitas intus ipsum castrum Puteolanum , quarum una coheret cum curte dicti Comitis et palatio suo, alia vero domus coniuncta est cum puteo aque vive publici dicti castri. Item assignat dicto Sergio multos vaxallos expressos in dicto castro Puteolano. Item concedit ei campum de terra in dicto territorio Puteolano, ad illa subfretaria, qui coheret cum terra de illu qui nominatur Gerpa, et de illu qui nominatur Bulpicella. Item aliam petiam terre ad ipsa subfretaria, que est coniuncta cum terra ecclesie S. Angeli. Item aliam petiam terre que nominatur ad illu Muctu positam in dicto territorio Puteolano que est coniuncta cum terra ecclesie S. Iohannis intus dictum castrum, et ecclesie S. Agathe. Item aliam pectiam terre in dicto castro qui nominatur ad pantanum iuxta padulem dicti Comitis. Item aliam pectiam terre que nominatur ad caballara que coniuncta est cum terra ecclesie S. Ianuarii. Multas alias pectias terre ei assignat in dicto territorio Puteolano que coniuncte sunt cum terris Marie de Donato, ecclesie S. Anne, et promittit ei dare auri solidos 1250 de tari ana quatuor tari per solidum boni de Amalfi diricti et pesanti, cum pacto quod nec dictus Sergius nec sui heredes habitare debeant in dicto castro Puteolano; alium uterinum germanum habent qui nominatur d. Gregorius qui habuit pensionem suam, qui Gregorius habet coniugem d. Maroctam, et promittit dictus Comes defendere et antestare dictum Sergium tam ipse quam heredes sui qui Comites fuerint dicti castri Puteolani. Actum per Iohannem scriniarium, et testes sunt Petrus filius Petri, Iohannes filius d. Gregorii et Iohannes filius d. Petri — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 539.

(1123) **627**. Die 9 m. aprelis ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 31, sed et Alexium eius filium porfirogenito m. i. an. 4. Iohannes qui nominatur

Iohanne et Alexio impp. a. 1126.

Cicari et Stadio seu Perocta germani filii q. d. Iohannis Cicari et q. d. . . . iugalium personarum, per absolutionem gloriose potestatis d. Sergii in Dei nomen eminentissimus Consul et Dux atque domini gratia magister militum, et secum habendo abbocatore d. Gregorio qui nominatur Gaytano, filium q. d. quem ipsa gloriosa potestas eis abbocatorem dederat propter quod non sunt perducti in legittimam etatem, dant et tradunt d. Marocte uterine germane eorum cum consensu d. Gregorii qui vocatur Ciminarca viri sui per combenentiam et per placitum quem fecerant eidem d. Marocte quando eam utxore sociaverunt dicto d. Gregorio pro sua portione habenda et imputanda de omnibus fundoris et terris eis pertinentibus, duas petias de terra posita in loco qui nominatur Iannula qui est super Caput de Monte, seu et sex quartas de terra per passu mensuratum at passum ferreum *etc.* de capite qualiter ipsa eligere voluerit de petia de terra posita in loco qui nominatur Caba, seum et unam quartam de omnes domos distructis vel edificatis et de hortuas que eis pertinent per memoratos genitores vel per q. d. Constantino Cicari qui fuit thio eorum vel per alium qualemcumque modum, insimul una cum omnibus *etc.* et cum quantum ad eos pertinet da palmentum fravitum et subsceptorium et piscina, que sunt intus terra de d. Maria hthia eorum qui adhuc indibisa reiacent ipsa una quarta cum relique tres quarte eorum; et memorate due petie de terra de loco Iannula, que est una maiore et halia minore, esse debeat per mensuras quarte 14 per passu mensuratum *etc.* et coheret a memorata petia maiore a parte orientis est terra de memorata thia eorum, conius quidem Stefani Ferrarii qui nominatur Mihgalu, sicuti inter se lebata exfinat, et a parte occidentis est terra de Marino qui nominatur de Rofinum, et a parte meridiana est terra iterum de memorata Marocta , sicuti inter se egripus et terris exfinat et a parte septentrionis est in aliquantum scapula de terra de heredes q. Iohannis Clerici qui nominatur Paravisu, sicuti inter se egripus proprium de memorata petia exfinat, seum et in ipsa septentrionalis parte est scapula de terra eorum que est silba , et at ipsa memorata halia petia minore coherent sibi a parte orientis et meridiana terre de memorata Marocta thia eorum in qua est palmentum *etc.* a parte occidentis est terra ecclesie S. Simeonis, et a parte septentrionis memorata terra Marini de Rofino; pena in auri sol. 200 vith. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memoratis germanis. Testes : Cesarius Curialis , Iohannes filius d. Stefani et Iohannes filius d. Gregorii qui subscribunt per absolutionem Ducis — R. N. A. M. t. VI, pag. 69.

628. In nomine *etc.* Imperante domino nostro iohanne porphyrogenito magno imperatore anno trigesimo quarto sed et alexio porphyrogenito magno imperatore anno septimo die octaba decima mensis ianuarii ind. quarta neapoli: certum est nos iohannes qui nominatur de gennara et gemma et mattinda et petro uterinis germanis filiis quondam domini sergii qui nominatur de gennara et quondam domine sica iugalium personarum. Ego memorata gemma cum consensu et voluntate de quidem domini iohannis qui nominatur castanihola biro meo: a presenti die prontissima voluntate venumdedimus et tradidimus tibi domino lando qui nominatur birchidum filio quondam domini petri qui iterum birchidum vocabat et quedam domina alberotta honesta femina iugalium personarum (1126)

Iohanne et Alexio impp. a. 1126.

idest integrum ex parte de integra superihora nostra que est constituta super superihora tua hoc est qualiter salitur per hac tectum una cum eodem tectu suum desuper se: posite vero intus anc civitatem neapolis in bico publici qui nominatur birginum pertinentia suma platea una cum aeribus et aspectibus suis atque yntroitum et homnibus sibi pertinentibus pertinente vero nobis per suprascripta genitrice nostra: et coheret a memorata integrum ex parte de memorata superihora que superius tibi venumdedimus cum homnibus sibi pertinentibus ut super legitur: a parte horientis est domos tua sicut inter se parietes exfinat: et a parte hoccidentis sunt ahere desuper curticella qui est de ecclesia sancti petri at palatini seum et domini alferii qui nominatur spicarello sicuti inter se paries proprium ex ipsu que superius tibi venumdedimus exfina ubi abet una fenestra maiora qui respicit super ipsa curticella seum et unde per ipsa curticella ibidem lumen ingredit: iterum et pigna eius tectui decurrit et descendit in ipsa curticella: et a parte septentrionis est iterum domos tuas: et a parte meridiana est reliquum ex ipsa superihora mea que nos venundata habemus ad domina byatrice honesta femina abhie tua conius quidem domini cafari qui nominatur graum: seum et a domino iohannes qui vocatur cabano ex adelpho germano tuo sicuti inter se pariete que tu facere et habere debeatis super capite de pariete qui ascendit inter ipsa domo tua et inter inferihora et superihora de memorata ecclesia sancti petri a palatino: seum et de memorato domino alpheri qui nominatur spicarello exfinat: et beniat ipsa pariete qui benerit factum inter ipsu a parte de memorata superihora qua superius tibi venumdedimus et inter ipsu que nos venundata habemus at memorata domina byatrice thia tua et at memorato domino iohannes qui nominatur cabano ex adelpho germano tuo de latitudine palmu unu et de altitudine in ipsa superihora usque ad ipsu tectu: de quibus nihil nobis de oc que superius tibi venundedimus cum homnibus sibi pertinentibus ut super legitur exinde aliquod remansit aut reserbabimus nec in aliena cuiusque personas quod absit commissimus aut iam committimus potestate: set a presenti die et deinceps a nobis tibi sit venundata et tradita in tua tuisque heredibus sint potestate exinde facere quicquid volueritis ut ab hodierna die semper in omnibus liberam exinde habeatis potestate et neque a nobis memoratis uterinis germanis ego memorata gemma una cum consensu et voluntate de memorato domino iohannes qui nominatur castanihola biro meo neque a nostris heredibus nec a nobis personas summissas ut nullo tempore numquam tu memorato domino lando qui nominatur birchidum aut heredibus tuis quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullo modu nec per summissis personis nullamque adinbenta ratione a nunc et in perpetuis temporibus: insuper et homni tempore nos et heredes nostris tibi tuisque heredibus ipsu que superius tibi venundedimus cum homnibus sibi pertinentibus ut super legitur: illos in omnibus antestare et defendere debeamus de homnes homine omnique personas: propter quod accepimus a te exinde in presentis in omne decisionis seum deliberatione idest auri tari hotto: diricti boni de Amalfi pesanti sicut inter nobis combenit: si autem aliter fecerimus de his homnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tuc compono vobis vestrisque heredibus ego et heredibus meis auri solidos quadtuor bythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis scriniarii discipulo iohannis curialis per memorata indictione. Hoc signum ✝ manus memoratis uterinis germanis quod ego memorato ab eis rogatus pro eis subscripsi et memorati tari traditos vidi. ✝ Ego iohannes filius domini Leoni testi subscripsi et supradicti tarì traditos vidi. ✝ Ego cesarius scriniarius testi subscripsi et *ut supra*. ✝ Ego iohannes scriniarius testi subscripsi et *ut supra* ✝ Ego iohannes curialis complevi et absolvi per memorata indictione. —

Iohanne et Alexio impp. a. 1126.

Ex membrana originali in archivo Cavensi in arca XX, *n.* 155 bis, *olim* 27 n. 1 *adservata.*

629. Die 23 m. martii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 34 sed et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. 7. Gregorius qui nominatur Cafatina, filius naturalis q. d. Iohannis Cafatini, promittit d. Marie abbatisse monasterii Ss. Marcellini et Petri et d. Iohanni presbytero qui nominatur Millula custodi ecclesie S. Renati que sita esset videtur ad Patricciana, regione portanobensis, et est iuris ipsius monasterii, ex eo quod dederunt ei integrum modicum superiorem quod est ipsius ecclesie S. Renati, quod pertinuit quidam Sparano, quod ipse Gregorius habet ibi alium situm olim ei venditum ab illis filiis de q. Landolfo qui nominatur Cocciula, et habet etiam horticellum qui est de ipsa ecclesia S. Renati, constitutum super gryptas antiquas et fuit ipsius Sparani Calciolarii, positum intus civitatem Neapolis super grypta in qua est sinagoga Ebreorum, pro qua datione ipse Gregorius dedit dicto monasterio auri tari 30 boni de Amalfi diricti et pesanti, propterea ipse Gregorius concedit dicto monasterio potestatem ingrediendi et regrediendi per gradas que sunt iusta sinagoga Ebreorum. Actum per manus Iohannis curialis et testes sunt Iohannes filius d. Gregorii et Sergius filius d. Petri. — *Notam. instr. S. Marcellini*, p. 189. (1126)

630. Die 21 m. aprelis ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 34 sed et Alexium eius filium porfirogenito m. i. an. 7. Riccardus presbiter qui vocatur Bonisculo, filius q. Iohannis Bennisculi de Somma et quedam Sicelgayta iugalium personarum, abitator vero in loco qui nominatur Portici, quod est foris flubeum, promittit d. Nycodemo humili igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* una cum cunctas congregationes monachorum eiusdem monasterii propter ecclesia iuris ipsius monasterii, bocabulo b.mi Petri Christi princeps apostolorum quod appellatur hat Calistum qui est inruynata et schoperta et est intus casale de terra monasterii in memorato loco Calistum ipsius parte foris flubeum una cum ista parte de terra iusta ipsa ecclesia de giro in giro da parte orientis da parietem da ipsa ecclesia in da ipsum casale per mensura passi et da parietam de ipsa ecclesia qui est da parte occidentis item per mensuram passi et da parte meridiana passi et da parte septentrionis iterum passi , una cum arboribus *etc.* ubi eum custodem ordinaverat omnibus diebus vite sue. In eo tenore quatenus illam conciare et fabricare et trabeiare et profilire et cooperire debeat ad suum expendium et ad commune expendium ibidem inbitare debeat archipresul istius civitatis et clericos eius pro ipsa ecclesia edificandum, unde ipse et posteri eius de ipsu expensarium de ipsum quod eis dari debet monasterium, dare debeat medietatem et ipse presbiter aliam medietatem, et homnia que dominus Deus dederit in ipsa dedicatione inter eos illut item dividere debeant per medietatem. Et da quo ipsa ecclesia fuerit edificata promittit in ea omne officium sacerdotale facere ut meruerit ecclesia de foras et pro alimoniis suis de rebus ecclesie frugiare et omne quod ibidem oblatum fuerit *etc.* et per omnem annum dare promittit duo paria de tortini, unum in nativitate (1126)

Iohanne et Alexio impp. a. 1126.

Domini et alium per sanctum Pasca, et post suum transitum ipsa ecclesia revertat ad monasterium *etc.* ut continet alia simile chartula. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Riccardus presbyter subscripsit Testes: Cesarius scriniarius, et duo Iohannes Curiales — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 421) R. N. A. M. t. VI, p. 82.

(1126) **631.** Die 21 m. iunii ind. IV. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 34. sed et Alexium filio porfirogenito m. i. an. 7. Vysus itaque fuit d. Iacobus ven. igumenus monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* et cunta eius congregationes monachorum illorum monasterii dare ad libellaticum pro annis 29 per chartulam libelli in die 1 m. februarii de ind. IV, que iam preteriit hat Benedicto et Aloara filio et nurua quidem Adenolfi qui fuit monachus istius monasterii et uni ex filiis illorum locare commictere que iubarent, idest domum illorum unde ex parte cohoperta et sine ostracum et platea et trabes et ipsum alium totum exere distructum et ipsum ex parte ipsi iugales conciaberunt et edificaberunt ad illorum expendium, seum et integrum ortum illorum pertinentes memorato monasterio per exere ex parte iuxta ipsa dommum parte orientis, posita vero intus hanc civitatem Neapolis intus trasenda propria de monasterio et intus curte iterum propria de monasterio et insimul . . . illorum iuris memorati monasterii bocabulo S. Agathe una cum aheribus et aspectibus et cum introitas eorum at memoratum ortum per memorata trasenda et iamdicta curte et per terrula que ad eis dederunt que exet subtus grados qui ascendebant in memorata ecclesia S. Agathe et ipsa domus et ortus coherent a parte orientis cum terra heredum q. Adenolfi clerici, sicut inter se ortus et sepis exfinat, et a parte occidentis exet alium ortum maiore illorum pertinente memorato monasterio qui in illorum reserbaberunt potestate, seum et ex parte de domum memorate ecclesie que iterum in illorum reserbaberunt potestate, et a parte meridiana at memoratum ortum est via publici qui badit at intus ortua et ad memoratam domum, et a parte septentrionis at memoratum ortum est memorata trasenda et in ipsa septentrionali parte est ipsa curte. Ita hipsi iugales ipsam domum cum orto meliorare et restaurare prommiserunt et in pensione domnicali nichili reputare, etiamxi in annis continuo 29 a die calendarum presenti ind. et usque in pridias calendas eos de prestaturis in rationibus ipsius monasterii et omni annuo in medio ianuario mense dare oleum sextaria tres ad sextarium iustum quomodo in omnibus ipsa chartula libelli continet. Et quia memoratus Benedictus migravit de hoc mundo absque proprio herede, nunc autem venit ipse Nicodemus ven. igumenus et quesivit memoratam Haloaram relicta memorati q. Benedicti una cum consensu d. Leoni clerici qui vocatur de Arco posteriori viro suo dicendo pars eius adversus eam ut redderet ipsi et monasterio ipsam domum cum hortu cum omnibus eius pertinentibus una cum memorata chartula libelli capsata; eo quod de memorato anteriori viro suo non remanserat proprius heres; et pars ipsius Aloare dicebat ut ipsa illas non rendat. De qua multam altercationem inter eos abuerunt et perrexerunt exinde in publici at legem, et fuit multa intentio coram ipsis iudices publici. Nunc autem Deo auxiliante et per eloquia de bonorum hominibus ordine venerunt exinde ad hanc vona convenientia ut ipsa Aloara,

Iohanne et Alexio impp. a. 1126.

propter quod per ipsum iudicium memoratus igumenus illut tollere ei non potuerat, pro redemptione anime sue eidem renderet memoratam domum cum omnibus eis pertinentiis et per eum in memorato monasterio et ipsa et memorato Leone posteriori viro suo illut teneret et dominaret in vita sua et post obitum de illu qui ex eis postea obiret reverteret in memorato monasterio et ipse igumenus faceret eis chartula recetatiba promissionis. Et quia ipsa Aloara in presenti reddidit memoratam domum cum ortu et memorata chartula apud igumenum capsatam remisit; unde et ipse igumenus cum cuncta congregatione monachorum promittit memorate Haloare quatenus memoratus ortus qui est iusta ortum heredum Landolfi clerici et coheret a parte meridiana cum via publici de inter hortua; et a parte septentrionis cum memorata trasenda propria monasterii, cuius trasende a foris sunt hortua et domus monasterii, qualiter vadit usque at platea publici qui vadit at porta d. Ursi Tata et qualiter exiet in parte orientis usque at platea publici qui venit de Arcu cabredatum sit in potestate eiusdem Aloare et posterioris viri sui omnibus diebus vite eorum ad tenendum et frugiandum, et post transitum eorum seu de illu qui ex eis postea obierit memoratus hortus in monasterio revertat ad habendum illum in sempiternum et pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum memorata Haloara. Leone clericus subscripsit. Testes: Iohannes Scriniarius et duo Iohannes Curiales. — R. N. A. M. t. VI, p. 86.

631*. *Alia similis chartula iisdem notis chronologicis signata et pari tenore per eumdem Curialem scripta, atque ab eisdem testibus roborata, in qua subscribunt:* ΝΗΚωΔΙΜωC ΗΓȣΜΕΝΟσ *i. e. Nicodemus igumenus* Ιo ΙΕΡΕυς *i. e. Iohanues sacerdos*, στεφανος μοναχος *i. e. Stephanus monachus et* σεργηȣς μοναχος *i. e. Sergius monachus.* — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1319) R. N. A. M. t. VI, p. 91.

632. Die 15 m. octobris ind. V. Putheoli. Imperante d. n. (*Iohanne*) porfirogenito (1126) m. i. an. 35. sed et Alexio porfirogenito eius filio m. i. an. 8. Adenulfus Comes castri Putheolani, filius b. m. d. Iohannis Comitis supradicti castri Putheolani, qui fuit filius b. m. d. Adenulfi Comitis castri Putheolani et q. d. Gaytalgrime comitisse, iugalium personarum, sponte pro amore Dei et pro salute anime sue et suorum prefatorum progenitorum restituit d. Nicodemo igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi ac Theodori et Sebastiani de Neapoli omnes domos et griptas destructas et edificatas ac terras et possessiones, necnon et pensiones et vinum, quas et quod ipsum monasterium habet intus et in pertinentiis ipsius castri Putheolani, que oblata fuerunt ipsi monasterio per cianum (1) ipsius Comitis, germanum patris ipsius Comitis, ad habendum et possidendum, prout supradictum monasterium possedit per duos annos ante obitum dicti ciani. Necnon et restituit prefato igumeno integram ecclesiam S. Petri, pertinentem ipsi monasterio, que est intus dictum castrum Putheolanum, et integrum ecclesiam S. Cesarei propriam ipsius monasterii ad easdem ecclesias possidendum et habendum cum omnibus suis iuribus et

(1) I. e. *patruum*, italice: *zio*. Vox sic inflexa est propria appulae dialectus.

Iohanne et Alexio impp. a. 1127.

pertinentii, sicut supradictum monasterium possedit et habuit per duos annos ante hobitum prefati sui ciani. Et est signatum tali signo XVIII — *Summar. instr. S. Sebast.* f. 650.

(1127) 633. Die 16 m. februarii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 35, sed et Alexio porfirogenito eius filio m. i. an. 8. Sergius in Dei nomine eminentissimi Consul et Dux utque Domini gratia magister militum concedit et firmat de Rigali humili abbatisse monasterii et cenobii b.mi Gregorii et Sebastiani atque Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni puellarum costituti intus istam Civitatem in platea que nominatur Nustriana integras omnes hereditates seu substantias *etc.* — (*V. infra in* Dipl. Duc.)

(1127) 634. Die 21 m. iulii ind. V. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 35, sed et Alexium eius filium porfirogenito m. i. an. 8. Iohanne qui nominatur Miscino, filius q. d. Iohannis et q. d. Reglusine h. f. iugalium personarum, pro Dei omnipotentis amore et pro redemptione anime sue et de iugalibus genitoribus suis et de Iohanne filio suo *etc.* offert et tradit d. Iohanni ven. abbati monasterii Ss. Seberini et Sossi ubi *etc.* et at cunctas congregationes monachorum ipsius monasterii et per eum in ipso monasterio, fundum de terra qui dicitur pictione posita in loco qui nominatur Casapagana quod est foris gripta non longe da illa obedientia et ecclesia S. Marie proprium de memorato monasterio una cum omnibus *etc.* et cum integrum monummentum proprium ipsius Iohannis et cum piscina intus ipsum monumentum qui simul est intus ipsum fundum et iusta bia publici a parte occidentis, iusta campum monasterii ubi est memorata obedientia, pertinente vero sibi per parentorum suorum et coheret at memoratum fundum a parte orientis campu de terra monasterii seum et modica terra de illi Caccuctuli et abet ibidem de longitudine passi 36, et a parte occidentis est memorata bia publici sicuti inter se egripus altum exfinat et abet ibidem de longitudine similiter passi 36, et a foris ipsa bia est clusuria maiore monasterii ubi est memorata obedientia et ecclesia, et a parte septentrionis iterum bia publici et abet ibidem de latitudine passi 20, et a parte meridie ubi se at pictia est memorata bia publici. De quibus *etc.* set a presenti *etc.* et neque *etc.* Insuper *etc.* si quis autem *etc.* sub anathematis *etc.* et pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus Iohannis Miscini et hoc memorati sunt ut abbas conciare et frabire debeat memoratum monumentum memorata piscina quomodo ei placuerit at proprietatem monasterii. Testes: Iohannes et Marinus scriniarii et Iohannes Curialis — R. N. A. M. t. VI, p. 101.

(1127) 635. Die 9 m. septembrii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 36 sed et Alexium eius filium porfirogenito m. i. an. 9. Bonohommo presbiter, filius quidem d. Sergii presbiteri qui vocatur de Bustandi, abitatores de loco qui vocatur Malitu maiore, promittit d. Nicodemo ven. igumeno monasterii Ss. Sergii et Bachi qui *etc.* una cum cunctas congregationes monachorum eiusdem monasterii propter medietatem de ecclesia bocabulo b.mi Nicolay et beate et gloriose Dei genitricis semperque Virginis Marie, que est intus illu campum maiore proprium de memorato monasterio positum vero in ipso loco Malitum maiore, ubi eum custodem pro ipsa medie-

tate ordinaverat, et de memorata integra ecclesia alia medietate exinde in sua reservaverat potestate, quatenus in ea per ratiocinea de memorata medietate omnibus diebus vite sue officium sacerdotale facere debeat et omne quodcumque in ipsa ecclesia vel in porticus ipsius ad conciandum vel ad recorticandum habuerit ipse facere debeat vite sue integra medietatem ut iustum fuerit, et quod in ipsa ecclesia oblatum fuerit si mobile *etc.* et pro alimoniis suis habere debeat medietatem de integra ecclesia et medietate de campo qui vocatur ad ara murata posito in memorato loco seu et medietate et de tribus petiis de terra et de dua introitas de memorato loco Malitum quamque et medietatem de dua modia de terra que sunt due petie, una que nominatur terracciadum et alia que nominatur ad illu Cafatinu, insimul posita in memorato loco; ea ratione quatenus in sua sit potestate illos tenendi *etc.* et omni annuo dare debeat oblata paria duo unum in nativitate Domini, et alium per sanctum Pasca. Et coheret at memoratum campu da haramurata de uno latere terra que detinent homines de loco qui nominatur S. Anthimum et abet ibidem de longitudine passi 120 et de alio latere est terra que detinuit omines de memorato loco S. Anthimum et abet ibidem de longitudine passi 117, de uno capite est campum qui nominatur adarpsu, per qua ipsa via ibidem ingredit et habet ibidem de latitudine passi 70, de alio capite est terra de hominibus de S. Anthimo et abet ibidem de latitudine passi 52; et ad una ex ipse petie de terra que nominatur martianum coheret ab uno latere terra Iohannis Tito, de alio latere terra d. Bodemaynardum, et da tertia et quarta parte terra de hominibus de Casandrino; et ad alia petia que nominatur teborola coheret sibi ab una parte terra de memorato Ubo, et da alia parte terra de Sillicto Mactiararo, et da tertia parte terra memorati Iohanni Tito, da quarta parte terra de Ubo qui nominatur de Riphaldi; et ad ipsa tertia petia coheret sibi ab una parte terra que detinuit Aldoyno Franco, de alia parte terra de illi Bicuni da tertia et quarta parte bie publici; et unu ex ipsa intersica nominatus ad ille ballanelle coheret sibi ab una parte terra memorati Iohannis Tito, de alia parte terra de ipsi Bicani, da tertiam parte bia publici, da quarta parte terra Priatmanni, et ipso alio intersico est coniunctum ab una parte cum terra que detinuyt a Bodemaynardum, et de alia parte terra heredum q. Sassone, da tertiam parte cum bia publici, da quarta parte cum terra de ipsi Bicani, et ad unu ex ipsa modia coheret sibi de uno latere terra Sergii de illu presbyter, de alio latere terra de Maurello, de uno capite terra de Iubino, de alio capite terra et ad ipsum alium modium coheret de uno latere terra de illu Tabularium, de alio latere terra Prideactio, de uno capite terra , de alio capite terra de illi de Urso. Et nullatenus *etc.* Pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Bonushommo presbyter subscripsit. Testes: Petrus filius d. Sergii, Iohannes filius d. Petri et Gregorius filius d. Iohannis — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 1033). R. N. A. M. t. VI, p. 104.

636. Die 8 m. ianuarii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. (1128) i. an. 36, sed et Alexium porfirogenito m. i. eius filio an. 9. Iohannes cognomento de

domino Niceta, filius q. d. Iohannis qui fuit filius q. d. Sergii qui iterum de d. Niceta vocabatur et q. d. Drosu h. f., iugalium personarum, promittit d. Iohanni cognomento Inferno pro exadelfo germano suo, filio q. d. Gregorii et q. d. Anne h. f. que fuit filia q. d. Gregorii qui nominatur de d. Niceta qui fuit uterino germano memorati d. Sergii qui fuit abio suo, iugalium, propter unam chartulam concessionis membranis scriptam die 9. m. martii ind. III regnante d. Constantino m. i. an. VIII quam fecerunt d. Iohannes et d. Sergius in Dei nomine etminentissimi Consul et Dux atque magistri militum (V. *infra in* Dipl. Duc.) seu et propter unum verbu sigillatu epistolariter scriptum que fecit memoratus d. Iohannes Consul et Dux pro vice sua et pro vice d. Sergii Ducis filii sui qui adhuc infra etatem esse videbatur at memoratis germanis d. Sergio et d. Gregorio, filiis q. memorati d. Niceta parenti illorum et q. memorate d. Anna iugalium personarum, de integra omne illorum hereditate seu substantia de intus *etc.* et de alium que ipsum verbum sigillatum continet, seum et propter unam notitiam testatam membranis scriptam quomodo tetigit in prima portione at memorato d. Sergio et at memorato d. Gregorio sex uncias de integro fundo illorum qui ponitur in loco qui vocatur Patrunchanu per trabersu divisum, hoc est a parte meridiana iusta terra d. Iohannis Millusi de Toccu, de qua reliqua sex uncias exinde qui exere a parte septentrionis iuxta terra memorati d. Iohannis Millusi tetigisset in portione secunda, omni tempore exere debere ad eguale mensura, seum tetigit at eis at sex uncias de campu qui vocatur Campumaiore qui esset iuxta ipsum fundum da parte orientis per longa divisu, hoc est a parte meridiana iuxta terram de illu Crispanum seu et terra de illi Appara et de illu Pirontiu de qua reliqua sex uncias qui esset a parte septentrionis iuxta terram heredis q. d. Salomonis tetigisset in portione secunda et de aliis terris *etc.* memoratam vero chartulam et verbum sigillatum et notitiam testatam simul communes ipsius Iohannis de d. Niceta et Iohannis Inferno ipse Iohannes de domno Niceta apud se abebat et conserbare et salbas facere debebat et pro communi defensione illas ostendere et monstrare debeat ubi necesse fuerit et pena in auri sol. 6 byth. Scriptum per Marinum scriniarium discipulum d. Iohannis scriniarii et actum per eundem Iohannem scriniarium. Signum manus memorati Iohannis cognomento de domno Niceta. Testes: Leo filius d. Leonis, Sergius et Gregorius Curiales — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 884.) R. N. A. M. t. VI, p. 111.

(1128) **637.** Die 11 m. mai ind. (VI.) Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 36 sed et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. 9. Sergius subdiaconus qui nominatur de Romano promittit d. Rigali abbatisse monasterii S. Gregorii maioris ancillarum Dei propter molinum pertinentem ipsi monasterio situm ad fluveum istius civitatis ad illum pontem, quem ei dicta abbatissa concessit ad pensionem ad decem annos. Propterea promittit macinare granum ad usum dicti monasterii modia 60 per annum. Actum per Cesarium Curialem sed totum consumptum. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 497.

Iohanne et Alexio impp. a. 1128.

638. Die 15 m. magii ind VI. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. (1128) an. 36 sed et Alexio porfirogenito m. i. eius filio an. 9. Sergius qui nominatur Scaptamunda filius d. Iohannis qui iterum Scactamunda vocabatur et Gregorius qui nominatur Ipato, filius d. Gregorii Ipati dudum cognati portararii de illa porta ipsius civitatis que dicitur de S. Ianuario, dictus vero Gregorius Ipato cum consensu Mare coniugis sue, filie d. Gregorii Pictuli, conveniunt cum monialibus monasterii S. Gregorii ancillarum Dei quod de vino vindemie bonorum dicti monasterii quod intrat per ipsam portam darent eis congium unum quolibet anno de vino musto mundo, et alium congium unum de saccapanna, pro qua pretensione fuit litigatum inter eos et postea convenerunt in hunc modum. Actum per Iohannem scriniarium — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 471.

639. Die 30 m. magii ind. VI. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. (1128) i. an. 36 sed et Alexio porfirogenito m. i. eius filio an. 9. Iohannes humilis presbyter qui nominatur Torniato custos ecclesie S. Amasi posita intus hanc civitatem Neapolis in vico qui nominatur Iudeorum, regione summe platee, cum consensu d. Sergii et d. Sicelgarde filiorum d. Pandolphi de domno Adinolfo, et dicta Sicelgarda cum consensu d. Sergii Bulpicella sui viri et d. Sicelgarda filia d. Cesarii Grassi cum consensu d. Gregorii qui nominatur Gaetano viri sui et d. Iohannis qui nominatur Graxo filii d. Stefani Graxi et d. Petri qui nominatur Graxo filii similiter d. Petri Graxi, hoc est thie et nepotum patronorum dicte ecclesie S. Amasi, commutat et tradit d. Stephano qui nominatur Russo filio Iohannis Russi cui sopranomen Purcaro, et Marocte que nominatur Mammau filie Iohannis clerici qui nominatur Quatrilla, iugalibus, medietatem inferioris cellarii qui costitutus est subtus domus Gregorii qui nominatur Bonvini, et Sergii qui nominatur Ginataro insimul posita intus hanc civitatem Neapolis in dicto vico publico qui nominatur Iudeorum, ipsius regionis summa platea, qui coheret cum domo ecclesie S. Seberi de dicta regione summe platee et dedit ei chartulam notitie quam fecit d. Petrus presbiter qui nominatur Soppacci, custos ecclesie S. Ianuarii qui nominatur de illi Spoliamorte, et coheret cum domo de illi qui nominatur Scrufilla et reliqua medietas dicti cellarii est dicte ecclesie S. Ianuarii que dicitur de illi Spoliamorte, et cum alia medietate predicti Gregorii Bonumvinum et predicti Sergii Ginataro, et cum domo de illi qui nominatur lamia dominico; et in excambium predictus Stephanus Russus commutat et tradit dicto custodi ecclesie S. Amasi petiam terre modii unius, mensuratum ad passum ferreum S. Neapolitane ecclesie, positum in loco qui nominatur Pischinule et dicitur ad griptule, et alias tres quartas cuiusdam terre positas in loco qui vocatur Marilianum que sunt constitute intus fundum qui fuit d. Marini Mammau et modo est d. Iohannis qui nominatur Cutone, et terra predicta posita in Pischinula fuit Gregorii qui nominatur Ruxo et Iohannis et Petri germanorum predicti Stephani, que terra posita in Pischinula coheret cum terra heredum d. Sergii Ruxi de S. Paulo, cum terra Gregorii, Iohannis et Petri Rui predictorum et cum terra ecclesie Domini et Salvatoris nostri Iesu de ipso loco Pischinule; pectiola terre predicte posita in Mariliano coheret cum terra de illu qui nominatur Castracane, cum terra d. Ste-

Iohanne et Alexio impp. a. 1128.

phani Cutone et d. Sergii Mammau, et pena controventionis statuta est in auri solidos 70 bizanzios. Actum per Iohannem scriniarium — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 540.

(1128) **640.** In nomine *etc.* imperante domino nostro iohanne porfirogenito magno imperatore anno trigesimo septimo set et alexio porfirogenito magno imperatore eius filio anno decimo die vigesima septima mensis novembris indictione septima neapoli. Dispositum factum a me riccardo cognomento de calendi filio quondam petri qui nominatur de calendi et quondam   iugalium personarum de omnem mea hereditatem seu substantias de intus et foris qualiter inferius iudicavero firmum et stabile permaneant in perpetuum quod dixi dispono primum omnium ut ad meu transitu dent pro anima mea quidem pellegrino puerulo filio meo idest auri tari decem boni de Amalfi diricti et pesanti et badant illi pro anima mea per manum quidem domnum stephanum venerabili presbytero qui nominatur intugnulo sancti viro penitentiario custus ecclesie sancti felicis de subtus turre et muro publico (1) filio quondam stephani et per manum quidem dominum iohannem venerabili presbytero qui nominatur cannabaro cognato meo filio quondam   hoc est distributoribus meis et distribuant illos pro anima mea in hoc ordine: vid. supradictus sancti et distributor meus detineant sibi exinde tari duos et faciant mihi exinde omnem obsequium pro me sepeliendu : reliquum qui exinde remanserit distribuant illos pro anima mea ubi ipsi melius previderint et facient mihi de domos mea illa septima , nam si qualibet dilactione exinde me miserint supradicto filio meo ad dandum ex predicti tari pro anima mea et ad faciendum pro anima mea ipsa septima ut super legitur tunc licentiam et potestatem habeant supradicti meis distributoribus et illorum heredibus vel persona illa cui ipsum meum dispositum in manus paruerit apprehendere et venumdare ex ipsa homnis mea hereditate seu substantias de intus et foris ubi ad eos placuerint et venumdent illos cui voluerint et cuique illut eis venunderint firmum et stabile permaneat in perpetuum : tantum autem in quantum ut de supradictis tari decem et supradicta septima pro anima mea colere baleant et sic distribuant illos pro anima mea qualiter superius iudicabi: reliqua vero omnem meam hereditatem seu substantias de intus et foris: hoc est domos seu terris vel mobilibus rebus mobilium et immobilium se seque moventibus hominibusque eis pertinentibus, reliqua omnia et ex omnibus undecumque aut quomodocumque mihi hobvenerint et pertinent vel obvenire et pertinere debet aut pertinenda fuerit pro quobis modum simul de intus et foris post meu transitu revertat et sit de supradicto domino pellegrino filio meo et suis propriis heredibus: dispono ut si deus fecerit nec remanserit propriis heredibus qui ipsum hominibus supradictam hereditent tunc ipse omnia et in omnibus supradictis quae superius ad ea reliquit et iudicavit quantum illo tempore exinde remanserit medietatem exinde fiat de quidem   conius mea faciendi que voluerit et reliqua medietate exinde badant pro anima mea et de supradicto filio meo per manum de supradictis meis distributoribus vel per manum de persona illa cui supradictu meu dispositu in manus paruerit distribuendi illut pro animabus nostris ubi ipsi prebiterint: dispono ut ipsa omnia et in omnibus suprascriptis seu ipsu que pro anima iam dixi sint ibi de supradicta conius mea domna et domina ad regendum et gubernandum se et supradicto filio nostro , si ipsa lectu meu custodierit: abeat sancta neapolitana ecclesia pro luminaria absque iniuria tremissem unum;

(1) Sub Guillelmo rege " Gratianus de Angelo dedit et tradidit monasterio Ss. Severini et Sossii domum suam positam intus civ. Neapolis in regione Furcillense in curti et anditu communi qui est iuxta vico publico, ubi est ecclesia S. Felicis subtus turrem istius civitatis " — *Repert. del monast. di S. Severino* n. 810. Cf. etiam supra n. 383.

Iohanne et Alexio impp. a. 1129.

si quis autem quelibet persona quobis tempore contra unc meu dispositu ut super legitur venire presumpserit et eum in quacumque parte irritu vel bacuum facere quesierit per se aut per summissas personas tunc componat pars infidelis et suis heredibus ad partem fidem servandi eiusque heredibus auri solidos quinquaginta bythiantios et unc meu dispositu firmissimu ut super legitur sit firmu scriptu per manum iohannis scriptore filius domini gregorii tabularii per supradictam indictionem. hoc signum ✝ manus supradicti riccardi qui nominatur de kalendi quod ego qui supra pro eu subscripsi. ✝ ego bernardus primarius testis subscripsi ✝ ego iohannes scriptor testis subscripsi ✝ ego iohannes filius domni sergii testis subscripsi ✝ ego gregorius tabularius complevi et absolvi per supradictam indictionem. — *Ex membrana originali in Archivo Cavensi in arca* XXI, *n.* 49 bis, *olim arca* 27 *n.* 10 *adservata.*

641. Die 4 m. magii ind. VII. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 37 sed et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. 10. Petrus qui nominatur Capuriccia S. Neapolitane ecclesie, filius Iohannis qui nominatur Curcione, promittit d. Rigali abbatisse monasterii S. Gregorii maioris propter integrum molinum dicti monasterii positum in loco qui vocatur Fullotano in ecclesia dicti monasterii vocabulo S. Marie de dicto loco Fullotano, quem ei dedit ad pensionem cum molis et aliis stiliis. Propterea promittit macinare pro usu dicti monasterii modia 100 gratis, et promittit macinare modia 3 omnibus diebus ad mandatum dicti monasterii gratis, et si in ipso molino tenuerit pullas promittit dare medietatem et pena controventionis statuta est in auri solidos 60. Actum per Iohannem Curialem — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 541. (1129)

642. Die 3 m. septembriis ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 38 sed et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. 11. Iohannes monachus qui nominatur Miscino, filio q. d. Iohannis Miscini et q. d. Solisinda h. f., iugalium personarum, per absolutione et subscriptione quidem d. Iohanni ven. abbatis monasterii Ss. Severini et Sossii ubi eorum *etc.* in cuius monasterio ipse monachus esse videtur, a presenti die pro Dei omnipotentis amore et pro mercede et redemptione anime sue et de supradictis iugalibus genitoribus suis offert et tradit vobis, o beatissime Severine Christi confessor et beatissime Sossi Christi levita et martir, et per vos in ipso sancto et ven. monasterio, in quo d. Iohannes ven. abbas dominus suus cum supradicta cuncta congregatione monachorum dignati fuerant ipsum ibidem monachum facere ut cunctis diebus vite sue ibidem esse debeat, sicut regula beatissimi Benedicti docet, idest duas integras petias de terra; una vero posita in loco qui nominatur Cisanum, et alia in loco qui nominatur Casa Pagana quod est foris griptam, ubi est ecclesia S. Marie propria supradicti monasterii, insimul una cum arboribus *etc.* et coherente supradicta petia de terra de isto loco Cisanum de uno latere parte orientis et de uno capite parte meridie sunt bie publice, sicuti inter se sepis exfinat, et de alio latere parte occidentis est terra d. Iohannis qui nominatur bucca pictula sicuti inter se terminus exfinat, et de alio capite parte septentrionis est terra . . . . . . sicuti inter se sepis et terminis exfinat. Alia vero petia de terra coheret sibi a parte orientis est terra ecclesie Ss. Cosmi et Damiani de Porta nobensis seu et terra ecclesie S. Angeli da porta ventura (*ventosa?*) sicuti inter (1129)

se terminis exfinat, et a parte occidentis est via carraria et a foris suprascripta via est casale de terra eiusdem monasterii, ubi est suprascripta obedientia et suprascripta ecclesia et piscina et palmenta ipsius monasterii, et a parte septentrionis est bia publica, et a parte meridie est terra . . . . . . sicuti inter se terminos exfinat. De quibus nihil *etc.* sed a presenti die et deinceps *etc.* (*Caetera in exemplo desunt*) — *Protocollo del monasterio di S. Severino* f. 61.

(1130) **643**. Die 27 m. ianuarii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfidogenito m. i. an. 38 sed et Alexio eius filio porfidogenito m. i. an. 11. Composta et Bernardus et Pandolphus Peczapane, germani filii q. Gisolphi Peczapane et q. Marie de Oliva, ipsi vero Bernardus et Pandolphus per absolutionem gloriose potestatis d. Sergii in Dei nomine eminentissimus Consul et Dux atque domini gratia magister militum et una secum habendo absolutionem (*abbocatorem*) d. Iohannes Rusci filio q. d. Iohannis qui similiter Ruxo vocabatur, qui ipsa gloriosa potestas illis eum habendum (*abbocatorem*) dedit pro eo quod non sunt producti in legitimam aetatem, et dicta Composta cum voluntate d. Petri Cicalise viri sui, abitatoris de Ponticello parte foris flubeum, vendunt d. Altrude abbatisse monasterii et ecclesie b. et gloriose genitricis semperque virginis Marie d. nostre que nominatur ad Anglone, integram portionem de tribus petiis de terra communibus cum parentibus eorum et dicto monasterio, positis in loco qui nominatur Baccilianum (1) et una de dictis petiis de terra coheret cum terra que nominatur Pulluno, de alio latere coheret cum terra monasterii S. Marie de Anglone , de alia parte terra de

(1) Locus extabat *super clibum de galloro* (V. supra doc. n. 247) vel , uti alibi dicitur , *super caput de clio* , nunc *Capodichino* (Instr. *diei 3 m. septembris ind. VII. Neapoli. Regnante d. n. Guillelmo Sicilie et Italie magnifico rege an.* 8, *in Notam. instr. S. Gregorii* n. 321). In eodem *Notam.* habetur summarium alterius instrum. quod heic transcribere lubet, quippe plura ad Neapolis topographiam et historiam scitu utilia continet. Est autem huiusmodi : " Die 25 m. iunii ind. IX. Neapoli an. ab incarnatione Domini 1281. Regnante d. n. Carolo regnorum eius an. 16 et regni Hierusalem an. 5 et eius dominationis civitatis Neapolis an. 16. Angelus de Stabile filius d. Iohannis de Stabile et d. Gemme, iugalium, cum consensu Benture coniugis sue, vendit et tradit d. Sicelgaite Cacapice de Romania et d. Flore Brancacze monialibus monasterii S. Gregorii maioris, rectricibus et gubernatricibus s. infirmarii ipsius monasterii pectiam terre modiorum trium et quartarum 4 et nonarum 7 mensuratam ad passum ferreum S. N. E. positam in loco qui nominatur S. Maria ad Baccilianum, qui est prope locum qui nominatur S. Petrus ad Paternum, pertinentem ad dictum Angelum et Bartholomeum de Stabile uterinum germanum suum ex hereditate paterna, et at dictum genitorem suum pertinuit per comparationem factam a Serbati qui nominatur de Cicino filio Iohannis de Cicino et Gemme qui nominatur Costantina, iugalium, cum consensu Marocte coniugis sue, habitatoribus dicti loci S. Petri ad Paternum, et per comparationem factam a Subtrino qui nominatur Palmise filio Iohannis Palmise et Trocte, iugalium, hoc est iugalibus, et per chartulam comparationis factam dicto genitori suo a Petro subdiacono S. sedis Neap. eccl. qui nominatur Sabiniano , custode ecclesie S. Eupraxie que est intus hanc civitatem Neapolis iuxta vicum qui nominatur Mirti, regione Furcillense, cum consensu d. Petri ven. archiepiscopi dicte S. sedis Neap. eccl. et d. Iohannis cognomento Cacciottolo filio d. Landolfi dominorum dicte ecclesie; pars cuius predicte terre fuit data in dotem d. Bartholomie uterine germane dicti Angeli, que fuit coniux d. Ursonis Coppula et postea ab ipsa Bartholomia fuit vendita d. Thome Scagnasorice filio d. Sergii Scagnasorice et d. Gaite iugalium, et ab ipso Thoma deinde vendita eidem Angelo ; et coheret suprascripta pectia terre cum terra ecclesie S. Anelli maioris , cum terra d. Trude Rumbe, cum terra de illi Planula et cum terra ecclesie S. Marie ad Baccilianum pro pretio unc. 40 *etc.* Actum per Leonem Maroganum Curialem et testes sunt Iohannes Coczulus , Petrus Gruccialma et Paulus Puldericus omnes Curiales " — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 430.

Iohanne et Alexio impp. a. 1130.

illis Boffa, item coheret cum terra monasterii S. Gregorii, item coheret cum terra de illis qui nominatur Muschini. Testes: Sergius filius d. Rogerii per absolutionem d. Sergii (*Ducis*). Ego Mastalus Curialis. Ego Petrus filius d. Stephani per absolutionem memorati Ducis testis subscripsi, et memoratos solidos traditos vidi. Iohannes Curialis complevit et absolvit. — Ex *Scripturis monasterii S. Mariae de Anglone* apud Tutini, *Notam. cit.* Ms. f. 62.

644. Die 7 m. aprilis ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne (*porphirogenito*) (1130) m. i. an. 38 .... (*sed et Alexio eius filio porphirogenito m. i. an.* 11). Sergius in Dei nomine eminentissimus Consul et Dux *etc.* concedit d. Iohanni ven. abbati monasterii Ss. Severini et Sossii *etc.* casale de terra positum in loco qui dicitur Limpiano. *etc.* (V. *infra in* Dipl. Duc.)

645. Die 24 m. magii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito (1130) m. i. an. 38 sed et Alexium eius filio porfirogenito an. 11. Ursus cognomento Rommano, filius q. d. Cesarii Rommani et q. d. Landelgrime h. f., iugalium personarum, vendit et tradit d. Marie ven. abbatisse monasterii Ss. Marcellini et Petri una cum cuncta congregatione monacharum eiusdem monasterii petiam de terra que nominatur at salaranum quod est foris gripta una cum omnibus *etc.* et coheret at memorata petia de uno capite parte orientis est terra heredum q. d. Sicelgarde h. f. que fuit conius q. v. m. d. Iohannis senatoris, sicut inter se semita exfinat, et in ipso capite est ex parte de campum de terra memorati monasterii, et de alio capite parte occidentis est terra de d. Gregorio Rommani uterino germano suo, et de uno latere parte meridie est terra de illi Guindactii, et de alio latere parte septentrionis est terra que fuit de illi de domno Lamberto, etiam dedit et aput eam remisit sex chartule exinde continte, que sunt nominatibe: prima chartula est deditionis que ipsi et at q. d. Cesario et at memorato d. Gregorio et at q. d. Iohanne germanis suis fecit d. Sergius humilis diaconus, qui nominatur Rommano, S. Sedis Neapolitane ecclesie germanus suus, secunda chartula est commutationis que fecit memoratus d. Iohannes Rommano memorato d. Cesario Rommano, tertia chartula est venditionis que fecit eidem Urso memoratus q. d. Cesarius Rommano, quarta chartula est donationis que ipsi Urso fecit memoratus d. Cesarius, quinta est notitia de portione sua de memorata terra que memorato Urso tetigit da memoratis germanis suis, hoc est d. Cesario et memorato d. Gregorio, sexta chartula est iterum notitia quomodo portio de memorata terra tetigit at memorato d. Cesario da ipso Urso et da memorato d. Gregorio germanis suis que insimul remittit at memorato monasterio pro eiusdem defensione de quibus nihil *etc.* Propter quod accepit auri sol. 56 boni de Amalfi diricti et pesanti ana tari quatuor per sol. et pena in auri sol. 100 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus memorati Ursi. Testes: Petrus filius d. Sergii, Iohannes Curialis et Petrus scriniarius — (*Notam. instr. S. Marcellini* p. 189) R. N. A. M. t. VI, p. 125.

646. Die 19 m. iunii ind. VIII. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. (1130) i. an. 38 sed et Alexium eius filium porfirogenito m. i. an. 11. Visus fuit Leone Vi-

sconte de illa fidantia de Caput de monte, filius q. Scampi Visconte de illa fidantia de illi Sorelli, querere d. Iohannem ven. presbiterum, filium q. d. Stephani clerici qui nominatur Paparone, custus ecclesie b.^{mi} Seberi Christi confessoris, que sita est intus hanc civitatem Neapolis in platea publici que nominatur radiosolis qui et gurgita dicitur de regione summa platea, de due corrigie de terra simul posita in loco qui nominatur Ianula iusta memorato loco Caput de Monte una cum arboribus *etc.* et coheret ad una de memorate corrigie de terra a parte meridiana est terra ecclesie S. Stephani pictuli . . . de domina est quidem d. Trocte h. f. que nominatur Marocta . . . . . . conius subscripti d. Gregorii Cummano, et a parte septentrionis cum terra ecclesie S. Petri qui appellatur hat palatine unde iterum memoratus d. Gregorius Commano cum memorata coniux sua domini sunt et a parte orientis est semita communi et a parte occidentis est bia publici que badit at Miana et at plures locoras; alia vero corrigia coheret sibi a parte orientis semita communis, et a parte occidentis bia publici, et a parte meridie terra memorate ecclesie S. Petri, et a parte septentrionis terra de Iohanne Isabro et de Petro Isabro filiis q. Gregorii qui fuit naturali q. Petri Turziuli, quem ipse Leo procreavit in illa serbientis . . . . Unde quesivit ipsum d. Iohannem pars ipsius Leonis dicendo hut de memorate corrigie et de omnibus pertinentibus fidantias et data seu collectas exiebat pro parte de ipsi Normanni et pars ipsius Iohannis dicebat ut veritas non esset, set defise et scalognate fuisset het siat da 15 dies ante illa morte de illu principe Iordanum. De qua multam haltercationem exinde inter eos abuerunt et perrexerunt exinde in pubblici at legem et iudicatum est inter eos oc iudicium hut si baluerit pars eiusdem Leonis eidem Iohanni pro vice de ipsi Normanni iurare et dicere cum aliis duobus personibus de ipsi Normanni ut de memoratis corrigiis fidantia et data seu collecta exiisset 15 dies ante illa morte et ipse et anteriores eius illut tulissent, tunc ipse Iohannes daret eidem illos pro ipsa ecclesia, sin autem iuraret uno discipulo eiusdem d. Iohannis pro vice memorate ecclesie ante ipsum memorato Leoni et diceret ut memorate corrigie defise et scalognate fuisset da 15 dies ante mortem principis Iordani, et deinde in antea fidantias vel data aut collectas exinde non exiisset, tunc ipse Leo poneret eidem presbytero et per eum in ipsa ecclesia chartulam recitatibam securitatis. Et quia perrexerunt ad sancta Dei ecclesia ut ipse Leo cum duobus personibus ordinatibis de ipsi Normanni iuraret, et non fuit ausus iurare, ideo in presenti recepit ab ipso discipulo eiusdem presbiteri memoratum sacramentum ut superius dictum est et deinde definivit quistionem in omnibus et promittit nunquam ipsam ecclesiam molestare pro vice sua et pro vice de ipsi Normanni. Actum per Gregorium Curialem. (*Omittitur compositio, et subscriptio vel signum manus Leonis, nec memoratur chartulam a Gregorio Curiale scriptam fuisse*) — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 284) R. N. A. M. t. VI, p. 128.

(1130) **647.** Die 10 m. octubris ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 39 sed et Alexio porfirogenito m. i. eius filio an. 12. Sica et Drusu . . . . *filie* Ce-

Iohanne et Alexio impp. a. 1130.

sarii Calli qui nominatur Bactone et quedam Drosu que nominatur Otula, iugalium personarum, et ipsa Sica cum voluntate Cesarii qui nominatur Berbuscum viri sui, et Drosu cum voluntate Leonis Marenari qui nominatur Fruntiuto viri sui, commutant et tradunt Iohanni qui nominatur Salernitano filio q. Petri et q. Marocte, iugalium, petiam de terra positam in loco qui nominatur Pulbica que est iuxta Claulanum cum palmento et subsceptorio suo et piscina et cum omnibus *etc.* et de uno latere parte meridie est fundum d. Iohannis Lactii et fundo rediisse d. Stephani Lactii et terra de illi Cimina sicut inter se egripus exfinat, et de alio latere parte septentrionis terra heredum q. d. Sparani Lactii et terra de illi Marenari qui nominatur . . . . sicuti egripus et sepis exfinat, et de uno capite parte orientis est terra ecclesie S. Gruci de regione forum, unde ipse introyta abere debeat, sicuti egripus et terminis seum sepis exfinat, et de alio capite parte occidentis est terra de illi qui nominatur Roncella, sicuti egripus et terminis exfinat. De quibus nihil *etc.* Insuper et omni tempore *etc.* propter quod invicem commutationis acceperunt integra domu que est inferiora cum superiora sua positam intus anc civitatem Neapolis at porta S. Ianuarii et regione porta S. Ianuarii que sibi pertinebat per chartulam recetatibam comparationis quam ei fecerunt distributores . . . . . Marocta filia q. Sergii qui nominatur Portaro et de . . . . idest integra duo . . . . . . murum publicum cum integrum ex parte simul . . . superiora que est ante ipsa arcora parte meridiana est super sua inferiora posita intus anc civitatem Neapolis in vico publici qui appellatur formelle (1), eadem regione porte S. Ianuarii, una cum omnibus *etc.* sibi pertinentem per chartulam comparationis quam fecit Petrus qui nominatur Casandrino filius quidem d. Petri, que vero ambe chartule ipse Iohannes aput ipsos germanos remissit, et coheret memorata domu a parte orientis est domu Iohannis Portaro, a parte occidentis est domu Gregorii Portaro, et a parte meridiana est domu heredis q. et a parte septentrionis est platea publica ubi de inferius habet regias et de superius fenestras que ibidem respiciunt; et coheret at memorata duo arcora et ad ipsa gripta de ipso superiora a parte orientis est superiora eiusdem domus que in sua reservavit potestate, ut inter se costa ex ipsu murum et clusa commune exfinat, per qua in ipsa ingredit, et a parte occidentis sunt aheres de memorato bico publici, et in ipsa parte occidentis est alia coperta de alium arcum quem ipse Iohannes commutaverat, et a parte septentrionis est ipsu murum publicum et a parte meridiana est superiora de memorato Petro Casandrini sicuti inter se exfinat cantu de pila fravita sanctum cruce et cluse commune. Unde nihil *etc.* et sic ipse Iohannes illut defendere debeat sicuti continet alia chartula commutationis recapitolationis de ista . . . . que odie fecit et pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus memoratis germanis

(1) Alibi dicitur: *in regione apostolorum.* Cf. supra n. 283, et instr. an. 1289 in *Notam. instr. S. Greg.* n. 591. — Praeterea notitiam habeo cuiusdam ecclesiae ibi positae; nam " Imperante Basilio die. . , . . ianuarii ind. XIIII. Gregorius cognomento de orreu offeruit et tradidit d. Petro humili abbati monasterii Ss. Severini et Sossii *etc.* ecclesiam unam sub vocabulo S. Marie sitam in platea porte S. Ianuarii in vico qui nominatur Formelli ipsius regionis *etc.* — *Repert. del monast. dei Ss. Severino e Sossio* n. 1510.

et hoc memorati sunt ut quandoque ipse germane at defendendum benerint, ostendere et monstrare debeant ambe notitie. Testes : Gregorius filius d. Petri, Petrus filius d. Mastali et Landolfus filius d. Gregorii. — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 801.) R. N. A. M. t. VI. p. 131.

(1130) **648.** Die 29 m. octobris ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 39, sed et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. 12. Gregorius qui vocatur Romanus, filio q. d. Cesarii qui vocatur Romanu et q. d. Landelgrima h. f. iugalium personarum, venumdedit et tradidit d. Marie ven. abbatissa monasterii Ss. Marcellini et Petri ancillarum Dei, filia q. d. Pandolfi Longobardi Capuani qui vocatur Ruxo, et cuncte congregationi monacharum memorati monasterii integrum unum modium de terra per passum mensuratum at passum ferrum S. Neap. ecclesie et integra petia de terra, posita vero in loco qui vocatur Saleranum quod est foris cripta, una cum arboribus *etc.* pertinente sibi per memorata genitrice sua: Coherente sibi memoratum unum modium de terra ab uno capite terra memorati monasterii, quod comparatu habet da d. Urso qui vocatur Romano uterino germano suo, sicuti inter se terminus exfinat, ex alio capite est reliquum de memorata petia de terra quod in sua reserbavit potestatem, quomodo inter se terminus exfinat, quas ibidem ambas partes purgare? debeant, et de uno latere terra heredum de illi qui vocatur de domino Lamberto, quomodo inter se terminus exfinat, ex alio latere terra de illi qui vocatur de Appiunea (*Appium?*) et in aliquantum terra de illi Guinetassi (*Guindacci?*) ut inter se terminus exfinat. De quibus nihil *etc.* set a nunc et deinceps *etc.* et neque ab ipso memorato Gregorio *etc.* Insuper omni tempore ipse et heredes sui in omnibus illut antestare et defensare debeant pro eo quod accepit auri sol. 45 de tari ana quatuor per solidos boni de Amalfi diricti et pisanti; pena in auri sol. 90 byth. Scriptum per Sergium discipulum d. Preside? (1) Curialis, actum per Presidem Curialem. Signum manus memorati Gregorii. Testes : Iohannes filius d. Stephani, Sergius filius d. Petri et Petrus (*absque patris nomine*) — Minieri, *O. c. App.* n. 1.

(1131) **649.** Die 4 m. ianuarii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 39 sed et Alexio eius filii porfirogenito m. i. an. 12. Petrus qui nominatur Sichimari et Pandolfus filii quidam d. Iohannis qui nominatur Sichimari qui fuit filius quidam d. Petri Langobardi Capuani, qui nominatur Sichimari et quedam d. Anne filie quidam d. Gregorii qui nominatur de Appiu, iugalium, per absolutione gloriose potestatis d. Sergii in Dei nomine eminentissimi Consulis et Ducis atque domini gratia magistri militum, qui abbocatorem ei dedit quidam d. Aligernum qui nominatur Ianaro, filium quidam d. Stephani Ianari, ex eo quod non est producta ad legitimam etatem, vendit et tradit ipsi d. Sergio in Dei nomine Consuli et Duci atque Dei gratia magistri militum, filio quidam no. m. (*nobilis memorie*) d. Iohannis iterum in Dei nomine eminentissimi Consulis et Ducis atque Dei gratia magistri militum imperialis protosebaste et

(1) Sic in membrana; nomen vero est omnino insolens, neque in alio Neapolitani ducatus instrumento occurrit.

Iohanne et Alexio impp. a. 1131-1132.

quedam d. Anne (1) h. f. gloriose Ducisse que fuit filia quidam d. Iolfride principis et Ducis civitatis Gayete, iugalium, petia de terra mensure quartarum quinque mensurate, sicuti consuetudo est mensurare ad passum ferreum S. Neapolitane ecclesie, posita in loco qui nominatur Pischinula iusta alias terras, quas ipse Dux emit a d. Marocta germana ipsorum fratrum de dicto uno genitore et de singulis genitrice. Et hoc pro pretio solid. 22 de Amalfi diricti et pesanti ana quatuor tari per solidum. Actum per manus Iohannis Curialis et testes sine cognomine. — *Notam. instr. S. Marcellini* p. 188.

650. Die 5 m. ianuarii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 39 sed et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. 12. Marocta h. f. filia quidam d. Iohannis qui nominatur Siclimari, qui fuit filius q. d. Petri Langobardi Capuani qui nominatur Siclimari et quedam d. Gemme que fuit anterior coniux sua cum consensu et voluntate quidem d. Iohannis qui nominatur Pagano viri sui, vendit et tradit d. Sergio in Dei nomine eminentissimi Consuli et Duci atque domini gratia magistro militum, filio quidem no. m. (*nobilis memorie*) d. Iohannis iterum in Dei nomine eminentissimi Consulis et Ducis atque domini gratia magistri militum et imperialis protosebaste et quedam d. Ebe h. f. gloriose Ducisse que fuit filia quidam d. Iolfrida principis et Ducis civitatis Gayete, integras petias de terra positas in loco qui nominatur Pischinula iuxta alias terras venditas olim a predicta Marocta ipso Sergio Duci et aliam terram per Ducem emptam a Petro et Pandolfo germanis dicte Maroctе de uno genitore et de singulis genitrice et hoc pro pretio solid. auri 9 boni de Amalfi diricti et pesanti ana quatuor tari pro solido. Actum per manus Iohannis Curialis et testes sunt Petrus filius d. Stefani et Mastalus primarius — *Notam. instr. S. Marcellini* p. 187. (1131)

651. Die 20 m. iulii ind. IX. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 39 sed et Alexium eius filium porfirogenito m. i. an. 12. Sergius in Dei nomine etminentissimus Consul et Dux atque domini gratia magister militum concedit, tradit et firmat d. Iohanni ven. abbati monasterii Ss. Seberini et Sossii ubi *etc.* corrigiam de terra positam in loco qui nominatur Caba *etc.* (*V. infra in* Dipl. Duc.). (1131)

652. Die . . . m. martii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. . . . (*Iohanne*) porfirogenito m. i. an. 40 sed et Alexio porfirogenito . . . m. i. an. . . . (13). Maria filia q. Iohannis qui nominatur Gictio . . . cum consensu et voluntate Iohanni qui nominatu Pullastrella . . . *vendit et tradit* Petro qui nominatur de Palumbo, filio q. Marini qui nominatur de Palumbo et q. Maria, iugalium personarum, idest integra portione . . . . super inferiora cellarii de quidem Stephano qui nominatur de Cicina, hoc est ipsa portione mea . . . . salit at usque tectum una cum quantum ibidem pertinet de eodem tectum suum superne seu et integra medietate sua de integra alia superiora qui est constituta super inferiora cellarii heredum q. Anne que nominatur Riccia, que fuit conius Petri negotiatoris, qui nominatur de Sassa, una cum medietate de orreu planctatu super ipsa superiora qualiter salit (1132)

(1) Sic in cod. Ms. at legendum est: Ebe, nam in doc. sequenti et in alio n. 652 adnotato, istius Iohannis ducis uxor ita appellatur. V. etiam t. I, p. 136.

Iohanne et Alexio impp. a. 1131.

usque at tectum, set in aliquantu de ipsa medietate ex ipsum orreum quod est constitutum super in aliquantum de reliqua alia medietate ex ipsa superiora qui est de memorato Stephano, eo quod ipsum orreum est in aliquantu constitutu super anditum altineum qui ingredit at pischina communi; insimul posita vero intus curte communi quod est iuxta platea publici at foru non longe ab illa portella pictula qui ingredit at monasterium S. Pellegrini ancillarum Dei, regione foru (1), una cum aeribus et aspectibus suis et cum quantum sibi pertinebat de memorata curte communi et gradis marmoreis frabitis commune et de regie et anditu altineum communem et de memorata pischina et de atrium et de cursora ex ipsa pischina insimul commune et cum omnibus *etc.* pertinente sibi per memorato q. Iohanne genitore suo et in portione sua tetigit per notitia sua testata da q. Drosu thia suae et alium quod da se tetigit at memorata Drosu in portione tetigit per alia notitia testata da memorato Stephano viro eiusdem Drosu que vero ipse

(1) Male in editis : *Sergiforu.* Monasterium enim S. Pellegrini eXtabat in regione fori, ut ex alio doc. supra n. 591 relato discimus. Ad antiqui autem fori et praedicti monasterii in urbe Neapolis situm illustrandum plurimum faciunt sequentia duorum instrumentorum summaria, quae heic transcribo: 1. Die 22 m. februarii ind. IV. Neapoli. Regnante d. n. Guillelmo Sicilie et Italie magnifico rege an. 4. Ego Iohannes cognomento de domno Niceta, filius quidam d. Bartholomei de domno Niceta, filius q. d. Iohannis de domno Niceta, postmodum vero monachi, et quedam d. Sica, que fuit filia q. d. Petri cognomento Milluso, iugalium personarum, commuto et tradidi vobis Petro filio quidam Benedicti qui fuit de Casa plana ad contre (*sic*) et Iohanni qui nominatur Milluso filio d. Petri, et d. Iohanni per absolutionem a nobilioribus hominibus de regione Arco cabredato una secum habendo abocatorem d. Gregorium cognomento Picculo, filium quidam d. Petri Picculi eo quod nondum pervenerat ad legitimam etatem, hortum positum intus hanc civitatem Neapolis iuxta vicum qui nominatur quatuor putea, regione signa, et coheret cum ecclesia S, Gregorii de arcora cabredato et recepi a vobis in excambium alium hortum qui fuit d. Marocte filie quidem d. Maginolfi cognomento Caracculo et d. Stephani et Sergii cognomento Milluso, matris et filiorum quidem d. Iohannis Milluso et coheret cum ecclesia S. Pellegrini. Actum per Cesarium primarium, — *Notam. instr. S. Sebastiani* n. 760 — 2. Die 22 m. magii ind. X. Neapoli. Regnante d. n. Tancredo Sicilie et Italie magnifico rege an. 2 et eius dominationis civitatis Neapolis eodem an. 2. Dispositum factum a me Iohanne qui nominatur Milluso, filio quidem d. Petri et quedam d. Siche filie q. d. Sergii subdiaconi ecclesie Neapolitane cognomento Milluso, iugalium personarum, qui legat d. Iohanni cognomento de domno Theophilacto filio q. d. Iohannis qui iterum de domno Theophilacto vocabatur et quedam d. Lormanne, iugalium personarum, et d. Iohanni cognomento Marogano filio quidam d. Angerii Marogani et quedam d. Marocte, iugalium personarum, et d. Mattheo qui nominatur Trimerula filio q. d. Iohannis Trimerula, postmodum monachi et q. d. Marie, iugalium personarum, suis distributoribus, qui vendere debeant omnia mobilia sua. Item legat staurite ecclesie S. Trinitatis et ecclesie S. Marie Catholice maioris, ecclesie b.^{mi} Agnelli Xpi confessoris ubi eius ven. quiescit et corpus S. Archangeli ad signa. Item legat eisdem Iohanni cognomento Marogano et Mattheo Trimerula distributoribus suis griptam antiquam constitutam subtus illum forum antiquum, positam intus hanc civitatem Neapolis in vico qui nominatur quatuor puthea regione signa, que est iuxta curtem monasterii S. Peregrini. Item legat monasterio Sanctorum Theodori et Sebastiani qui appellatur Casapicta sito vero in viridiario domum cum horticello positam intus hanc civitatem in vico qui nominatur quatuor puthea regione Arco cabredato et hortum de terra maiore, in quo sunt psichine intus hanc civitatem in dicto vico qui nominatur quatuor puthea ipsius regionis signa, et petiam de terra positam in loco qui nominatur Astanianum, et tres petias de terra positas in loco qui nominatur Arcora dudum aqueductus, et petiam de terra in locum qui nominatum Cantarellum; omnia predicta legat monasterio S. Sebastiani qui facere debeat Sergio filio suo naturali monachum in dicto monasterio. Item legat d. Gaitelgrime filie predicti d. Iohannis Marogani. Actum per Mattheum Curialem — *Notam. instrum. S. Sebastiani* n. 761 — Vicus vero *quatuor puthea* ponitur *iuxta platea publica que nominatur Agustale*, *regione signa* in instr. anni 1314 (*Notam. instr. S. Marcellini* p. 152) vel *in regione Arco cabredato* in alio anni 1313 (*Notam. instr. S. Gregor.* n. 613).

Iohanne et Alexio impp. a. 1132.

ambe notitie eidem emptori dedit pro sua heredumque suorum defensione. Et coheret at memorata integra portione de uno latere parte septentrionis sunt aheres de curte heredum q. d. Landolfi, sicuti inter se paries exfinat, in qua sunt fenestre que ibidem respiciunt et per que ibidem lumen ingredit, de uno capite parte orientis est superiora domui eiusdem emptoris, ut inter se clusuria viminicia communi exfinat et habet de latitudine per mensura passu unu et palmum unum, de alio capite parte occidentis est memorata alia superiora et predictum orreum, ut inter se paries exfinat in qua sunt regie quas ipse emptor atlargare debeat in da parte septentrionis et habet ipsa portio sua de latitudine passum unum minus palmum unum, de alio latere parte meridie est reliquum ex ipsa superiora de memorato Stephano seu et reliquu quod est anditu communi et est ipsu anditu altineum commune quod ibidem ingredit a parte orientis iuxta superiora eiusdem Petri emptoris et a parte occidentis iuxta ipsum ex ipsa superiora memorati Stephani et da foris ipsu reliquum in ipso latere in ipsa meridiei parte est memoratu anditu qui vadit at ipsa pischina. Et at ipsa medietate ex ipsa superiora et de ipsu orticello iterum coheret sivi de uno latere parte septentrionis est domu de ipsi heredibus memorati d. Landolfi qui nominatur Rigie, sicut inter se paries exfinat, de alio latere parte meridiei est reliqua alia medietas ex ipsa superiora et de predicto orticellum splanctatu de memorato Stephano, de uno capite parte orientis est ipsa alia superiora, sicut inter se paries exfinat, in qua est ipsu ex parte ex ipsa regia quam atlargare dissimus unde ibidem introitum habere debeant, et de alio capite parte occidentis sunt aheres desuper atriu ex ipsa pischina communi. De qua nihil *etc.* set a presenti die *etc.* et neque ab ipsa Maria *etc.* Insuper omni tempore illut antestare et defensare debeat propter quod accepit auri sol. 12 et medium de tari ana quatuor per solidos auri de Amalfi diricti et pesanti; pena in auri sol. 25 byth. Scriptum per Petrum notarium discipulum d. Iohannis scriniarii, actum per Iohannem scriniarium. Signum manus memorate Marie. Testes: Leo filius de Leoni, Iohanne Curialis et Petrus filius d. Sergii — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 306.) Minieri, *O. c. App.* n. 3.

653. Die m. magii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 44 (40) sedente (*sed et*) Alexio porfirogenito m. i. eius filio an. 13. Iohannes clericus et primicerius staurite ecclesie Seberiane, filius q. d. Iohannis qui nominatur de Primicerio et q. d. Anne iugalium, reddit et tradit d. Sergio in Dei nomine eminentissimo Consule et Duci atque domini gratia magistro militum, filius q. b. recordationis d. Iohannis in Dei nomine eminentissimi Consulis et Ducis atque domini gratia magistri militum et imperialis protosevasto et q. d. Ebe gloriose Ducisse que fuit filia b. m. d. Iosfrida, qui nominatur Ridello qui fuit Dux civitatis Caiete, iugalium, medietatem staurite ipsius ecclesie Seberiane quam ipse detinebat ab ipso Duce et a publica potestate, seu da memorato q. d. Iohanne Consule et Duce et memoratus genitor suus detinuit ab ipsa publica potestate de q. d. Sergio in Dei nomine eminentissimo Consule et Duce atque domini gratia magistro militum et imperiali protosevasto qui fuit abius eiusdem Sergii. Item reddit et (1132)

tradit petiam de terra positam in loco qui nominatur Tertium coniuncta cum terra d. Petri Cacapice. (*Reliqua desunt*) — Engenio, *Napoli Sacra* p. 41.

(1132) **654.** Die 5 m. iulii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 40 sed et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. . . . (13). Nos Bonifacius abbas monasterii Ss. Sergii et Bacchi promittimus tibi Sergio subdiacono qui nominatur Moroato propter integram ecclesiam sitam loco Carminiani cum petia de terra, ubi sita est dicta ecclesia, et coheret cum terris Petri et Martini de Angelo quam laborabant illi Capumaczu de fracta et alia petia de terra posita in loco Curilianu, de qua ecclesia custodem ordinavimus et (*ut*) diu noctuque omne officium sacerdotale ibidem exibere debeas, vesperas et matutinas, missas, horas, laudes canere et dare tenearis nostro monasterio annua paria due de oblatis. Actum per Gregorium Curialem — *Notam. instrum. S. Sebast.* n. 1045.

(1132) **655.** Die 17 m. augusti ind. X. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 40 sed et Alexio eius filio porfidogenito m. i. an. 13. Gemma humilis archidiacona et abbatissa monasterii S. Gaudiosi Xpi confessoris et S. Fortunate virginis, ubi eorum venerabilia quiescunt corpora, ancillarum Dei, una cum cuncta congregatione monacharum predicti monasterii, recipit a d. Petro cognomento Milluso et aliis parentibus suis, qui ibidem partem habent, filio q. d. Petri Millusi postmodum vero monachi et q. d. Sice iugalium, omnem portionem ad eos spectantem de terra posita in loco qui nominatur lo campo di Napoli foris urbem, coherentem a parte orientis terra monasterii b. Agnelli Xpi confessoris, ubi eius ven. quiescit corpus, a parte septentrionis est via publica que vadit ante ecclesiam Ss. Iohannis et Pauli, qui in eodem campo de Neapoli est et (*esse*) videtur; et dicta abbatissa et moniales concedunt dicto d. Petro modium unum dicti territorii mensuratum ad passum ferreum S. Neapolitane ecclesie. Adest subscriptio. ✝ Ego Gemma humilis archidiacona et abbatissa subscripsi. ✝ Ego Drosu monialis. ✝ Ego Gaitelgrima monaca. ✝ Ego Sica monaca subscripsi. ✝ Ego Petrus filius d. Mastali. ✝ Ego Retundolfus? filius d. Constantini testis sum. ✝ Ego Gregorius filius d. Petri testis subscripsi. Confectum per manus Gregorii Curialis. — Ex *Scripturis S. Mariae de Anglone* apud Tutini, *O. c.* Ms. f. 60.

(1132) **656.** In nomine *etc.* Imperante d. n. iohannes porfirogenito magno imperatore anno quadragesimo sed et alexium eius filium porfirogenito m. i. an. tertiodecimo die trigesimaprima mensis augusti ind. decima. Neapoli. Visus fuit q. d. petro qui nominatur scintilla filio q. d. iohannis de sicula postmodum vero monachi et q. d. purpure h. f. iugalium personarum pro amore dei *etc.* libera et spontanea voluntate robusto corde dare et tradere a d. gregorio qui nominatur tribunopardum filio quidem d. sergii tribunopardum postmodum vero monachus et a d. sergio tribuno pardum filio quidem idem d. sergii tribuno pardum hoc est pro exadelphis germanis et pro eis in illa sancta cruce que ipsi commendata habent intus ecclesiam vocabulo sancti Severi de vico publico qui nominatur radia solis qui et gurgite dicitur regione summa platea idest integrum ortu suo posito vero in loco qui nominatur a sancto angelo ad thorum que sunt peciole due et integra petia de terra sua que nominatur a vallarana posita vero in loco qui nominatur Casaurea insimul cum omnibus *etc.* et coheret una ex ipse peciole ab una parte

terra sancti archangeli de alia parte d. sergii comite maurone: da tercia parte terra domini et salvatoris nostri iesu xpi insule maris: da quarta parte hortu heredes q. d. anna h. f. que fuit uterina germana sua: et ipsa alia peciola coheret da una parte terra ipsius sancti archangeli: de alia parte terra da tertia parte terra heredes q. d. iohannis coppulati: da quarta parte via publica: et suprascripta pecia de terra que nominatur a vallarana coheret ab una parte terra monasterii sancti sebastiani: de alia parte terra heredes d. pandolfi de sicula qui fuit cio suo da tercia parte via publica: da quarta parte terra sancti agrippini de regione furcillense sicuti ipsa chartula dedicionis videtur continere. Iterum postea visa fuit d. marocta h. f. filia q. d. petri qui nominatur scintilla pro dei amore *etc.* offerre et tradere per alia chartula a d. sergio cognomento tribuno pardum filio q. d. hoc est pro exadelphis cios et nepotes et pro eis in illa ymagine sua et suprascripto q. viro suo que ad honorem b. et gloriose dei genitricis marie . . . . . cum d. n. iesum xpum filius eius in ulnis suis et b.^{mi} iohannis baptiste et sancti nicolai xpi confessoris que posita habebat intus suprascriptam ecclesiam sancti severi ubi custus esse videbatur d. iohannes ven. presbitero qui nominatur paparone: idest integras terras que fuit de suprascripto viro suo unde ad ea pertinuit integras quarta pars sua que ad eis offeruit in ipsa ymagine et relique tres partes exinde ad ea reliquit ad frugiandum in vita sua et da post suum obitum in sua potestate illud dedit pro dandu in quale ecclesia ad ea placuerit sicuti continet illo suo firmissimo disposito unde per exinde offeruit pro eis in ipsa ymagine. Et coheret ad suprascriptas ipsas integras terras ab uno latere parte orientis terra de illi cacapice : de uno capite parte meridie terra heredes q. . . . . . que fuit nepote sua et de alio capite parte septentrionis via publica. Postea venerunt iohannes qui nominatur marogano et petro uterinis germanis filii q. d. stephani qui iterum marogano vocabatur et q. d. marie h. f. que fuit filia q. d. iohannis qui nominatur scintilla iugalium personarum et quesiverunt d. iohannem qui nominatur paparone custodem vero ecclesie sancti severi per vices de suprascripta ecclesia dicendo quia suprascripti iugales illud dare non voluissent propterea quod ipsis legatum erat ideo volebant da ipso et suprascripta ecclesia recolligere et pars ipsius custodis dicebat quia illud dare voluissent et fuit exinde inter eos multa intentio. Denique vero in conventionem venerunt : proinde ipsi suprascripti uterini germani per ipsa bona convenientia et per hanc chartulam promittunt et firmant ipsi d. iohanni paparone et per eum in suprascripta sancta cruce et in predicta ymagine et in iam dicta ecclesia sancti severi quod nunquam presumment ipsi et heredes sui eum querere vel molestare per quovis aliud modum neque per se neque per heredes suos vel per submissam personam. Si autem ipsi aliter fecerint component auri solidos 200 byth. *etc.* Scriptum per manus iohannis curialis qui pro ipsis uterinis germanis subscripsit. Testes sunt : sergius filius d. Landolfi, stephanus filius d. iohannis et sergius curialis. — Ex exemplo in *Scritture del monast. dei Ss. Pietro e Sebastiano* t. X, p. 277 in Regio Neapolitano Archivo.

657. Die 24 m. septembris ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. (1132) an. 41 sed et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. 14. Gregorius cognomento de domno Dauferi, filius quidam d. Iohannis qui fuit Comes de Abelle qui item fuit filius quidam d. Dauferi qui iterum fuit Comes de ipsa Abelle et quedam d. Trude dudum Comitisse, iugalium, vendit d. Sergio presbytero qui nominatur Carminiano, custodi ecclesie S. Renati que appellatur de illi Sergonata que est comunalis de ipsis Sergonata et de aliis parentibus et consor-

50

tibus illorum; que sita est intus hanc civitatem Neapolis in vico publico qui nominatur monachorum, regione Nilo, duas quartas petie terre mensuratas ad passum ferreum S. Neapolitane ecclesie, posite intus illa fracta de loco qui nominatur Miana, quam ipse emit a d. Drosa h. f. filia quidam d. Iohannis qui nominatur Bulcano et quedam d. Stefanie, iugalium, cum consensu vero d. Iohannis qui nominatur Athalarico viri sui; et coheret dicta terra cum terra de illi Scagnasurice, quam modo habet Stephanus qui nominatur Runpicella, et cum terra Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi de Insula maris, pro pretio auri solidorum octo boni de Amalfi diricti et pesanti ana quatuor tari per solidum, et sunt de illis auri sol. 40, quos eidem ecclesie reliquit d. Sicelgarda filia quidem d. Gregorii qui nominatur Pisano, coniux d. Iohannis qui nominatur Sergonata. Actum per Iohannem Curialem — *Notam. instr. S. Gregorii*, n. 96.

(1133) **658** Die 25 m. ianuarii ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 41 sed et Alexio porfirogenito m. i. an. 14. Petrus qui nominatur de Bagnara, filius Iohannis qui nominatur de Bagnara, et Palumbo filius Sellicti qui nominatur de Palumbo et Marie, iugalium, hoc est cognati, habitatores loci qui vocatur Galdellum (1) quod est de ille monache, per absolutionem d. Sicelgarde ven. abbatisse monasterii domni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni atque b.mi Gregorii maioris ancillarum Dei, cui ipsi homines sunt, vendunt et tradunt d. Stefanie monache ipsius monasterii, filie d. Sergii cognomento Comitemaurone de civitate Amalfi et d.   que fuit filia d. Iohannis Sergonata, iugalium, duodecim quartas mensuratas ad passum ferreum S. Neapolitane ecclesie quas ipsa Stefania tenebat in pignus per auri solidos decem boni diricti de Amalfi pesanti ana quatuor tari per solidum, nunc (2) autem per absolutionem gloriose potestatis d. Iohannis in Dei nomine eminentissimi Consulis et Ducis atque domini gratia magistri militum et imperialis protosebasti, et una secum habendo abbocatorem d. Iohannem qui nominatur Trina per ipsam gloriosam potestatem eis in abbocatorem datum, eo quod non erant producti in legitima etate, nec non per absolutionem d. Rigale ven. abbatisse monasterii S. Gregorii maioris cui ipsi homines sunt, que terra posita est ubi dicitur S. Iulianessa et nominatur ad palmola in loco qui vocatur Casaurea non longe a predicto loco qui vocatur Galdellu, et coheret dicta terra cum terra heredum Sergii qui nominatur de Casaurea, homines ipsius monasterii, et cum terra Ursi qui nominatur de Aligisi, habitatoris dicti loci Casaurea. Pro pretio auri solidorum 10, ultra alios solidos 10, pro quibus pignorata erat dicta terra qui summam faciunt solidorum 20

(1) In cod. Ms. corrupte: *Aldellum*; ego autem ex alia eiusdem loci, quae inferius occurrit, meliori lectione, errorem corrigo. Quin immo etiam rectius dicendum esset: *Gualdellum*, i. e. parvus gualdus, ut infra in doc. n. 659.

(2) Sic in cod. Ms.; sed aut breviator instrumentorum S. Gregorii membranam hanc minus recte summavit, aut particulam *nunc* ad tempus praeteritum retulit, quod etiam a veteribus scriptoribus usurpatum fuisse Burmannus contendit (V. FORCELLINI in v.) Iohannes (VI) enim Consul et Dux atque imperialis protosebasta procul dubio an. 1123 e vivis excesserat, et Regalis abbatissa monasterii S. Gregorii post m. maium an. 1129 (V. supra n. 641) in documentis nusquam amplius occurrit. *Absolutio* igitur Ducis et Abbatissae non ad hanc praesentem venditionem, sed ad *infiduciationem* jam factam i. e. ad hypothecam Stephaniae olim obligatam referenda est.

de tari ana quatuor tari per solidum boni de Amalfi diricti et pesanti , et pena controventionis statuta est in auri solidos 40 bizantios. Actum per Iohannem scriniarium. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 339.

659. Die 9 m. augusti ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. (1133) an. 41 sed et Alexio porfirogenito m. i. eius filio an. 14. Visus itaque fuit q. d. Stephano qui nominatur Inferno, filius q. d. . . . . Inferno et q. d. Anna h. f. iugalium personarum, per suum dispositum disponere et iudicare ut de omni sua hereditate seu substantias . . . . et ut . . . . . pro anima sua quidem d. Iohannes qui nominatur Inferno uterino germano suo at suis heredibus auri sol. 100 de tari ana quatuor per solidos voni de Amalfi diricti pisanti et irent pro anima sua quod memoratus quidem d. Marino cognomento Brancactio filio q. d. Gregorii Brancactii seu et quod memoratus quidem d. Bernardo cognomento Brancactio, filius q. d. Iohannis Brancactii, hoc est distributoribus suis et distribuerent illos pro anima sua, qualiter ipse suo dispositu continet; et si qualibet dilatione fecisset memoratus d. Iohannes uterino germano suo at dandum memoratos auri sol. 100 at suum transitu pro anima, tunc licentia et potestatem haberent ipsi sui distributores et illorum heredes vel pars illorum at cui ipse suo dispositu in *manus paruerit* atprehendere et venumdare ex ipsas omnis sua hereditatem seu substantias de intus et foris, hubi ad eis placuerit, tantum unde memoratos sol. 100 tollere balerent et sic distribuerent illos pro anima sua et venumdarent illut cuique volerent et cuy dedissent firmum et stavile permaneret in perpetuum. Iterum per ipsum suum dispositum disposuit ut at suum transitum fieret hoffertio pro anima sua in chartula congregationis ecclesie b. et gloriose Dei genitrice semperque virginis Marie d. n. que appellatur rotunda, idest unu modium de terra per passum mensuratu de illa portione sua de terra, quam commune habebat cum memorato germano suo, posita vero in loco qui vocatur at sanctum Brancactium (1) cum arboribus *etc.* ad abendum et possidendum illut memorata chartula congregationis dicte ecclesie in sempiternum ; reliquas vero omnes sua hereditatem seu substantias de intus et foris, hoc est domos et casalibus seu fundoras et terris sationabilibus, quamque hortuas vel mobilibus rebus movilium et inmovilium seseque mobentibus , seu et integrum omnem suum hospitatum fundatum et exfundatum , viborum et mortuorum, cum ipsorum fundoras et terris, seu cespitem vel omnem consuetudinaria censoras et regulis seu responsaticas et angarias et salutem adque recaballicationibus et omnibus atiacentibus et pertinentibus eius et omnibus suis hominibus defisis adque comenditis seu censitis et accactatis et hospitibus et cespitibus , simul cum omnibus illi pertinentibus de intus et foris : alia omnia et es omnibus , simul undecum-

(1) Huius loci situs elicitur ex instrumenti summario quod heic subiicio, vid.: Die 22 m. iulii ind. I. an. 1333. Neapoli. Regnante d. n. Roberto *etc.* Iohannes qui nominatur Malcone filius quidem Sinibaldi Malcone et quedam Salae , iugalium personarum, de loco Purclano, promittit d. Gemme ven. abbatisse monasterii S. Gregorii maioris reddere pro modiis 2 terre mensurate ad passum *etc.* positis in loco Purclani ubi dicitur ad sanctum Brancazum an. tarenos 4 in festo S. Marie de agusto pro censu dicte terre concesse sibi a dicto monasterio. — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 3

Iohanne et Alexio impp. a. 1133.

que obbenire et pertinere deberet, at suum transitum fieret de memorato d. Iohanne uterino germano suo et de suis heredibus; similiter disposuit ut si aliquod in veneficio aberet de rebus S. Neapolitane ecclesie post suum transitu fieret ibidem renditu et haberet ipsa absque iniuria pro luminaria tremisse unum, sicuti et quomodo in omnibus ipse suo dispositu videtur continere. Et quia quod umanum decurrit . . . . . memoratus q. d. Stephano qui nominatur Inferno de hoc mundo vita migravit absque proprium herede, venerunt Iohannes qui nominatur Grasso et Petro et Stephano, uterini germani filii q. idem d. Petri qui nominatur Grasso et q. d. Drosu h. f. que fuit filia q. d. Cesarii Carbania et de memorata q. d. Anna h. f. que fuit filia q. d. Gregorii de domino Niceta, iugalium personarum, et quesiverunt memoratum d. Iohannem qui nominatur Inferno thium eorum, uterino germano de memorata genitrice eorum, vid. de memorata una genitrice et de singulos genitores dicendo: ut nequaquam memoratus d. Stephano qui nominatur Inferno, qui de hoc mundo vita migravit absque proprium heredem, qui fuit uterino germano de memorata genitrice eorum, eidem relassare non baluisset per ipsum dispositum ipsam causam suam que ad eum pertinuit per memoratam d. Annam h. f. genitricem suam et eiusdem d. Iohannis et habiam eorum, propter quod eisdem et eidem Iohanni hobbenire et cecidere debet medietas gratis et alia medietas per appretiatu per legatione de dispositum de memorata q. d. Anna h. f. filia q. d. Gregorii qui nominatur de domino Niceta et q. d. Marenda h. f. iugalium personarum, cuy memoratus q d. Cesario Carbānia habius eorum anteriori viro fuit de memorata genitrice eiusdem Iohannis habia ipsorum Iohannis, Petri et Stephani qui nominatur Grasso, et memoratus q. d. Gregorio, qui nominatur Inferno genitore eiusdem Iohannis, posteriori viro fuit; pars autem Iohannis dicebat: ut memorato uterino germano suo thio eorum eidem illut relassare baluisset. Et multam altercatione exinde habuerunt et perrexerunt exinde in publicum at legem ante iudices; et ibi hobstensu et rellectu fuit ipsu dispositu de memorato uterino germano eiusdem Iohannis et iterum ibi a parte ipsorum germanorum de Grasso hobstensu et relectu fuit ipsu dispositu de memorata q. d. Anna h. f. genitrice eiusdem et habia eorum. Et dum ipsi iudices taliter ipsa dicta eorum una cum ipso dispositu intellexissent, tribuerunt exinde hoc iudicium: ut ipse Iohannes eisdem germanis daret quantum at memorato d. Stephano pertinuit per memorata genitrice sua et abia ipsorum fratrum, idest integra medietas, medietate gratis et alia medietas per apretiatu, excepto homnes movilias suas; et reliqua alia medietas ex ipsis omnibus memoratis, que at memorato q. Stephano pertinentes fuissent, in ipsius Iohannis heredumque suorum remaneret potestatem. Et quia ipsi germani ante ipsos iudices disserunt ut ipsa medietas per apretiatu tollere nolebant, ipsi iudices tribuerunt exinde hoc iudicium ut ipsi germani, qui nominantur de Grasso, facerent exinde chartulam promissionis quomodo inferius dicitur. Proinde memorati germani pro eodem iudicio et per anc chartulam promictunt et firmant memorato d. Iohanni thio eorum, filio memorati q. d. Gregorii et q. memorate d. Anne, quatenus omni tempore ipse et heredes eius habere debeant de integrum hom-

nia et in omnibus que at memorato q. d. Stephano pertinuit vel ad eum pertinentes fuerit per memorata d. Anna, insimul de intus et foris et de suis omnibus pertinentibus per quobis modum, hoc est de domos *etc.* nec non integre tres partes una cum ipsa homnes movilias et cum omnibus at ipse tres partes pertinentibus , que simul fuit et pertinuit at memorato d. Stephano , da presentis in ipsius Iohannis suorumque heredum sint potestatem, et ipsi germani et heredes eorum exinde tollere et habere debeant reliqua alia integra una quatra. Tamen stetit inter eos ut de illa medietate, que fuit portio memorati d. Stephani Inferni de illa petia de terra de loco qui vocatur Gualdellu non longe da illa hobedientia ecclesie domini et Salvatoris nostri Iesu Christi quod est iuris monasterii S. Gregorii maioris ancillarum Dei, ipsi et heredes eorum tollere et abere debeant integra una quatra iusta illa reliqua alia medietate eorum que fuit portio de memorata d. Drosu genitrice eorum et reliquas tres partes ex ipsa petia de terra de iam dicto loco Gualdellu ipse Iohannes et heredes sui abere debeat; et de illa medietate que iterum pertinuit at memorato d. Stephano de illa terra de loco qui vocatur Carminianum quod est foris in loco qui vocatur Casa aurea, ipsi germani et heredes eorum exinde habere debeant integra una quatra iusta illa portione que pertinuit at memorata d. Drosu et relique tres partes exinde ipse Iohannes habere debeat; similiter ipsi germani tollere et habere debeant integra una quatra de illa terra que dicitur startia posita vero in loco qui vocatur Panecoculu et ipsa sta . . . anno qui tenet illa fidantia ex ipso loco Panecoculu, hoc est ipsa quatra quod ipsi germani tollere debent . . . . . ipsa startia tetigerit at memorata d. Drosu at ipsorum potestate iuxta illa portione que Iohanni tetigerit. Pena in auri sol. 30 byth. Scriptum per Petrum scriniarium discipulum d. Iohannis scriniarii et actum per Iohannem scriniarium. Testes: Iohannes filius d. Gregorii, Petrus filius d. Sergii et Petrus filius d. Cesarii — Minieri, *O. c. App.* n. 10.

660. Die . . . m. . . ind. XI. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 41, sed et Alexio porfirogenito m. i. eius filio an. 14. Bitus presbiter dat d. Petro ven. diacono S. sedis Neap. ecclesie cognomento Caraczulo, rectori de monasterio et hospitale ecclesie S. Georgii maioris, quod est ecclesia Seberiana, fundum seu terram positam in loco qui nominatur Squillaci, qui est in loco Artianum, quem fundum habet predictum hospitale per chartulam comparationis sibi factam a Iohanne Spataro, filio q. d. Sergi qui Spataro vocabatur et q. d. Musande que fuit filia q. d. Cesarii qui nominatur Toccatocca iugalium, et ad illos pertinuit ex parte parentorum suorum; item alia medietas seu quarta de memorato fundo ad eum pertinuit per chartulam commutationis sibi factam a d. Marocta filia d. Gregorii Svizzeri et de q. d. Anna, que fuit filia q. d. Sergi Salerni; ipsa autem una cum consensu de d. Gregorio qui nominatur Aurilia posteriori viro suo et a d. Marocta puerula filia q. d. Iohannis Aurilia . . . iugalium, thia et nepotes; ipsa autem Marocta puerula per absolutionem *gloriose* potestatis d. Sergi eminentissimi Consulis et Ducis atque domini gratia magistri militum, una cum abbocatore . . . . de d. Iohanne cognomento Tribunopardo, filio q. d. Sergii Tribunopardo . . . . . dedit abbocatorem eo quod non erat producta in legittimam (1134)

Iohanne et Alexio impp. a. 1134.

etatem. Item alia una quarta de memorato fundo que ad eum pertinuit per chartulam sibi factam a .d. Landulfo qui nominatur . . . . . filio q. d. Petri Comitemaurone et de q. Anna iugalium. Qui fundus designatur per hos fines: de uno latere a parte meridiei est terra de ipso memorato Bito presbitero, de alio latere a parte septentrionis est bia carraria, de alio latere a parte occidentis est terra heredum . . . . qui nominatur Masculo. Rogatum per manus Mastali Curialis; subscriptum per . . . Curialis, in quo pro teste Celiscandus? filius d. Petri — Ex *Notam. script. S. Georgii maioris* apud Tutini, *Op. cit.* Ms. f. 44.

(1134) 661. In nomine *etc.* imperante domino nostro iohannes porfirogenito magno imperatore anno quadragesimo secundo ; sed et alexio porfirogenito magno imperatore eius filio anno quintodecimo die vicesima quarta mensis ianuarii indictione duodecima neapoli. Certum est me iohannes qui nominatur birchido filium quondam d. petri qui iterum birchido bocabat et de quondam domina alberada honesta femina conius memorato quondam genitori meo anteriori biro suo dudum iugalium personarum et fuit filia quondam d. iohannis clerici cui supra nomen capuano et de q. domina maria h. f. que fuit filia quondam domini iohannis qui nominatur maliabacca dudum iugalium personarum abiis meis : ego autem per absolutione gloriose potestatis d. sergius in Dei nomine etminentissimus consul et dux atque dei gratia magister militum et una mecum abendo abbocatore quidem d. sergio cognomento de turre filium q. domini stephani de turre et de q. domina h. f. que nominatur de cancellum iugalium personarum que ipsa gloriosa potestas mihi eum abbocatore dedit propter quod ego in me birum non habeo: seum et ego autem cum consensu et voluntate de quidem gema conius mea. A presenti die propter quod tu videlicet domino lando qui nominatur birchido uterino germano meo: per combenientia tu mihi relacirastis, idest illos auri solidos triginta de tari ana quatuor tari per solidos diricti boni de amalfi pesanti quod ego da te accepi per firmissima chartula infiduciationis tua quod tu aput te abere bideris : iterum et propter quod tu iterum relacirastis : idest illos alios auri solidos nobe de tari ana quatuor tari per solidos diricti boni de amalfi pesanti : que tu pro me dedistis a quondam d. leone qui nominatur maliabacca prothio nostro unde tu da eum firmissima chartula apprehensa abes ut in omnibus ipsa firmissima chartula continet que tu aput te abere bideris : seum et propter quod tu mihi da antea dedistis : idest auri solidos sex de tari ana quadtuor tari per solidos diricti boni de amalfi pesanti: iterum et propter quod tu mihi in presentis dedistis : idest auri solidos quinque de tari ana quadtuor tari per solidos diricti boni de amalfi pesanti quod sunt insimul : idest auri solidos quinquaginta de tari ana quadtuor tari per solidos diricti boni de amalfi pesanti : seum et propter quod tu michi in presentis dedistis idest una culcitra ibi? de pennis et una lena de collari simul bonum: similiter et propter quod tu pro me et pro te pargiastis debitum quod fecit memorata genitrice nostra quamque et propter quod tu michi promisistis ut tu pargiares alium debitum pro me quod iterum memorata genitrice nostra dare debuit a quabis persona: proinde et ego memorato iohannes qui nominatur bischido per ipsa combenientia ego autem per absolutione memorati duci et mecum abendo memorato abbocatore memorato domino sergio cognomento de turre: seum et ego autem cum consensu et voluntate de memorata gema conius mea et per anc chartulam a die presentis dedi et tradidi tibi memorato domino lando uterino germano meo. Idest integra portione et pertinentias meas quae michi pertinet per memoratis iugalibus

genitoribus nostris : oc est de domos et de casalibus seum de fundoras et de ortuas et de ecclesiis et de ominibus quamque et de movilis rebus movilium et immovilium seseque mobentibus de omnibusque michi per memoratis iugalibus genitoribus nostris per quobis modum intus et foris pertinentibus : et de integrum alium omni et ex omnibus substantiis nostris undecumque aut quomodocumque vel ubicumque michi obbenit et pertinet vel obenire et pertinere debes aut pertinentes fuerit per quobis modum per memoratis iugalibus genitoribus nostris insimul de intus et foris cum omnibus eius pertinentibus : etiam et aduc indivisa et in comune reiacet ipsa portione et pertinentias mea que tibi dedi et tradidi de ipsum omnibus memoratis quae suprascriptis iugalibus genitoribus nostris per quobis modum intus et foris pertinentibus aut a nobis pertinentis fuerit per qualecumque modo per memoratis iugalibus genitoribus nostris cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur cum reliqua portione et pertinentia tua exinde seum et in reliqua portione de domino filippo germano nostro de memorata anna genitrice et de singulos genitore de quibus nichil michi ex ipsum quae superius tibi dedi et tradidi in omnibus eius pertinentibus ut super legitur aliquid remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque persona quod absit commisi aut iam committo potestate: set a presenti die et deinceps a me tibi sit data et tradita in tua tuisque haeredibus sint potestate quicquid exinde facere volueritis: ut ab hodierna die semper in omnibus liveram exinde habeatis potestate et neque a me memorato iohannes qui nominatur birchido ego autem per absolutione memorati duci et mecum habendo memorato domino sergio cognomento de turre abbocatore et ego autem cum consensu et voluntate de memorata gemma conius mea neque a meis haeredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato domino lando qui nominatur birchido uterino germano nostro aut haeredibus tuis quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus: insuper et omni tempore ego et haeredibus meis tibi tuisque haeredibus ipsu quod superius tibi dedi et tradidi cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur in omnibus illut antestare et defendere debeamus ab omnes homines omnique personas : pro eo quod ut superius diximus tu mihi dedistis et assicurastis ipsu omnibus memoratis qualiter superius legitur quia ita nobis stetit. Si autem aliter fecerimus ob his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et haeredibus meis tibi tuisque haeredibus auri solidos centum bythianteos: et haec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis per memorata indictione † Oc signum † manus memoratis iohannis. Ipse autem per absolutione memorati duci et secum habendo memorato abbocatore et cum consensu memorata conius sua quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi † ego sergius abbocator subscripsi † ego gregorius curialis per absolutione memorati duci testi subscripsi † ego iohannes curialis per absolutione memorati duci testi subscripsi † ego iohannes scriniarius per absolutione memorati duci testi subscripsi † ego iohannes curialis complevi et absolvi per memorata indictione — Ex membrana originali in archivo Cavensi in arca VI, n. 97 bis, olim 27 n. 24 adservata.

662. Die 17 m. ianuarii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito (1135) m. i. an. 43; sed et Alexium eius filium m. i. an. 16. Petrus qui nominatur Demastalum, naturali filio q. d. Stephani qui nominatur Demastalum, propter quod d. Iohannes ven. abbas monasterii Ss. Seberini et Sossi ubi *etc.* una cum cuncta congregatione mo-

nachorum memorati monasterii dignati fuerant recipere ipsum Petrum in ipso monasterio et eum ibidem atfratare, etiam et in presenti ascripserunt in sacros dipticos et regula memorati monasterii, proinde per hanc chartulam offertionis pro Dei omnipotentis amore et pro mercede et redemptione anime sue et de q. Anna coniuge sua offeruit et tradidit memorato d. Iohanni ven. abbati et at cuncta congregationes monachorum memorati monasterii et per eum in ipso sancto monasterio integra petia de terra sua que nominatur at saccum, posita vero in loco qui nominatur Cambrane quod est foris flubeum, una cum arboribus et fructoras suas et cum integrum palmentum et subscectorium suum simul fabritum intus se; pertinente vero sibi integra medietas per chartulam comparationis quam exinde fecerunt Maria que nominatur Ferrara et Drosu et Landolfo et Sergio, hoc est genitrici et filiis, thia et exadelfis cognatis suis, et alia medietas exinde sibi pertinet per memorata q. Anna cognus sua per chartulam donationis et deditionis et per dispositum eiusdem: quas vero memoratas chartulas et iam dictum dispositum una cum alie due chartule comparationis, quas fecerunt Iohannes cum Mammulo filio q. Leoni Mammuli una cum voluntate Marende coniugis sue at Sergio Isabro Amalfitano, filium q. Iohannis Isabri Amalfitani et at Sellicta iugalium, set una ex ipse chartule comparationis est recetatiba; iterum et due notitie testate exinde una que fuit de memorata cognus sua et ipsa alia de memoratis venditoribus suis insimul aput memoratum monasterium remisit. Et coheret memorata petia de terra de uno latere parte orientis terra de illi Scintilla seu et terra chartule congregationis ecclesie S. Georgii catholice maioris, sicuti inter se egripus et lebata et terminus exfinat, et de alio latere parte occidentis est terra monasterii Ss. Festi et Desiderii seum et terra ecclesie S. Iohannis qui appellatur in curte, unde memoratum monasterium Ss. Severini et Sossii dominius est, sicuti inter se terminus exfinat, et de uno capite parte meridiana terra ecclesie S. Marie que appellatur seu et terra de memorata ecclesia S. Georgii sicuti inter se terminus exfinat, et de alio capite parte septentrionis est terra memorate chartule congregationis ecclesie S. Georgii et terra heredes q. d. Gregorii qui nominatur de domino Actio et de consortibus suis. De quibus nihil *etc.* set a presenti die *etc.* et neque ab ipso Petro *etc.* Insuper omni tempore illut antestare et defendere debeat. Verumtamen stetit ut ipsa petia de terra in eiusdem Petri sit potestate usque ad eius obitum. Si quis autem contra hanc chartulam venire presumpserit *etc.* sub anathematis vinculis sit obbligatus *etc.* insuper componat auri sol. 100 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus ipsius Petri; et hoc memoratur qualiter apud memorato monasterio stetit una chartula recetatiba promissionis quam fecerunt Iohannes Dano qui vocatur carituro et Gemma iugalibus prebignis eiusdem Petri genero et filio q. Petri Mulinata et de memorata Anna coniuge eiusdem. Testes: Iohannes Curialis, Petrus filius d. Petri et Leo filius d. Leoni — Minieri, *O. c. App.* n. 17.

(1135) **663**. Die 8 m. martii ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. a. 43, sed et Alexium eius filio porfirogenito m. i. an. 16. Sergius subdiaconus

Iohanne et Alexio impp. a. 1135.

S. sedis Neapolitane ecclesie qui nominatur de Tauro, filio q. d. Gregorii qui iterum de Tauro vocabatur et q. d. Drosu h. f. iugalium personarum, propter quod d. Bonifacius ven. abbas monasterii Ss. Sergi et Bachi qui nunc *etc.* una cum cunctas congregationes *etc.* dederat per chartulas quas sibi odie fecerat integram ecclesiam distructam iuris propria memorati monasterii vocabulo b.^mi Petri Chrysti apostoli, que sita est in loco qui nominatur Calistum quod est foris flubeum, una cum integra petia de terra de memorata ecclesia seu et cum integras fundoras et terris memorati monasterii de memorato loco Calistum; iterum et cum integrum campum unum de terra excossitum et exaudum de memorato monasterio positum in loco qui nominatur at rium de sola ipsius parte foris flubeum, quamque et integra corrigia de terra insimul propria memorati monasterii positum vero in loco qui nominatur Casabalera quod est parte foris flubeum, insimul cum arboribus et cum palmentas et subsceptorias suas, que sunt intus memoratas terras de loco Calistum et intus memoratam clusuriam de memorata Casabalera, seu et eum integra medietate de quantum aqua bibens, que est intus fundum Iohannis qui nominatur de pinum, et cum introitas et anditas seu biis eorum, et coheret at memoratum campum de terra de memorato loco de rium de sola a parte orientis est silba et resina insimul proprium memorati monasterii, et a parte occidentis qualiter descendit et vadit intus in mare proprium memorati monasterii, qui nominatur at ostendum, et a parte meridie est bia dextructa et a foris memorata bia est terra de illi germani sui et consortibus suis, et a parte septentrionis est memoratum rium de sola qualiter descendit usque in fundum ex ipsu rium sicuti aqua exfinat; et memoratum fundum de loco Casabalera iterum coheret sibi a parte orientis bia publica, et a parte occidentis est terra memorati de Pinum sicuti inter se sepis exfinat, et a parte septentrionis est fundum memorati Iohannis de Pinum ubi est memoratu puteu eommuni sicuti inter se sepis et terra exfinat, et a parte meridie est fundum diaconie ecclesie S. Georgii de platea Hagustali et de monasterio ad Baianium; similiter et memorata clusuria iterum coheret sibi a parte orientis bia publici, et a parte occidentis est terra ecclesie S. Maria at Plactia sicuti sepis exfinat, a parte septentrionis est bia publica, et a parte meridies est terra de memorato Iohanne de Pinu, et a parte septentrionis est intersicum de terra memorate ecclesie S. Marie at Plactia; et memorata corrigia de terra iterum coheret sibi de uno latere parte orientis terra de illu Apucefalum sicuti inter se sepis exfinat, et de alio latere parte occidentis est terra S. Marie que vocatur at Plactia quod detinet d. Iohannes clerico qui nominatur Marcellino, de uno capite parte meridies bia publica, et parte septentrionis est terra de memorata ecclesia S. Marie at Plactia; in qua ecclesia dextructa vocabulo S. Petri ipsum domino Deo volente, rectorem ordinaverat a nunc et omnibus diebus vite sue. In eo enim tenore ut in sua sint potestate tenendi et dominandi quomodo ipsa chartula que aput se abebat continere videtur. Proindeipse Sergius subdiaconus promittit memorato d. Bonifacio ven. abbati monasterii Ss. Sergii et Bachi *etc.* quatenus da die presenti fravicare debeat memorata ecclesia S. Petri de loco Calistum cum prete

et calce seu putholanum ad omni suo expendio, et da intus et da foris illa tonicare et solvidire? debeat et ibidem regie facere et ornati et frontali ibidem ponere et abere, et ubi fuerit memorata ecclesia conciata et cohoperta die noctuque omnem officium sacerdotale ibidem facere et exibere debeat seu facere faciat, hoc est besperos et matutinas et missarum solemnias et oris laudibus et luminariorum concignationem sibe ante ora vel ad ora haut post ora, ut meruerit ecclesias de foris, ut aput dominum exinde mercis atcrescat et si aliquod bonum eidem ecclesie offertum vel datum fuerit, si fuerit mobile in sua sint potestate, si autem .... fuerit sibe pretium aut codicem vel talis causa propter sacramentum ex ipsa ecclesia post suum obitum ibidem remanere debeat. Iterum et totius diebus vite sue dare et donare debeat per omni annuo idest oblate paria dua .... Actum per Gregorium (1) Curialem. Testes: ... — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 580) Minieri, *O. c. App.* n. 18.

(1134-35) **664.** Die 27 m..... ind. XIII. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. ... *an. 43 sed et Alexio* eius filius porfirogenito m. i. an. 16. Simeone qui nominatur de illum presbiterum, filium q. Stephani de loco qui nominatur Malitu maiore a presenti die promittit d. Bonifactio abbati *monasterii Ss. Sergii et Bacchi qui etc.* et cuncte congregationi monachorum *etc.* propter integra petia de terra memorati monasterii posita in memorato loco Malitu maiore at illa cruce memorati monasterii cum arboribus *etc.*; coherente a parte orientis et septentrionis sunt bie publici, ubi est illa cruce et illu .... memorati monasterii sicuti inter se sepis exfinat, et a parte meridies fundu .... de illu presbitero sicuti sepis exfinat, et a parte occidentis sunt duas fundoras quod ipse abbas in sua reserbavit potestate, ubi abitant Iohannes Mactioni et ....; quam memorati Simeoni vita sua et da post suum obitum at quidam Marino et Iohanne uterinis germanis filiis suis de q. d. Gaudi cognus sua vite illorum dedit ad detinendum et ad laborandum. In eo enim tenore quatenus ipse et memorati filii sui vite sue et vite illorum illos per omni annuo arare et de sua semente seminare et vitare debeat ad omni suo expendio et... casa et curte et area et ortu vite sue et vite filiorum suorum; caucuminas vites ponere et plantare per abto tempore ut meruerit et per omni annuo lutamenctare et arbores potare et propaginare et recabalciare debeat, et de giro in giro memorata integra petia de terra repastinare et circumdare debeat at suo expendio, et omnia que per omni annuo ibidem dominus Deus dederit in quolibet seminatum inter eos dibidere per medietatem, ipse Simeon vita sua et da post suum obitum memorati filii sui vite illorum et memoratum monasterium, et per omni annuo illud metere et adunare et scugnare debeat et quando illut metierit et scugnaverit una persona .... debeat at suo expendio; vinum vero mundum et saccapannum dividere debeant inter eos at palmentu et ipsa medietas quod monasterio exinde venerit, ipse inde illut atducere faciat at suum expendium et ipse Simeon et filii sui illut re-

(1) Male in editis: Sergium. Reliqua legi nequeunt, nam membrana in fine est prorsus deleta.

serbare debeant in organeis (1) eorum usque in die tertia. Iterum et per omni annuo ipse et memorati filii sui dare et dirigere debeant monasterio octo dies ante festivitatem S. Sebastiani idest auri tari quadtuor boni de Amalfi diricti et pesanti et duos pullos bonos. Et nullatenus ipse abbas vel posteri eius presument ipsum Simeonem et filios suos vita sua et vite illorum dictam terram pastenantes et arbustantes et adimplentes, qualiter superiur legitur, tollere de memoratis terris per nullum modum; post autem transitum de memoratis filiis suis de illum qui ex eis postea obierit, tunc memorata petia de terra cum memorata casa et curte et area seu hortum, quod ibidem fecerint, in memorato monasterio rebertant et sint postea cuius iure fuerit et cui illut largire? voluerit; pena in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum Simeoni. Testes: Iohannes scriniarius, Gregorius filius d. Iohannis et Sergius filius d. Iohannis. — Minieri, *O. c. App.* n. 19.

665. Die 6 m. iunii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. . . . 4, sed et Alexium eius filium porfirogenito m. i. . . . (*an.* 17. *Sergius*) subdiaconus (2) S. sedis Neapolitane ecclesie qui vocatur de Tauro, filio q. d. Gregorii qui iterum de Tauru . . . . . . et d. Drosu h. f. iugalium personarum, a presenti die promittit . . . (*Bonifacio*) abbati monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* una cum cunctas congregationes monachorum *etc.* propter quod ipse de antea repromisit at d. . . . et eidem abbati et at cunctas congregationes *etc.* fabricare et conciare seu cohoperire cum tecula . . . . propria memorati monasterii vocabulo b.mi Petri Christi apostoli qui situm . . . idest foris flubeum, in qua ipse pro frabicandum et cohoperiendum... est pisarium de memorata ecclesia posuit auri solidos 40 de Amalphi *etc.*: proinde et ipse memoratus d. Iohanne ven. abbas memorati monasterii Ss. Sergii et Bachi per alia chartula, que ei hodie fecit, dedit et tradidit memorato Sergio integram ecclesiam iamdicti b.mi Petri de memorato loco Calistum una cum integra petia de terra propria de memorata ecclesia, in quo est memorata ecclesia, seu et cum omnes alias fundoras et terris de memorato loco Calistum *etc.* (*ut in doc. supra proximo* n. 663) ubi domino Deo bolente eum custodem ordinavit, omnibus diebus vite sue in eo tenore, quatenus in sua sint potestatem, et que in memorata ecclesia at frabicandum abuerit da die presentis ipse illut facere debeat at suum expendium *etc.* Iterum et ipse totis diebus vite sue memorato monasterio dare et dirigere debeat per omni annuo hoblate paria dua, unu per natibita Domini et alium per S. Pasca, et non abeat licentiam de memoratis terris alicui largire vel alienare *etc.* et neque ipse abbas vel posteri eius aliquod memorate ecclesie exinde tollere vel qualibet persona super eum ibidem ponere, set eum defendere debeat et at suum transitum memorata ecclesia S. Petri conciata et edificata cum omnibus eius pertinentibus in memorato monasterio revertat; pena in auri sol. 60 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Sergius sub- (1136)

(1) Male in editis: *ortu viris.*

(2) In editis... *Conius memorate sedis nostre ecclesie!*

Iohanne et Alexio impp. aa. 1136-1137.

diaconus subscripsit. Testes : Iohannes Curialis, Gregorius filius d. Iohannis et Petrus filius d. Sergii — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 579.) Minieri, *O. c. App.* n. 20.

(1136) **666.** Die 13 m. iunii ind. XIV. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 44 sed et Alexio porfirogenito m. i. eius filio an. 17. Urso qui nominatur Pipone, et Stephanus et Iohannes eius filii, filius et nepotes quidam Stephani Pipone, qui fuerunt habitatores loci Calbeczani, nunc vero habitant in ista civitate Neapolis, vendunt et tradunt Landolfo qui nominatur Livorano, nepoti et exadelfo eorum, filio Martini Livorano, qui olim habitavit in dicto loco Calbeczani, nunc vero manet in ista civitate, pectiam terre positam in loco Calbeczani ubi dicitur ad tibora, que olim fuit staurite plebis ecclesie Ss. Iohannis et Pauli de regione augustale, et coheret dicta terra cum terra predicti Martini Liborano, cum terra predicte staurite plebis ecclesie Ss. Iohannis et Pauli, et cum terra domini Leonis Maliabacca pro pretio auri sol. 10 de tari ana quatuor tari per solidum de tari boni de Amalfi pesanti, de qua quantitate ex parte fecerunt opus et necessitates eorum, pro ista guerra ubi modo sunt (1) et partem pargiaverunt creditoribus eorum. Actum per Cesarium Curialem — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 413.

(1137) **667.** Die 16 m. aprilis ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 45 sed et Alexius filius eius m. i. an. 18. Iohannes humili presbitero qui nominatur de Lucia, filio q. Guydo Pisano et q. Maria, iugalium personarum, a presenti die promictit d. Iohanni ven. abbati monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* una cum cunctas congregationes *etc.* propter integram ecclesiam iuris propria memorati monasterii, vocabulo iam dicti Ss. Sergii et Bachi, qui est intus distructo castro Lucculano, una cum memoratum integrum campum ubi est memorata ecclesia, et cum integra petia de terra memorato monasterio pertinentes, ubi est ecclesia eius dicstructa vocabulo S. Pauli et cum integra scapula de terra qui ibi est a parte meridiana qualiter descendit usque ad plagia maris qui dicitur de insula S. Bincentii, et cum integra alia petia de terra memorato monasterio pertinente sita ibi ipsum qui est super terra de illu Barbarasa; iterum et cum integra alia petia de terra memorate ecclesie pertinente posita vero in loco qui nominatur foris gripta in caput de illa gripta scura insimul cum omnes *etc.* ubi domino Deo bolente eum custodem ordinavit omnibus diebus vite sue : quatenus ipse in memorata ecclesia die noctuque omnem officium sacerdotale *etc.* ibidem facere et exibere debeat seu facere faciat sibe ad ora haut ante ora vel post ora, ut meruerit ecclesia de foras ut aput dominum *etc.* et pro alimoniis suis ipse abbas dedit et tradidit eidem Iohanni dictam ecclesiam cum integris cursuas et cum scapulis et egripas suas que ibidem sunt da parte orientis qualiter descendit ad illu mare memorato monasterio pertinente qui dicitur Bibarellum, quod in monasterii reserbavit potestatem, qualiter badit intus in mare passos centum cum memoratis petiis de terra *etc.* insimul cum arboribus et fructoras suas et cum domibus et cellis seu griptis quamque camare

(1) Cf. Falconis Beneventani *Chron.* ad an. 1136 et supra t. I, p. 141.

et piscinis et palmentum et subsceptorium suum simul frabitis intus se *etc.* quatenus insimul illos tenendi et curiositer laborandi et at laborandum dandi absque scriptis sint potestatem *etc.*; iterum et si aliquod in memorata ecclesia offertum fuerit si movile in eius siat potestatem, si autem immovile sive pretium aut codices vel talis causa pro hornamentum de memorata ecclesia ibidem remanere debeat; et non habeat licentiam *etc.* etiam et ipse cunctis diebus vite sue in ipso monasterio dare et dirigere debeat per omni annuo in vigilia Ss. Sergii et Bachi auri tari quatuor boni de Amalfi diricti et pesanti et ad ipsa ecclesia ipsum abbatem et posteros eius invitare debeat at bespere et matutinas et at missa in ipsa festivitate Ss. Sergii et Bachi. Set ipse abbas exinde exceptuavit de memorato campo ille gripte da ille tecule (1) faciendum cum quantum de ipse tecule per omni annuo exiet, et nullatenus presumet ipsum tollere vel exinde iactare facientem seu adimplentem omnia per ordine ut super legitur. Post autem transitum suum memorata ecclesia cum memoratis terris et cum quantum eidem Iohanni per inventaneum atsignatum fuit in monasterio rebertant et sint potestatem; pena in auri sol. 60. byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Iohannes umili presbitero subscripsit. Testes: Sergius scriniarius, Iohannes scriniarius et Sergius Curialis. — (*Notam. instr. S. Sebast.* n. 559.) MINIERI, *O. c. App.* 21.

668. Die 22 m. magii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. (1137) i. an. 44, sed et Alexium eius filium porfirogenito m. i. an. 18. Iohannes clericus qui nominatur Inferno, filius q. d. Gregorii qui iterum Inferno bocabat et q. d. Anne h. f., que fuit filia q. d. Gregorii qui nominatur de Niceta, iugalium personarum, a presenti die pro Dei amore et pro mercede anime sue et de memoratis genitoribus suis offert et tradit d. Iohanni ven. abbati monasterii Ss. Sergii et Bachi, qui nunc *etc.* una cum cuntas congregationes monachorum *etc.* et per eum in ipso monasterio integrum campum suum de terra, qui nominatur at cepullari, positum in loco qui nominatur Munianum, seum et integras terras suas de loco qui nominatur Patruschanum, iterum et integras terras suas de loco qui nominatur Caloiana (2) et de loco qui nominatur Trifone, similiter et integras terras suas de loco qui nominatur Iumelle, et de loco qui nominatur Fractula, iterum et integrum fundum suum de terra de dicto loco Munianum cum piscina intus se insimul una cum arboribus *etc.* et cum portionibus de cisternis seu piscinis et de palmentas et subscetorias simul commune de memorato loco, et cum duleas et se-

(1) Male in editis: *trabe.*

(2) Pagus hic idem ac ille mihi videtur, qui in cedulari anni 1301 (V. CHIARITO, *O. c.* p. 170.) *Coliana*, et nunc, voce paulum detorta, *Qualiano* dicitur. Miror vero cl. virum Claritium nihil de eo, ut ipse fatetur, in monumentis invenisse, cum praeter hoc et sequens instrumentum, pluries occurrat in *Repertorio del monast. dei Ss. Severino e Sossio.* Ex eo summarium n. 1498 exscribere lubet: " Imperante Basilio die 2 m. iunii ind. VI. Sergius cognomento Buteyacum offeruit, tradidit et assignavit ven. viro d. Stephano abbati dicti monasterii Ss. Severini *etc.* integras omnes litteras (*sic*) et portiones et pertinentias suas quomodocumque sibi pertinebant de integra ecclesia sua sub vocabulo S. Magni, que sita esse videtur in loco Coliana una cum omnibus *etc.* " Coliana vel Caloyanum memoratur etiam in diplomate a Sergio duce monasterio Ss. Severini et Sossii dato in anno 1130. Vide R. N. A. M. t. VI, p. 132 et infra in Diplom. Duc.

Iohanne et Alexio impp. a. 1137.

role intus se et cum introitas *etc.* seum per hanc chartulam offert et tradit integrum hortum suum positum vero intus hanc civitatem Neapolis ad inter ortua et integra petia de terra sua posita vero in loco qui nominatur Tertium quod est foris flubeum, pertinente vero sibi per memoratos genitores suos et per parentorum suorum; et coheret memoratum campum at cepullari de uno latere parte orientis est terra de illi Grassi parentibus suis, et de alio latere parte occidentis est terra de illi Grassi et de illi Roverella, et a parte meridies terra de illi Trumarinum, et a parte septentrionis est iterum terra de ipsi Grassi; et memorata terra de loco Patruscana est coniuncta cum terra de ; et memorata terra de loco Caloiana est iuxta terra et iam dicta terra de loco Trifone est coniuncta cum terra et memorata terra de loco Iummelle est iuxta terra et memorata terra de loco Fractula est coniuncta cum terra ; iterum et coheret terra de memorato loco Tertium cum terra et memoratum ortum coheret sibi a parte orientis et a parte occidentis est hortus heredis q. d. Sicelgarda h. f., exadelfa nepote sua, que fuit conius d. Petri Cafari, sicuti inter se terra exfinat, et a parte meridiana est anditum commune sicuti inter se sepis exfinat, et per ipsu anditu commune ibidem introitum ingredit, et a parte septentrionis est hortum heredis q. d. Petri Caracculi sicuti terra et sepis exfinat. Iterum in presenti dedit et apud ipsum abbatem remisit octo chartule membrane scripte et tres notitie testate pro monasterii defensione que sunt nominative: primma chartula est laborationis quam fecit Petro cui super nomen Dedoni filio q. Leoni de loco Munianum at d. Stephanum cui super nomen Inferno abio eiusdem Iohannis, secunda chartula est commutationis que fecerunt Leone et Gregorio uterini germani filii q. d. Petri monachi at d. Stephanum filium q. d. Gregorii; tertia chartula est commutationis quam fecit Petrus Curialis cui supernomen Sillictum at d. Stephanum filium d. Gregorii; quarta chartula est promissionis que fecit Petrus filius q. Formosi cui supernomen Calendi et Iohanne filius q. Leoni oc est (1) parentes at d. Stephanum filium d. Gregorii; quinta chartula est venditionis que fecit Iohanne Primicerius et Gregoria, hoc est iugales, at cuntos sacerdotes et clericos de duobus chartule de ecclesia S. Archangeli at mercatum (2) et de ecclesia S. Rufi; sexta chartula est ceditionis que fecerunt memorate congregationi de memorate ambe chartule de memorate ecclesie at Petro curiali filio q. d. Iohanni; septima chartula est laborationis que eidem Iohanni fecerunt Stephanus qui nominatur Nurci et Landolfo genitori et filio hominibus suis; hoctaba chartula est deditionis quam fecit Petro et Primicerio at Marino de Urso; et ipse tres notitie equo modo dibisit memoratum campum cum q. Stephano et Gregorio uterinis germanis suis qui sine proprium heredem defunti sunt. Iterum offert et tradit ipsi monasterio idest inclite case de omnes heredes q. Petro qui nominatur Niurci cui

(1) Male in editis heic legitur: *Ocelis.*

(2) Male in editis: *miscutum* pro *mercatum*, et paulo inferius: *ic lictecore* pro *inclite case* i. e. familiae servorum et *defisorum.*

Iohanne et Alexio impp. a. 1137.

supernomen Cusitore hominibus suis de memorato loco Munianum, seum et inclita casa de Gregorio qui nominatur naturali et defiso suo quem ipse procreavit de q. defisa sua insimul una cum uxoribus et filiis eorumque heredibus et cum omnibus illorum pertinentibus de intus et foris, cum omnem illorum censuras et regulis seu responsaticas et salutes atque angarias et serbitias et scaballicationibus et cum omnibus illorum dationibus, set memorato Gregorio naturali et defiso suo et heredes eius dare debeant per omni annuo in ipso monasterio et quante case de ominibus et heredibus suis refecerint pro unoquoque ana singulos tari in festivitate S. Sebastiani pro ipsum illorum defensaticum; nec non per anc chartulam offert et tradit in ipso monasterio integras terras suas de loco qui nominatur Panecoculo qui est iuxta terra De quibus nihil *etc.* set a presenti die *etc.* set memoratis omnis heredes at memorato Petro Niurci, que offeruit cum omnibus eius pertinentibus, memorato genitori suo illos atquirit et accactabit da publica potestate. Et neque ab eo *etc.* Insuper omni tempore omnia que superius offeruit antestare et defensare debeat memorato monasterio ostendente memoratas chartulas. Etiam et dictas frugias de dicta terra de dicto loco ortuum? et quod ex ipso territorio dare debent memoratus Gregorius et heredes eius monasterium . . . . . debeat per omnem nocte in bultu iamdicti S. Sebastiani et per omnem ebdomada canere debeat et faciat pro anima sua missa una per sexta feria. Iterum et de dictas refrugias de memorata terra de ortuum et de memorato ortuum tari 10 byth. alluminare debeat ipsum sanctum bultu de S. Sebastianu et ipsa missa canere per omnes ebdomade in sexta feria et sonare illa campana de memorato monasterio. Si quis autem contra hanc chartulam venire presumpserit ab anatematis vinculis *etc.* pena in auri sol. 200 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Iohannes clericus subscripsit. Testes: Iohannes Curialis, Petrus filius d. Stephani, et Gregorius scriniarius. — Minieri *O. c. App.* n. 22.

669. Die 26 m. magii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 45 sed et Alexiu eius filius porfirogenito m. i. an. 18. Dispositum factum a Iohanne clerico qui nominatur Inferno filio q. d. Gregorii *etc.* et q. d. Anna *etc.*, iugalium personarum, de omni sua hereditate seu substantias de intus et foris; et primum disponit ut illa firmissima chartula quam factam habuit in monastesio Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* per quidem d. Iohannem ven. abbatem de campum de terra at cepullari, de fundum de terra cum integra piscina sua intus se, de terra de loco Patruscanum, de terra de loco Caloiana, et de loco Trifone, de terra de loco Iummelle, de terra de loco Fractula, et de ortum de inter ortua et de petia de terra de loco Tertium quod est foris flubeum; iterum et de integras terras de loco Panecoculo nec non et de inclite case de omnes heredes q. Petro qui nominatur Niurci qui supranomen Cositore hominibus suis de loco Munianum et de inclita casa de Grigorio qui nominatur naturali et defiso suo quem procreavit in defisa sua et de omnibus eius pertinentibus sit firma et stabilis in perpetuum; set memoratum integrum campum at ce- (1137)

Iohanne et Alexio impp. a. 1137.

pullari qui in memorato monasterio offertum habuit una cum arboribus et cum piscina de intus fundum et cum atrium et tragaricum et aquarium de memorata piscina et cum introitas et anditas et cum omnibus *etc.* disponit hut post suum obitum siat offertum pro anima sua et de memoratis iugalibus genitoribus suis in monasterio S. Marie qui appellatur de domina aromata, idest integra petia de terra que nominatur at mosancirtum ? positam vero in loco una cum arboribus *etc.* ad avendum illut in sempiternum, et est coniuncta memorata petia de terra iuxta Iterum disponit hut ad suum obitum fiat ostentum et traditum in salutifere ecclesie (chartule ?) congregationis ecclesie S. Marie que appellatur at rotunda idest integra una petia de terra posita in loco qui nominatur Gualdellum hat S. Salbatore qui dicitur de ille monache una cum arboribus *etc.* ad avendum in sempiternum. Disponit ut abeat donatum Sergius clerico ? naturali suo idest integra terra sua posita in loco qui nominatur Apollane quod est foris flubeum una cum arboribus *etc.* et una de ille bucte sue et una harcella plana, nec non disponit ut abeat donatum quidem Gregorio naturali et defiso suo idest integra terra de loco qui nominatur Gualdum et alia una de ipse butte sue et alia una harcella plana; iterum disponit ut si memorati naturali mortui fuerint et de ipsis non remanserint proprios heredes , tunc ipse terre rebertant et siat de memorato monasterio ad avendum in sempiternum. Quamque disponit ut pro hanima sua siat offertum omnes solidos suos, quos habet et recolligere debet per chartule que aput memorato monasterio posite abet et alie omnes buctes sue et omnem tinaccias et omnem tabule et illi ponti et travi sui et alias omnes lignamen sua et illa duleas et serole sue que simul abet intus illa domo da nido una cum alias omnes movilias suas. Similiter disponit ut memorato monasterio dare debeat at d. Sergio ven. presbitero qui nominatur Musula spiritali sancti suo; nec non disponit ut memorato monasterio in die annibersarii sui pro anima sua annibersarium at cunctas congregationes monachorum de memorato monasterio per omni annuo dare debeat in ipsa die annibersarii sui auri tari 4 pro tollendum exinde pisces at prandeum ad ipsi monachi. Unde disponit ut omni tempore illut perquirere debeat (1) d. Dauferii filius q. d. Iohannis, qui fuit filio q. d. Dauferii qui fuit comes de Abelle et d. Gregorio qui nominatur Brancactio, filio q. d. Cesarii Brancactii et d. Drosu h. f., iugalium personarum, et d. Iohanne cognomento Sergonata filio q. d. Gregorii Sergonata, hoc est distributores sui, et illorum heredes et persona illa hat cui histum dispositum in manibus paruerit. Quamque disponit ut reliquas alias omnem hereditatem seu substantias de intus et foris *etc.* et omnem ospitatum fundatum et exfundatum *etc.* et reliquum omnia post suum obitum siat offertum in memorato monasterio. Disponit ut si aliquod in veneficio abuerit de rebus neapolitane ecclesie post suum obitum siat ibidem retdidum; abeat item S. Neapolitana ecclesia

(1) Sic in membrana; at Curialis forsitan heic et in instr. sequenti n. 670 omisit nomen istius, qui, ut ex alio instr. n. 659 supra relato elicitur, Gregorius appellabatur.

pro luminaria hasque iniuria tremisse unum : pena in auri sol. 100 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Iohannes clericus subscripsit. Testes: Gregorius filius d. Iohannis. Iohannes Curialis et Gregorius filius d. Petri — MINIERI, *App. O. c.* n. 23.

670. Die 26 m. magii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. (1137) i. an. 45, sed et Alexium eius filium m. i. an. 18. Per dispositum factum a Iohanne clerico qui nominatur Inferno filio *etc.* de omni sua hereditatem seu substantias, quas inferius iudicaverit, firmam et stabilem permaneat in perpetuum; quod dixit disponit primum omnium ut illa chartula quam factam abuit in monasterio Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* (*ut in instrum.* n. 669 *supra transumpto*) sit firmus et stabilis in perpetuum una cum arboribus *etc.* et cum memorata piscina *etc.* et cum arvium et fragaricum suum et cum introitas *etc.* Iterum disponit ut post suum obitum siat offertum pro anima sua et de memoratis genitoribus suis in monasterio S. Marie que nominatur de domina Aromata, idest integra petia de terra que nominatur at morum cinctum posita in loco qui nominatur at S. Brancactium, coherente sibi ab uno latere parte septentrionis terra de illi pictii caru et de aliis qui ibidem at fine sunt, et de alio latere parte meridiana est terra ecclesie S. Iustini et terra de illis Picarelli et de aliis qui ibidem . . . sunt, de uno capite parte orientis est terra de illa comunalia sicuti terminus exfinat, et de alio capite parte orientis est bia publica. Seu disponit ut abeat donatu Gregorio marenario, naturali et defiso suo, integra petia de terra posita in loco, qui nominatur Gualdu super iamdicto loco qui nominatur S. Brancactium, coherente sibi parte orientis bia publica que badit at Cantarellum, et de alio capite parte occidentis terra d. Petri de Gurgite pro exadelfo germano suo, sicuti hortus exfinat, de uno latere parte meridiana terra de illi pictii caruli, et de alio latere parte septentrionis terra de illi Caracculi berdisca, sicuti inter se terminus exfinat; iterum abeat donatum una de ille bucte sue et una harcella plana. Similiter disponit ut habeat donatum Sergio clerico naturali suo integra terra posita in loco, qui nominatur at Pollane quod est foris flubeum, et alia una de ipse bucte et alia una harcella plana. Nec non disponit ut pro hanima sua siat offertum in salutifere chartule congregationis ecclesie S. Marie at presepe que et rotunda dicitur integra petia de terra de loco qui nominatur Gualdellum at S. Salbatore qui dicitur de ille monache. Iterum disponit ut si memorati naturali sui mortui fuerint absque proprios heredes, tunc ipse terre rebertant et siat de memorato monasterio, et memorato monasterio dare debeat d. Sergio presbytero, qui nominatur murali, spirituali sancti suo, auri tari 4. Quamque disponit ut reliquas omnem sua hereditatem *etc.* et illa bacca sua cum omnibus *etc.* et reliquum alium omne post suum obitum siat offertum in memorato monasterio. Necnon disponit ut memorato monasterio per omni annuo in die anniversarii sui intus memorato monasterio sibi annibersarium facere debeat et tunc ipsa die dare debeat tari 4, pro tollendum pisces (1) pro ipso annibersario et omni tempore illut perquirere debeat d. Dauferi filius q. d. Iohannis qui

(1) In editis: *parietes*, et inferius : *iohannis qui fuit filio quondam d. Dauferii qui fuit commune Sergio de balle.*

fuit filius q. d. Dauferi qui fuit comes de Abelle et d. Gregorius Brancactio filio d. Cesarii et d. Iohanne qui nominatur Sergonata filio q. d. Gregorii *etc.* et si aliquod in beneficio abuerit de S. Neapolitana ecclesia post suum obitum siat ibidem redditum, et abeat item S. Neap. ecclesia (1) pro luminaria absque iniuria tremisse unum; pena in auri sol. 100 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Iohanne clericus subscripsit. Testes : Sergius? filius d. Iohannis. Iohannes Curialis et Gregorius filius d. Petri — MINIERI, *App.* n. 24.

(1137) **671.** Die 22 m. iunii ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 45, sed et Alexium eius filium porfirogenito m. i. an. 18. Iohannes presbitero qui nominatur Periculo, filius q. Leoni qui nominatur Periculo et Sergio qui nominatur Scalla filio memorati q. Leoni et q. Scalla, iugalium personarum, hoc est germani de uno genitore et de singula genitrice, a presenti die promictunt ven. abbati monasterii Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* una cum cunctas congregationes monachorum *etc.* propter integrum campum de terra iuris memorati monasterii, positum in loco Lassamanica quod est super loco qui nominatur Nonnaria et loco qui nominatur Actone quod est foris flubeum, et propter integra terra iuris propria memorati monasterii posita in memorato loco Actone at S. Basili iuris memorati monasterii , ubi de antea pertinuit . . . . . at obedientia memorati monasterii ipsius parte foris flubeum, insimul cum arboribus *etc.* et cum scapulis et egripas seu rioras suas que sunt parte meridiana , et coheret memoratum campum a parte orientis modica terra ubi est ecclesia S. Marie que appellatur hat Lassamanica iuris S. Neapolitane ecclesie , ut inter se terminus et sepis exfinat et a parte occidentis est alium campu de terra ubi est memorata ecclesia S. Basilii que ipse abbas in sua reserbavit potestate, sicuti inter se egripus et sepis exfinat, et a parte septentrionis est bia publica, sicuti inter se sepis exfinat , et a parte meridiei est memoratum rium et a foris scapula de terra de
et ipsu rium dicitur ribu de Iohanne. Et memorata integra alia terra coheret sibi a parte orientis memoratum campum, ubi est ecclesia S. Basilii, sicuti inter se egripus et sepis exfinat, et a parte occidentis qualiter badit et descendit usque ad illu trialem de ipsa bia publica que est inter ipsa terra memorati monasterii et inter terra monasterii Ss. Seberini et Sossii et inter terra de monasterio S. Marie que appellatur hat Cappelle, et a parte meridiei est ipsu rium et a foris est scapula de terra que est olibetum S. Neapolitane ecclesie et scapula de terra monasterii Ss. Seberini et Sossii, et a parte septentrionis est bia publica, sicuti inter se sepis exfinat, hoc autem campum et integra alia terra ipse abbas dederat eisdem vite eorum et da post eorum obitum filiis eorum sive de masculi vel de femine at detinendum et at laborandum. In eo enim tenore quatenus per omni annuo illos arare et ipsis scapulis et egripas scorpelare et tiappare debeant et insimul de eorum rem seminare et cultare, arbores exinde potare et propaginare

(1) In editis: *abeat idest scanellum.*

Iohanne et Alexio impp. a. 1137.

seu abalciare *etc.* et omnia que dominus Deus dederit illud dibidere debeant ad area et at palmentum per medietate et in memoratis scapulis et in iam dictum rium ? in quolibet seminatum usque in venture due estates explete in antea exinde terraticum dare debeant in memorato monasterio, quomodo dederint seu fecerint alii parsonarii laboratores at parsonariis illorum in memorato loco, insimul bonum siccum mensuratum at culmum at quarta in memorata terraticalis ; vinum vero mundum et saccapannas seu fructoras inter eos per omni annu illut dibidere debeant at palmentum, ipsius monasterii per medietate et ipsa medietate monasterii de memoratum bictum et legumen vel lupinos una cum medietate de binum et saccapannas et fructoras inde illut atducere memoratum monasterium faciat at suum expendium, set ante dibisione lebare debeant semente que seminaberint, et dum illut bindemiaverint duas personas hominum memorati monasterii enutrire debeant unum at campum et alium at palmentum, et dum ipsu labore scungnaberint una persona similiter. Et nullatenus ipse abbas et posteri eius presumment *etc.* post autem eorum et filiorum transitum *etc.* et illut defendere *etc.* pena in auri sol. 30 byth. Scriptum et actum per Gregorium Curialem. Signum manus Sergii Scalla. Iohannes presbiter subscripsit. Testes : Iohannes filius d. Sergii, Gregorius filius d. Iohannis et Sergius Curialis — Minieri, *App.* n. 25.

672. Die 26 m. augusti ind. XV. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 45 sed et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. 18. Dispositum seu testamentum factum a Marocta nunc vero monaca, filia d. Iohannis cognomento Cacapice qui fuit filius d. Sergii Cacapice et d. Mire filie d. Mansi Amalfitani qui dicebatur de d. Mira, iugalium personarum, ipsa vero Marocta per absolutionem d. Sice ven. abbatisse monasterii S. Gregorii maioris domine sue, de omni hereditate predicte genitricis sue, sita in cuncto territorio amalfitano, et distributores facit d. Iohannem cognomento Cacapice, exadelfum germanum suum, filium d. Ursi Cacapice qui fuit filius d. Iohannis Cacapice et d. Iohannem exadelfum germanum suum, filium d. Petri qui fuit filius d. Iohannis postmodum vero monachi de d. Sergio de d. Maria ; qui apprehendere debeant et recolligere de dicta genitrice sua auri solidos 100 de tari ana quatuor tari per solidum boni de Amalfi diricti et pesanti, que sibi pertinent pro portione sua de hereditate dicte genitricis sue de cuncto territorio Amalfi, quos solidos 100 legat infirmario ipsius monasterii S. Gregorii maioris. Actum per Sergium Curialem, et testes subscribuntur caractere longobardo sine cognomine — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 542. (1137)

673. In nomine *etc.* imperante *domino nostro iohanne porfirogenito magno imperatore anno quadragesimo sexto sed et alexio porfirogenito eius filio magno* imperatore anno undecimo die sexta *decima mensis decembris indictione prima* neapoli: certum est nos iohannes qui nominatur *pantaleone* et bernardus . . . . (?) germanis filiis quondam sergii qui nominatur pantaleone et quedam anne iugalium personarum a presenti die promtissima voluntate venumdedimus et tradidimus tibi domino iohannes qui nominatur gabbitella filiu quidem domni petri presbyteri qui nominatur appare et quedam domna bella gabbitella, que sibi vero genitori meo . . . . . coniugabi quando clericus hecclesia ? . . . idest integrum (1137)

omnia quantum nobis pertinet de integra terra posita vero illoco, qui nominatur abaranum et dicitur ad illa cerasa una cum introitu suo et omnibus sibi pertinentibus qui se insimul iungitur et adhuc indivisa et incommune reiacet memorata integra portio nostra quanta nobis per quobis modum pertinet que superius tibi venumdedimus de suprascripta terra cum reliqua portione de filiis tuis que tu habes de quedam domna marotta que nominatur boffa , qui fuit anteriore conius tua dudum nepoti nostra et reliqua portio de quodam petro pantaleone et domno iohanne pantaleone uterinis germanis thiis nostris et ipsis portionibus et terris nostris modo illut detinet . . . . . memorata nostra ad . . . . constitute in illa arcora qui dicitur de . . . . . coheret sibi insimul suprascripta terra unde . . . . . portione nostra superius tibi venumdedimus cum omnibus sibi pertinentibus ut super legitur ab uno latere terra de illi pappamerium ab alio latere est bia publici sicuti sepis exfinat ab uno capite est terra de ipsi qui nominatur pappamerula. de quibus nichil nobis exinde aliquod remansit aut reserbabimus nec in aliena cuiusque persona quod absit commisimus aut iam commictimus potestate set a presenti die et deinceps a nobis tibi sit venumdata et tradita in tua tuisque heredibus sint potestatem quidquid exinde facere volueritis ut ab hodierna die semper in omnibus liberam exinde abeatis potestatem: et neque a nobis memoratis uterinis germanis neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato domino iohannes qui nominatur gabbitella aut heredibus tuis quod absit abeatis exinde aliquanto quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus, insuper et omni tempore nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus illut in omnibus antestare et defendere debeamus ab omnes homines omnique persona propter quod avuimus a te exinde in presenti in omni decisione seu deliberatione idest auri *tari* sex: diricti boni de amalfi pesanti sicut inter nobis combenit. sy autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus auri solidos tres bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus iohanni scriniarii discipulo domni iohanni curialis per memorata indictione † oc signum † manus uterinis germanis quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi et memorati tari traditos vidi. et oc recordati sumus quia in ipso loco ubi est ipsa terra de ipsum pappamerium et iterum tres portiones de . . . . . consortibus nostris set ipsa portio nostra que tibi venumdedimus de memorate terre et relique due partis exinde sunt . . . . . † ego gregorius filius domni iohannis testi subscripsi et supradictos tari traditos bidi † ego petrus filius domni sergii testis subscripsi... (*ut supra*) † ego petrus filius domni stephani testis subscripsi et (*ut supra*) † ego iohannes curialis complevi et absolvi per memorata indictione. — Ex membrana originali in Archivo Cavensi adservata olim in arca 27 n. 23 , nunc in arca XXIII, n. 17 bis

(1138) **674**. Die 15 m. februarii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 46 sed et alesiu eius filio porfirogenitus m. i. an. 19. Petro monacho monasterii et ecclesie Ss. Sergii et Bachi qui nunc *etc.* qui nominatur Pullarulo cui supernomen Ruxo , filius q. Sergii qui nominatur Pullarulo et q. Alberada, iugalium personarum, a presenti die pro Dei amore et pro mercede anime sue et de genitoribus suis seu et propter quod d. Iohannes ven. abbas eiusdem monasterii eum odie monaco fecerat seu et ad omni suo expendio eum ad dictum monasterium percompleverat et ordinaverat in ipsa sancta con-

gregatione monachorum, quomodo docent regulas b.mi Benedicti, hoffert et tradit memorato d. Iohanni abbati dicti monasterii domino suo ubi ipse per Dei gratiam (1) monachus percompletum et ordinatum esse videtur et a cunctas congregationes monachorum *etc.* et per eum in ipso monasterio integra domu sua posita intus anc civitatem Neapolis intus anpitheatrum (2) regionis thermense seu et integra terra posita in loco qui nominatur Crambane posita foris flubeum, iterum et integra terra posita in loco qui nominatur Paccianum (3) quod est foris arcora dudum aqueductus una cum integra reliqua omne sua hereditate et substantia *etc.* et . . . . omnibus . . . . ortuas seu fundoras *etc.* cum aheribus et aspectibus suis et cum monimen et aquaria suas et cum curtis et transendis et porticas et portis et cum gradibus frabilis qui ibidem ascendunt et cum puteas aque bibe et cum integris *etc.* et cum schapolis et rioras et egripas. Et coheret sivi insimul memorata integra domu de intus anpitheatru de eadem regione thermense a parte orientis et occidentis sunt bicalis communes, sicuti inter se parietis exfinat, in quo sunt regie et fenestre proprie sue, qui ibidem exiunt et respiciunt, et a parte septentrionis est bico publico qui pergit per ab intus anpitheatru, sicuti inter se paries exfinat, in quo sunt regie et fenestre, et a parte meridiana est domus qui est de heredes q. Sergio presbitero qui nominatur Pullarulo, qui fuit uterino germanus meo, sicuti inter se clusa et singnate exfinat; seum et ipsa terra de ipso loco Paccianum est iusta terra, qui est de heredes q. Marino qui nominatur de Bernardo et secus silba qui est de d. Ruperto Lorvangno qui nominatur de Melania et iusta terra de aliis, qui ibidem atfines sunt. Et licentias et potestatem abeat ipse abbas et posteri eius ipsas domus conciare et edificare et struere et obstracare et in altum ascendere et coperire qualiter a betere fuit. De quibus nihil *etc.* set a presenti die et deinceps *etc.* et neque ab ipso memorato Petro *etc.* Insuper omni tempore illut in omnibus antestare et defendere debeat. *etc.* Si quis vero contra hanc chartulam offertionis *etc.*

(1) Male in editis: *dietus Gratianus.*

(2) Amphiteatrum in regione Thermensi memoratur etiam in alio instrum. Neapoli celebrato regnante d. n. Guillelmo Sicilie et Italie magnifico rege an. 22.... quo Iohannes qui nominatur de Munda cum consensu conjugis sue offert et tradit cunctas congregationes sacerdotum et clericorum salutifere catholice ecclesie S. Restitute de intus episcopio S. N. E. integram domum positam intus anc civitatem Neapolis..... commune que est intus anfiteatrum regione thermense *etc.* SPARANO, *Mem. stor. della chiesa Nap.* t. I, p. 149. Ibi circa ea tempora extabat ecclesia S. Petri ad ampiteatrum, quae deinceps corrupte *ad ampetrum* sive ad don petrum dicta fuit. In instrum. tempore Henrici imp. die 14 m. aug. XIV ind. (1196) celebrato memoratur abbas S. Petri ad ampiteatrum, qui alias dicitur *ad ampetru* et S. Nicolai, qui est iuxta praedictam ecclesiam. *Catasto di S. Pietro a Castello* n. 6. — Alibi habetur: „ instrum continens quomodo heredes q. Martini de Rosa de Neapoli tenebant a monasterio S. Petri ad Castellum quamdam domum cum duobus inferioribus cellariis sitis in predicta civitate Neapolis (*intus*) ampiteatrum iuxta ecclesiam S. Petri ad ampiteatrum predicti monasterii, cuius fines sunt cum corticella communali ubi sunt grados ipsius domus et cum domibus illorum Capuani et cum aeribus dicte platee, que vadit ad portam Furcille *etc. Catasto* cit. n. 98. — Ecclesia, pene diruta, saec. XVI in contiguam S. Nicolai *dei Caserti* ecclesiam translata fuit — De amphiteatro autem Neapolitano varie disseruerunt LASENA, *Dall' antico ginnasio Nap.* p. 181 et MAZZOCCHI. *In mut. Camp. amp. titulum* p. 158, quos consule.

(3) In cit. *Catasto di S. Pietro a Castello* n. 88, ubi summatur instrum. factum tempore Basilii imp. die 1 m. sept. X ind. memorantur illi Russi de casali Paczani et fundus, quem tenebant in eadem villa a monasterio S. Salvatoris in insula maris.

sub anathematis vinculis *etc.* insuper componat auri sol. 60 byth. Scriptum per Saductus scriptor dischipulus d. Mastali Curialis. Actum per Mastalum Curialem. Signum manus memorati Petri Pullarulo. Testes : Petrus filius d. Stephani , Iohannes filius d. Sergii , et Cesarius Curialis — (*Notam. instrum. S. Sebast.* n. 427) MINIERI , *Op. cit. App.* n. 26.

(1138) **675.** Die 5 m. martii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 46, sed et Alexio porfirogenito m. i. eius filio an. 19. Iohannes cognomento Bulcano, filius d. Iohannis qui iterum Bulcano vocabatur et d. Drose, que fuit filia d. Cesarii Brancaczi, iugalium, cum consensu Sice coniugis sue, vendit et tradit d. Sice ven. abbatisse monasterii domni et Salvatoris nostri Iesu Christi et S. Pantaleoni atque b.[mi] Gregorii et Sebastiani ancillarum Dei tres partes ei spectantes super clusuriam terre positam in loco Calbiczani , nam alia quarta pars dicte clusurie possidetur a d. Gaita germana dicti Iohannis , uxore d. Marini qui appellatur Piczicarulo ; declarando quod una quarta pars dicte clusurie tetigit dicto Iohanni ex genitrice sua, alias vero duas quartas partes commutavit cum d. Petro cognomento de Sirrento et d. Gaita germanis , exadelfis germanis ipsius Iohannis, filiis d. Ursi de Sirrento, que fuit filia predicti d. Cesarii Brancaczi, iugalium, et ipsa d. Gaita cum consensu d. Sergii cognomento Cacapice viri sui, filii d. Petri Cacapice, filii d. Gregorii de domno Dalfina Cacapice; et coheret dicta clusuria terre cum terra d. Iohannis filii d. Sicenolfi (1) dudum comitis de Abelle, cum terra de illi qui nominatur Cacace de dicto loco Calbiczani. Pro pretio auri solidorum 46 de tari ana quatuor tari per solidum diricti boni de Amalfi pesanti et pena contraventionis statuta est in auri solidos 91 et medii bizantios. Actum per Cesareum tabularium — *Notam. instrum. S. Gregorii*, n. 298.

(1138) **676.** Die 8 m. martii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 46, sed et Alexio porfirogenito m. i. eius filio an. 19. Petrus qui nominatur Gaydo, filius d. Petri qui iterum Gaydo et d. Marie iugalium, vendit et tradit d. Cesareo cognomento Coppulati, filio d. Iohannis Coppulato et d. Anne iugalium, pectiolam terre positam in loco qui nominatur Ianula qui est supra caput de Monte cum introitu suo, qualiter venit a via comuni et intrat per terram dicti Cesarii, quam ipse Cesarius comparavit a Constantino qui nominatur Ioculare filio Martini, que terra est mensure quartarum trium ad passum ferreum S. Neapolitane ecclesie; quam terram ipse Petrus emit a Trossa filia Sergii qui nominatur Baraci et Gemme, iugalium, cum consensu Leonis qui vocatur Mamulo viri sui; que pectiola terra coheret a parte orientis cum terra heredis de illu qui nominatur Caracculo , cum terra predicti Constantini Ioculare. Pro pretio auri solidorum 15 de tari ana quatuor tari per solidum diricti boni de Amalfi pesanti, et pena contraventionis statuta est in auri solidos 30 bizantios. Actum per Cesareum tabularium et testes sine cognomine. — *Notam. instrum. S. Gregorii*, n. 543.

(1) Supra nn. 669 et 670 iste comes Abellae vocatur Dauferius.

Iohanne et Alexio impp. a. 1138.

677. Die 24 m. magii ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 46, sed et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. 19. Purpura h. f. filio quidam d. Iohannis Langobardi Ben. qui nominatur Mon. tropualdu et quedam d. Teodore de Moneca, iugalium, relicta quidam d. Gregorii qui nominatur Gaytani, offert et tradit d. Mobilie ven. abbatisse monasterii Ss. Marcellini et Petri integram portionem suam de integro cellario, qui est constitutus subtus ex parte de triclineo maiori dicti monasterii, positum intus civitatem Neapolis iuxta vicum publicum in capu de moneca non longe a dicto monasterio, iuxta trasendam que venit da Patrucciana, et iuxta equalem portionem illius cellarii que est de quodam d. Aligerno de Moneca exadelfo germano suo et iuxta cellarium ipsius monasterii qui est subtus triclineum maiorem, bona d. Barnabe de Moneca similiter exadelfi germani sui, et quantum ei pertinet de columnis marmoreis que ibidem sunt, cum conditione quod si ipsa Purpura monacam se facere voluerit in dicto monasterio teneatur eam recipere ad expendium dicti monasterii. Actum per manus Sergii Curialis et testes sunt Marinus filius d. Iohannis et Sergius filius d. Gregorii — *Notam. instrum. S. Marcellini* p. 187. (1138)

678. Die 3 m. augusti ind. I. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 46, sed et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. 19. Gregorius presbiter, filius q. Ursi qui vocatur de abbatissa et q. Maru, iugalium personarum, et Marino, et Petro, et Drosu uterini germani filii quidam Iohannis, qui fuit filius memorati q. Ursi qui nominatur de Abbatissa et de q. Anna iugalium personarum, hoc est thio et nepotibus, simul ipsi memorati germani per absolutione gloriose potestatis d. Sergii (1) in Dei nomine eminentissimi Consuli et Ducis atque Domini gratia magister militum, et una secum abendo avocatorem quidam d. Sergio qui appellatur de Media, filio q. d. Bonushomo de Media, quem ipsa gloriosa potestas eisdem avocatorem dederat propter quod non sunt perducti in legitimam etatem, simul et cum consensu et voluntate memorata Anne genitrice eorum et memorata Drosu cum consensu Leoni qui vocatur decisanthimum viri sui, a presenti die vendiderunt et tradiderunt d. Mobilie ven. abbatisse monasterii Ss. Marcellini et Petri ancillarum Dei et a cuncta congregationis *etc.* et per eam in ipso monasterio integra petia de terra una cum integrum intersicellum de terram iusta se in ex parte de latere eius coniunctum parte orientis, simul positum in loco qui appellatur Solaranum et dicitur at quarrata, quod est foris gripta, una cum arvoribus *etc.* pertinente sibi per parentorum suorum, unde memorato Gregorio presbitero pertinent tres partes et memoratis germanis una quatra, coherente sibi de uno latere parte occidentis est terra memorati monasterii seu et corrigiola de terra ecclesie S. Iohannis catholice maioris, sicuti inter se lebata et terminus exfinat, de alio latere parte orientis est terra, quam habet d. Iohannes Brancatio, sicuti lebata exfinat, seu et in memorata orientali parte est ipsum intersicellum usque at biam publicam, unde ibidem introitum ingredit, et de uno capite (1138)

(1) De hac postuma Sergii VII ducis *absolutione* et alia quae infra n. 679 habetur, vide sis quae dixi in t. I. p. 142.

Iohanne et Alexio impp. a. 1138-39.

parte meridiana terra monasterii S. Agathe at pupulum, sicuti terminus et lebata exfinat, de alio capite parte septentrionis terra ecclesie Ss. Iohannis et Pauli, unde bia et introytum habet memorata terra ipsius monasterii, que ibi est, sicuti lebata exfinat; et at memoratum intersicellum iterum coheret sibi de uno capite parte occidentis memorata petia de terra vendita, et de alio capite parte orientis est memorata bia publica, et de tertio latere parte meridiei terra memorati Iohannis Brancatio sicuti lebata exfinat, et de alio latere parte septentrionis terra memorate ecclesie Ss. Iohannis et Pauli. Et pro monasterii defensione dederunt et remiserunt eidem abbatisse Mobilie una chartula comparationis, seu et alia una chartula comparationis et cum alia una chartula commutationis. De quibus nihil *etc.* set a nunc et deinceps *etc.* et neque a memoratis venditoribus *etc.* Insuper omni tempore ipsi germani et posteri eorum illut antestare et defensare debeant, ipsa abbatissa et posteras eius memoratas tres chartulas ostendentibus; pro eo quod acceperant auri sol. 22 et medium de tarì ana 4 pro solido boni de Amalfi, unde memoratus Gregorius abet tres partes et memorati germani abent una quatra; pena vero in auri sol. 45 byth. Scriptum per Sergium filium d. Sergii Curialis. Actum per Sergium Curialem. Signum manus de memoratis germanis per absolutione memorati duci et secum abendo memoratum abbocatorem. Gregorius presbyter subscripsit. Sergius abbocatore subscripsit. Testes: Petrus filius d. Sergii per absolutione memorati duci. Sergius filius d. Petri per absolutione *etc.* et Petrus filius d. Petri per absolutione *etc.* — (*Notam. istrum. S. Marcellini*, p. 190). Minieri, *O. c. App.* n. 30.

(1138) **679**. Die 8 m. septembris ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 47, sed et Alexio porfirogenito m. i. eius filio an. 20. Petrona filia quidam d. Sergii Comite Maurone, cum consensu quidam d. Cesarii qui nominatur Sesincula eius viri, vendit d. Mire monache monasterii S. Gregorii, filie quidam d. Landolfi Caracculi et d. Sabe monache ipsius monasterii filie . . . . . . Cacapice, pectiam de terra positam in loco qui nominatur Calbiczano et dicitur ad tiburula, que terra divisa est in portiones, quarum una portio spectat quidam d. . . . . Spadaro, et coheret dicta terra cum aliis terris eiusdem monasterii S. Gregorii maioris et cum bonis heredum quidam d. Iohannis qui nominatur Lazzaro, et fuit d. Ursi qui nominatur Comite Maurone, et cum terra d. Iohannis filii d. Sicenolfi Comitis de Abelle, et hoc pro pretio auri solidorum 60 de tari ana quatuor tari per solidum dirícti novi de Amalfi pesanti, et pena costituta est auri solidorum 120 bizanzi. Actum per Cesarium tabularium. — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 24.

(1139) **680**. Die 20 m. martii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Iohannes porfirogenito m. i. an. 47, sed et Alesio porfirogenito eius filio m. i. an. 20. Luca et Maria Puleruli, uterini germani, filii q. d. Stephani qui nominatur Roncella et q. d. Trocta h. f., iugalium personarum, ipsi autem per absolutione de nobilioribus hominibus de regione S. Pauli maiori, et una secum habendo abocatorem eorum vid. d. Gregorio qui nominatur Sirrentino, filio q. d. Sergii, qui ipsi nobilioribus ominibus eis seu abocatoribus dederunt, eo quod non sunt perducti at legitima etate, similiter una cum consensu et voluntate de d.

Iohanne et Alexio impp. a. 1139.

rocta genitrice eorum , a presenti die vendiderunt et tradiderunt d. Iohannes cognomento Tribuno pardum, filio q. d. Gregorii qui iterum Tribuno pardu bocabat, postmodum vero monachus et q. d. Gaitelgaita ? iugalium personarum, idest integra tertia de integrum campu de terra campese que nominatur at fractula , posita in loco qui nominatur Panequoculum, una cum introitu suo et omnibus *etc.* pertinente eis per memoratum d. Stephanum genitorem eorum, et a memorato genitori suo pertinuit per firmissima chartula comparationis sue, quam fecit d. Iohannes qui nominatur Roncella thio eorum , et eidem pertinuit per firmissima chartula recetatiba per dispositum q. d. Marocte h. f. que fuit conius memorati d. Iohannis thii eorum comvenientie membrana scripta, quod ipse thius eorum exinde et de alio quod at memorato genitori eorum venundedit , quod in eorum reservaverunt potestate atprehensit da Gregorio qui nominatur Runcella et Iohannes et Sica h. f. uterinis germanis filiis q. d. Sergii qui nominatur Runcella qui fuit filio q. d. Gregorii qui iterum Roncella vocabat et de q. d. Gemma h. f. que nominatur de Sicule, post modum vero monacha, dudum iugales, et q. d. Marocta h. f. que nominatur Ganga, iugalium personarum, et de Stephano que nominatur Moccia et q. d. Sica h. f. que fuit filia q. Sergii qui nominatur Iuppari et q. d. Drosu h. f. que fuit filia memorati q. d. Gregorii Runcella et de memorata q. d. Gemma h. f. postmodum vero monacha, que nominatur de Sicule, iugalium personarum, hoc est exadelfis thiis et nepotibus, set memoratis germanis seu exadelfis thiis et nepotibus per absolutione gloriose potestatis d. Sergii in Dei nomine eminentissimi Consul et Dux atque Domini gratia magister militum , et una secum habendo abbocatorem d. Stephano qui nominatur Moccia, abio illorum memoratis uterinis germanis, filiis q. d. Sergii qui nominatur Moccia, filio q. Sergii Moccia bisabio eorum, quod ipsa gloriosa potestas ad eis abbocatorem dedit, propter quod non erant perducti in legitima etate, set ipsi uterini germani et germana, filii q. d. Sergii Runcella cum consensu et voluntate memorate d. Marocte, que nominatur Ganga, genitrice illorum, et memorati germani filii memorati quidem d. Seriig qui nominatur Moccia cum consensu et voluntate de memorato genitore illorum. Que vero ambe chartule aput eos remanserunt pro ipsu alium quod continebant, sed omni tempore ipsi et heredes eius illas ostendere et monstrare debeant at relegendum et affine faciendum ubique necessum fuerit. Etiam et ipsi dederunt unam chartulam comparationis de ex parte de ipsa terra, quam fecit Sergio Runcella, filio memorati q. d. Gregorii qui iterum Runcella vocabat et de memorata d. Gemma de Sicule, iugalium, una cum consensu memorate Marocte conius sua et cum consensu de memorata genitrice sua a nominata d. Marocta germana sua conius memorati quidem d. Iohannis Roncella thio eorum. Et ipsa tertia eorum, quam superius vendiderunt, indibisa reiacet cum reliqua alia una tertia que pertinet at heredes q. d. Stephani Murella, et cum reliqua alia una tertia que pertinet at heredes q. d. Iohanni Murella, parentibus de memorata d. Marocta conius memorati thii eorum. Et coheret sibi insimul memoratum campum ab uno latere est terra ecclesie S. Iohannis catholice maioris , ab alio latere terra de illi qui nominatur Scacta-

Iohanne et Alexio impp. a. **1139**.

mundu, ab uno capite est illu fossatu publici, et ab alio capite terra heredis q. d. Iohannis Tribuno pardum thii sui, postmodum vero monachi, et est per mensura rationabiliter mensuratu, modia quatuor et si super ipsu mensuratu his fuerit de modia 4, tunc superfluum venumdatum et traditum sit in anc venditione. De quibus nichil *etc.* set a presenti die *etc.* et neque a memoratis Luca et Maria *etc.* Insuper omni tempore illut antestare et defensare *etc.* propter quod acceperunt exinde auri tari 100 diricti boni de Amalfi pesanti ; pena in auri sol. 50 byth. Scriptum et actum per Iohannem Curialem. Signum manus de uterinis germanis per absolutione nobilioribus ominibus. Et hoc recordati sunt ut in ipso latere ubi est terra ecclesie S. Iohannis est iterum terra de illi marenarii qui nominatur Berzulu, et in ipso capite ubi est ipsa terra heredes memorati d. Iohanni Tribuno pardum et iterum terra (1). Testes : Iohannes Curialis per absolutione memoratis nobilioribus ominibus testi *etc.* Iohannes filius d. Gregorii per absolutione *etc.* et Sergius filius d. Iohannis per absolutione *etc.* Minieri, *O. c. App.* n. 32.

(1139) **681.** Die 20 m. magii ind. II. Neapoli. Imperante d. n. Iohanne porfirogenito m. i. an. 47, sed et Alexio eius filio porfirogenito m. i. an. 20. Divisio bonorum et agitur de portione que tetigit d. Cleogie ven. monache, filie quidem d. . . . . qui fuit Comes de Greci (2), relicte anteriori coniugi d. Petri qui nominatur Caracculo, per absolutionem quidam d. Sicelgarde ven. abbatisse monasterii S. Gregorii maioris, in cuius potestate est, que Cleogia habet a Iohanne Caracculo et Marino uterinis germanis, pro exadelfis nepotibus suis, filiis quidem d. Gregorii postmodum vero monachi qui vocabatur Caracculo et quedam d. Sicelgarde h. f. iugalium personarum , per absolutionem de nobilioribus hominibus de regione Nilo una secum habendo abocatorem quidem d. Iohannem cognomento Brancaczu exadelfo thio eorum, filio quidam d. . . . . . qui nominatur Brancaczo, quem ipsi nobiliores homines eis dederunt in abocatorem quia non sunt producti ad legittimam etatem, habuit dicta Cleogia pectiam de terra positam foris urbis huius civitatis et dicitur a frabica ; et coheret dicta terra cum terra hospitalis ecclesie S. Andree de regione Nilo (3), ab alia parte coheret cum terra dicti hospitalis et cum terra heredum d. Alferii Protonobilissimi et quidam d. Gregorii de Putheoli. Item tetigit ei alia pectia de terra sita ubi dicitur de illa rota, et coheret cum terra ecclesie S. Marie que dicitur nova (4) de regione Furcillense, ab alia parte cum terra d. Petri qni nominatur

(1) Vacuum heic in membrana relictum.

(2) Nescio an breviator heic recte viderit. Nusquam enim alibi occurrit Comes de Greci.

(3) Nunc *S. Marco dei tavernari* in vico *del Salvatore.*

(4) Huius ecclesiae situs ex cuiusdam instrumenti summario, quod heic subiicio, melius erui potest: " Die 14 m. februarii ind. XII. Neapoli. Imperante d. n. Frederico II. Romanorum magno imperatore an. 4, et rege Sicilie an. 27, et eius dominationis civitatis Neapolis an. 9, sed et Enrico eiua filio an. 4. (1124) Alfanus cognomento Melio filius d. Alfani Melio et d. Anne iugalium, et Iudecta filia d. Stefani Spadari et d. Purpore, cui viro suo fuit anterior coniux, iugales, promittunt d. Gregorio cognomento de Media, filio d. Bartholomaei de Media et d. Sicelgaite iugalium futuro genero eorum, cui promiseruut in uxorem Iacobam h. p. filiam eorum cum dote eiusdem domus dicti Alfani cum curte et puteo aque vive, cum alia domucella posita intus civ. Neapolis iuxta vicum publicum, qui nominatur Palatino, in quo est ecclesia S. Marie nove regione Portanobensi, et promittunt etiam pectiam terre dicti Alfani positam in loco qui nominatur S. Georgius ad Capitinianum parte foris flubeum et aliam pectiam terre que est dicte Iudecte positam in loco qui nominatur

Brancaczi de Funtanula, et ecclesie S. Marie que nominatur de illi Munduli (1). Item alia pectia de terra tetigit eidem sita in eodem loco et (2) inter testes Stefanus Incinillo, Petrus Maroganus et Petrus Lazzarus — *Notam. instrum. S. Gregorii* n. 48.

Risina ipsa parte foris flubeum. Item aliam pectiam terre dicti Alfani, que est campese, positam in loco qui nominatur Purclanum ipsa parte foris flubeum *etc.* Et coheret predicta domus a parte orientis cum ipsa ecclesia S. Marie nobe, et a parte occidentis cum domo d. Petri Apocefalo et cum domo d. Petri presbiteri sirrentino et cum alia domo dicti Alfani et cum domo d. Bartholomaei de dopno Mari. Pectia vero terre posita in loco S. Georgii ad Capitinianum coheret *etc.* cum terra ipsius ecclesie S. Georgii ad Capitinianum *etc.* Pectia vero posita in loco Risine *etc.* Pectia terre posita in loco Purclani coheret cum terra de illi Cutoni, cum terra d. Landolfi Crispani et cum illo flubeo qui nominatur Rubeolu. *Sed deficit finis* — *Summ. instr. S. Gregorii* n. 330 — Vicus igitur Palatino sive Palatinorum dictus in regione Portenovensi, ut ex hoc et ex aliis aevi sequioris instrumentis eruo, atque haud longe ab illo qui nunc *dei Miroballi* appellatur, ut ex *Actis Visit.* Hannib. de Capua an. 1580 arguo, olim extabat. In ipsis *Actis* enim memoratur domus *a la strata de li paladini e proprio faccefronte la loggetta de li Miroballi* (*Acta Visit. Paroch. maj.* f. 985) Quae cum ita sint ego dictum vicum illum esse censeo qui ex parte superiori septentrionem versus alium *dei Miroballo* continuat et *Vico Pensieri* appellatur. Cur autem in doc. anni 1139 ipse de regione Furcillense dicatur et an breviator instrumentorum S. Gregorii heic recte membranam legerit, nescio.

(1) Ecclesia S. Mariae de Mundulis memoratur in diplomate Ludovici Buczuti, archiepiscopi Neapolitani, sub dat. an. 1381 die 6 m. novembris ind. V, quo ipsam congregationi Hebdomadariorum S. Salvatoris veteris in ecclesia Neapolitana concedit atque perpetuo annectit. CHIOCCARELLI. *O. c.* p. 245 — Ex instr. die 17 eiusdem mensis et anni celebrato manu not. Laurentii de Manno, quod in *Actis Visitationis* ecclesiae cathedralis ab Hannibale de Capua an. 1580 peractae adnotatur, elicio hanc ecclesiam in platea S. Ianuarii ad Iaconiam extitisse. *Acta Visit.* f. 353.

(2) Nomen Curialis, qui instrumentum aut scripsit, aut complevit et absolvit, heic deesse haud miror; instrumentum enim divisionis quod apud Neapolitanos *notitia* sive *merissis* vocabatur, aliorum instrumentorum sollemnitatibus non indigebat, ita ut aliquando testium solummodo (*notitia testata*), aliquando ne testium quidem subscriptiones in eis videantur. At singulare prorsus est testes non a patris nomine, uti anteactis temporibus et usque ad totum fere saeculum XII mos fuit, sed a familiae cognomine designatos esse. Quam ob rem ego dubito quin breviator instrumentorum S. Gregorii, qui alioquin in eis exemplandis diligens fuit, et testes sine cognomine, cum membranae vetustatem ostendere vellet, saepe notavit, heic eos posteriori saeculo XIII in instrumento adscriptos fuisse, minime animadverteret.

APPENDIX

INSTRUMENTORUM ALIQUOT VEL OMISSORUM VEL AETATIS INCERTAE

682. In nomine domini nostri Ihesu Christi imperantibus (1) domino constantino magno imperatore anno nono decima (*die?*) mensis ianuario sexta indictione (2) Ideoque ego dominus iohannes gratia dei episcopum sancte sedis nolane bona enim mea boluntate per anc chartulam concabiabimus vobis garamu et salegrimu thii et nepoti de castello cicala unum campum propinquo casa vestra et ipsu campum qui habet finis de uno latere terra sancte marie et pertangit in terra iohanni et leoni pallaroli et de alio latere fine mea garamu de uno capite fine mea garamu et pertangit in terra sparanu casa orci de alio capite fine bia publica hec nominata terra qualiter finis eius predicte sunt et eum omnia intro se habentibus vobis garamu et salegrimu dedit at semper habendi et dominandi utendi fruendi comedendi faciendi omnia que nobis placuerit inferius et superius et ou biee de biis et anditi suis at introiendu exiendu totu et integrum dedit vobis illut in concabio unde bero at bicem dedisti mihi due clusure prima propiquo at circlum alia ubi dicitur at carolone unde obligo me qui supra nominato dominus iohannes gratia dei episcopum obligo et meis posteris vobis nominati garamu et salegrimum et at vestris eredibus et nostras bicariationes ut super legitur ab omnibus hominibus antistare et defendere promittimus aut si nos ipsu superscriptu concabiu remobere aut dirrumpere quesierimus per quocuque modo obligo qui supra nominato dominus iohannes gratia dei episcopum obligamus et nostris posteris at vobis nominati garamu et salegrimu et at vestris eredibus at componendu biginti solidi costantiniani et unde super scriptum con- (918)

(1) Sic in membrana; neque aliter in alia etiam Nolana anni 1038, quam supra n. 469 edidi, ubi ex errore tipothetae, imperante impressum fuit.

(2) De epocha hujus instrumenti diu multumque anceps fui. Olim enim putaveram Constantinum hunc non alium esse nisi qui Ducas dictus, et annum eiusdem nonum cum ind. VI in mense ianuario coniunctum ad annum aerae vulgaris 1068 referri debere. Nam quamvis ipse tunc, post imperii annos septem et menses sex, iam mortem obiisset, tamen, uti alias notavi, a quibusdam sive chronographis sive notariis annus primus Romani Diogenis, qui, nulla de filiorum Constantini semestri imperio ratione habita, eidem successit, in ind. VII scil. in anno 1069 collocatus fuit. At negotium facessit quin ego opinionem hanc sequerer agnominis Ducas, quod in aliis chartis sive Neapolitanis sive Appulis, a me usque adhuc visis, semper occurrit, heic defectus. In opinionem igitur ductus fui, ut instrumenti notas, cum nulli alio convenire possint, ad Constantinum porphyrogenitum tribuerem, in quem et annus imperii et indictio VI apte conspirant. Tantummodo aliquam difficultatem movet mensis ianuarius, cum non ante martium Constantinus imperator coronatus fuerit. Sed facile mihi videtur notarium ab initio anni graecanici, scil. a septembri antecedenti, vel ab initio anni vulgaris epocham eiusdem supputavisse. Neque huic sententiae alia, quae in documento habentur, officiunt. Nam et membranae caracteres saeculo X propius accedunt, et inter Leonem (c. an. 900) et Iohannem III? (an. 939) in Nolanorum episcoporum serie plurium annorum hiatus patet. Cf. UGHELLI, *O. c.* VI, 254 et REMONDINI, *Mem. stor. di Nola* t. III p. 103.

cambiu ut super legitur firmu permaneat in perpetuis temporibus beruntamen recordati sumus de ista chartula de concabiu quot fecimus dominus iohannes gratia dei episcopum quot ante os annos ipsu castello ardebit et nos renobabimus sie omni ammaricatione quam et te leo presbiteru et notarius scribere rogabimus actu nola ✝ eggo qui supra iohannes gratia dei episcopus ✝ ego petrus archidiaconus ✝ ego gregorius primicerius — Ex autographo in membranis ad monasterium Montis virginis pertinentibus in magno neapolitano archivo.

(972) **683.** Die 20 m. decembris ind. II. (l. I.) Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 13, sed et Constantino eius fratre m. i. an. 10. Congregatio monachorum monasterii S. Sebastiani de Neapoli locavit et concessit Maraldo filio q. Iohannis integram petiam unam terre ad ipsam congregationem spectantem, positam in loco qui nominatur tertium in campo de Lucia una cum arboribus sibi pertinentibus, que hos habet fines: de uno latere parte septentrionis est terra ecclesie S. Georgii catholice maioris sicut inter se terminus exfinat et ab ipso latere est de longitudine passi 104, et ab alio latere parte meridiei est alia petia suprascripti monasterii reservata in ipsius potestate et habet ab inde de latitudine passi 104, et ab uno capite parte orientis est terra eiusdem monasterii S. Sebastiani reservata ut supra, ubi est palmentum fabritum et uxitorius ac puteus aque vive simul pertinentis ipsi monasterio reservata in potestate ipsius monasterii et habet ab inde de latitudine passus 32, et ab alio capite parte occidentis est via publica et habet de latitudine ex ipso capite passus 32; et debet dare et respondere ipsi monasterio omni anno de fructibus omnibus et seminibus inferioribus et superioribus ac de vino integram medietatem et reliqua medietas est ipsius Maraldi et est signatum tali signo; CCLXXXVII.— *Summarium instr. S. Sebastiani* fol. 144.

(1011) **684.** Die 17 m. ianuarii ind. IX. Neapoli. Imperante d. n. Basilio m. i. an. 51, sed et Constantino m. i. an. 48. Eufimia filia q. Allegretti vendidit et tradidit d. Petro abbati S. Gregorii siti vero ad Cimbeu (m), regionis furcillense integram terram suam positam vero in loco qui vocatur tertium et cum integra clausura sua de ante et iuxta eamdem terram insimul cum arboribus introitu suo et pertinentiis omnibus, et hoc habet fines, a quatuor partibus terras ipsius monasterii. Et est signatum tali signo CCVIIII.— *Summarium instr. S. Sebastiani* p. 120.

(1011) **685.** Die 9 m. septembris ind. X. Neapoli. Imperante d. m. Alexio (Basilio) m. i. an. 52 sed et Constantino m. i, fratre eius an. 49. Palumbus cognomine Causamala filius q. Iohannis et Rogata coniuges habitatores Summae locaverunt Stephano Russo usque ad annos quatuor pro tarenis 24, quandam eorum terram, quae vocatur ad castanietum positam in suprascripto loco Summae, una cum arboribus et introitu suo, quae hos habet fines ab una parte est terra quam suprascripti coniuges eidem Stephano Russo de antea infiduciatum habent, et terra Ciciri de suprascripti loco, et ab alio la-

(m) Alibi dicitur S. Gregorius ad regionarium. De eo egi in praefatione.

Appendix.

tere ipsorum coniugii de uno capite terra Stephani Sicurdi de suprascripto loco, et ab alio capite terra Petri Gimnarii de suprascripto loco. Et est signatum tali signo. CXVII. — *Summarium instr. S. Sebastiani* fol. 97 v.

686. In nomine domini dei Salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro iohannes porfirogenito magno imperatore anno quadragesimo sed et alexio porfirogenito magno imperatore eius filio anno tertio decimo die nona decima mensis . . . . . indictione. . . . . Neapoli. Certum est nos . . . . uterinis germanis filiis quondam domini petri clerici qui vocatur . . . . . . iugalium personarum et roperto qui nominatur . . . . . (1) (1132)

. . . .

A presenti die promptissima voluntate . . . . domino marino qui vocatur . . . . filium quondam domini iohannis. . . . . iugalium personarum: Id est integra corrigiola de terra nostra posita in loco qui vocatur babulie et dicitur a turicli: una cum arboribus et fructoras suas et quantu ad hoc pertinet de palmentu et subsceptorium suum. . . . . simul comune et cum introitu suum et omnibus eis pertinentibus pertinente vero nobis per memorato genitore et abia nostra: et coheret at memorata integra corrigiola de memorata terra que superius tibi venumdedimus cum homnibus sibi pertinentibus ut super legitur. de uno capite parte occidentis que fuit bia publici betere et abet ibidem de latitudine passi duos et de alio capite parte horientis est terra de trocta que vocatur boffa exadelfa nepoti tua conius petro qui vocatur farafalla sicuti . . . . . exfinat et abet ibidem de latitudine passi sex et a parte meridiei est terra tua et abet ibidem de longitudine passi triginta tres et a parte septentrionis est terra sicuti inter se exfinat et abet ibidem de longitudines passi memorati vero homnes passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: de quibus nihil *etc.* in omnem decisione seum deliberatione id est auri tari viginti diricti boni de amalphi pesanti sicut inter nobis combenit. si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus auri solidos decem bithianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus iohanni curialis per memorata indictione oc signum ✝ manus memorato petro clerico rogatus pro ei subscripsi et memorati tari traditos vidi. ✝ ego iohannes rogatus testi subscripsi per absolutionem memorati ducis et memorati tari traditos vidi. ✝ ego leone rogatus testi subscripsi per absolutionem memorati ducis et memorati tari traditos vidi. ✝ ego iohannes curialis testi subscripsi per absolutionem memorati ducis et memorati tari traditos vidi ✝ ego iohannes curialis complevi et absolvi per memorata indictione. — Ex membrana originali olim in monasterio Ss. Petri et Sebastiani, sub. n. 280, nunc in Regio Neapolitano Archivo adservata.

687. Die 13 m. aprilis ind. XII. Neapoli. Makarius humilis ygumenus (2) congregationis monachorum Ss. Teodori et Sebastiani, que appellatur casapicta, dedit et tradidit a presenti die et cuntis vite sue Iona monacho filius da . . . . . . de Monopoli: ecclesia iuris memorati monasterii in ruinis posita vocabulo S. Bincenti Christi martiris

(1) Heic membrana ab aqua et situ foedata omnino legi nequit.

(2) Habetur hic *igumenus* in instrumentis annorum 917 et 921 V. supra nn. 2 et 9. Documentum igitur ad ea tempora, et, ob ind. XII in ipso notatam, verisimiliter ad an. 924 referendum est.

Appendix.

sita in insula maris (1) non procul a Kastro Lucullo, una cum ipsa insula, qualiter et omni parte fini . . . . . ut in sua sit potestate tenendi et dominandi *etc.* et nunquam presummet eum exinde expellere nec quod absit quolivet sacerdotem vel clericum aut monachum ividem super eum ponere. Post vero suum transitum in eiusdem Makarii posterisque suis et in memorato monasterio rebertantur potestate, una cum omnem paratum et hedificium quod ivi fecerit. Si autem contra hanc chartulam venire presumserit *etc.* componat auri sol. 12 byt. Scriptum per Gregorium scriniarium discipulo domini Leoni primarii, actum per Leonem primarium. μαχαριους ηγουμενους σου. i. e. *Macarius igumenus subscripsi.* Testes : ΔΟΜΕΤΙΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΙΟΑΝΝΙ *etc.* i. e. *Dometius filius d. Ioanni*, ΜΑΡΙΝΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΙΟΑΝΝΙ *etc.* i. e. *Marinus filius d. Ioanni*, ΙΟΑΝΝΕΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΕΟΥΣΤΡΑΤΙΙ *etc.* i. e. *Ioannes filius d. Eustratii* — R. N. A. M. t. VI, p. 218.

688. Die 7 m. magii ind. VII. Neapoli. Sabbatinus monachus, qui modo Simeon bocatur, offert d. Benedicto Igumeno (2) suo congregationis monachorum Ss. Sergii et Bachi, qui nunc *etc.* integras tres petias de terras que sunt suas et fuerunt de quodam Silbino monacho uterino germano, que ipse sibi reliquid, posite vero at S. Benedictum in territorio padulano, quas sunt nominatibe: prima petia que vocatur petia longa, secunda que vocatur at illa ficulnea, tertia que nominatur at tribeum de metio cani unde nichil sibi reserbavit, una cum arboribus *etc.* et neque a se suprascripto Sabbatino *etc.* et si aliter fecerit componat poene nomine auri sol. 20 byth. Scriptum et actum per Leone curialis. Signum manus suprascripto Sabbatino monacho. Testes: ΙΟΑΝΝΕC ΦΙΛΙΥC ΔΝ ΑΠΠΙ *etc.* i. e. *Ioannes filius d. Appi*, ΜΑΡΙΝΥC ΦΙΛΙΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΤΡΒ *etc.* i. e. *Marinus filius d. Petri tribuni* et ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ ΠΡΦ *etc.* i. e. *Petrus filius d. Gregorii praefecti* (3) — R. N. A. M. t. VI, p. 213.

689. Die 11 m. martii ind. X. Neapoli. Imperante d. n. . . . . m. i. . . . . Martinus et Iohannes uterini germani filii q. Petri primicerii et Andreas, et Petrus uterini germani filii q. Stephani, hoc est thij, et nepotes habitatores in loco qui vocatur Arcupincto promiserunt d. Igumeno monasterii sancti Sebastiani de Neapoli propter integrum campum maiorem de terra ipsius monasterii qui vocatur fossaceca positam in loco qui vocatur . . . . cum integris intersicis suis maioribus ibidem in capite coniunctis a parte meridiana, iuxta illam viam veterem publicam, una cum arboribus et intersicis suis et omnibus sibi pertinentibus, et ipse campus hos habet fines, ab uno latere parte orientis est terra haeredum domini Caesarii de Arcu, et terra haeredum de illis Carazulis, de alio latere parte occidentis ad supradictum cam-

(1) De hac insula vide quae CHIARITO, *O. c.* p. 185 disseruit et documenta, quae supra summavi, in p. 431 et in not. (1).

(2) In instrumentis ab an. 931 ad an. 951 invenio Benedictum *ygumenum*, V. supra nn. 18 et 72. Documentum hoc igitur ad ea tempora et vel ad an. 934 vel ad an. 949 referendum est.

(3) Male in editis ΠΡΒ i. e. *presbyteri*.

Appendix.

pum et ad supradictum intersicum est terra supradictorum haeredum de ipsis Carazulis, seu est terra de aliis hominibus qui ibidem atfines sunt, de uno capite parte septentrionis terra haeredum d. Caesarii Sinicula, et terra haeredum d. Marini Gaietani, seu et terra de illa murula, et de aliis hominibus, qui ibidem atfines sunt, et de alio capite parte meridiana est terra ecclesie sancti Thome de Capuana. Et ad supradictum intersicum est finis supradicta vetere bia publica, ut superius dicitur, et a parte septentrionis est supradictus campus maior ipsius monasterii ut supra legitur, et a parte orientis est terra d. Caesarii Appiani qui est in supradicta via vetere publica et qualiter ex inde ipsa vetere via publica vadit usque in aliam viam publicam. Quem quidem campum cum intersicu et eius introito et omnibus sibi pertinentibus datum ut supra promiserunt dicti locatarii pro se, et eorum haeredibus bone et diligenter cultivare et dare, et respondere terraticum omni anno in sancta Maria de mense augusto tritici modia viginti quinque, nec non et omni anno unum bonum carrum de palea nova et insuper quantum vinum Deus ibidem dederit mustum et saccapannatum dividatur inter ipsas partes, videlicet medietas sit ipsius monasterii et reliqua praefatorum locatariorum et suorum haeredum, et monasterium tenetur mittere omni anno tempore messium et vendemiarum homines duos unum ad campum, et alium ad palmentum, et ipsi locatarii vel eorum haeredes teneantur nutrire illos et caballum eorum prout iuxtum fuerit. Et omnes fructus quos deus dederit ibidem per medietatem dividantur, una medietas sit monasterii, et alia praefatorum. Et est signatum tali signo CCCLXXXXIIII. — *Summarium instr. S. Sebast.* fol. 181.

690. Die 4 m. ianuarii ind. XII. Neapoli. Sergius qui nominatur Mannaruli convenit cum d. Marino qui nominatur Caputo filio quidam d. Sergii Caputi et quedam d. Anne que nominatur Sisinella per absolutionem gloriose potestate d. Iohannis Consulis et Ducis atque Domini gratia magistri militum et imperialis protosebasti (a) habendo abocatorem quidam d. Sergium qui nominatur Spatharo filium quidam d. Sergii per ipsam gloriosam potestatem eo quod non est productis ad legitimam etatem de quodam terra mensurata ad passum ferreum S. N. E. sita in loco Calbeczani; et coheret cum terra S. Agate de vico qui nominatur sancta Iulianes, cum terra monasterii S. Ianuarii Christi sacerdotis et martiris atque pontifices, cum terra Iohannis qui nominatur Carbania, filii quidam d. Ursi Carbania; quam terram ipse Sergius vendit predicto Marino pro sol. auri 5 boni diricti et pesanti de Amalfi ana 4 tari per solidum. Nunc autem dictus Sergius vendit eamdem terram d. Iohanni qui nominatur Carbania, que posita est in dicto loco Calbeczani, ubi dicitur ad Granianum, et pena controventionis statuta est in auri sol. 10 biz. Actum per Gregorium Curialem et testes subscripti sunt Sergius filius d. Sergii et Iohannes filius d. Gregorii — *Notam. instr. S. Gregorii* n. 43.


(a) Is est Iohannes VI, qui ducatum rexit ab an. 1107 ad an. 1123, et protosebastis dignitatem, qua ipse in hoc instrumento exornatur, habuit Cf. t. I, p. 136.

CORRIGENDA ET ADDENDA


P.	24 (not.)	col. 1	lin. 1	infra n. 65	*lege*	infra n. 70
„	„	„ 1	„ 17	in istacium *ex mala lectione Sabbatinii*	„	in ista civitate
„	37	„ 2	„ 10	que in febudeliu (*sic*) et illi Caraeculi	„	que in febu (*feudum*) detinent illi Caracculi
„	38	„ 1	„ 3	V. infra n. 299	„	V infra n 292
„	40	„ 1	„ 2	nn. 47, 102 et 110	„	nn. 47, 102 et 116
„	54		„ 4	Iohannes presbiter	„	Iohannes presbyter
„	59		„ 19	Iohanne	„	Ioanne
„	61		„ 4	Campul	„	Campuli
„	61		„ 21	Archipresbiter	„	Archipresbyter
„	84		„ 39	d. Stephani monachi		conius q. d. Stephani monachi
„	85		„ 9	p. 25	„	p. 85
„	86		„ 23	*post* primarium	*adde*	Signum manus Anne religiose femine
„	88		„ 7	postarius	*lege*	portarius
„	92		„ 20	Gregorio abbati monasterii S. Sebastiani	„	Sergio abbati *etc. Is enim eo tempore erat abbas S. Sebastiani*
„	109 (not.)	col. 1	„ 2	(867)	„	(967)
„	113		„ 23		*adde*	(Christe fave)
„	115		„ 9		„	(Christe fave)
„	123		„ 18	*post* curialem	„	Signum manus memorati Stephani
„	124		„ 32	*post* curialem	„	Signum manus *ut supra*
„	128		„ 11	Scriptum per Petrum Curialem	*lege*	Scriptum et actum per Petrum curialem
„	129		„ 19	Cisanum	„	Ciranum, *ut alibi. Cf. doc. n. 247*
„			„ 13	*(tertius testis non subscripsit otc.)*	„	Stefanus filius d. Petri (*Curialis instr. non completit*)
„	135		„ 8	*post* Curialem	*adde*	Signum manus memorata Gemma
„	138		„ 21	nepos	*lege*	nepotes
„	„		„ 34	*post* Curialem	*adde*	Signum manus Leoni et Gregorii iugalium—Signum manus Ursi hoc est thio et nepotes
„	161		„ 26		„	(Christe fave)
„	155		„ 28		„	(Christe fave)
„	„		„ 8	*post* tabularium	„	Signum manus memorato Atitii
„	172		„ 32	*post* Curialem	„	Signum manus memorato urso
„	„		„ 35	*In initio documenti*	„	(Christe fave)
„	174		„ 27	I ianuarii	*lege*	b ianuarii
„	182 (not.)	col. 2	„ 3	tractuori	„	tractuoria
„	183		„ 16	liber comte est complitum viventum	„	liber commite est complitum circuitum totum annum
„	184		„ ult.	decultata	„	decurtata
„	200		„ 20	loco Pli	„	loco Puli
„	„		„ 35	antiportatu	„	anteparata
„	204		„ 5	*post* curialem	*adde*	Signum manus memorati jugales
„	215		„ 13	q. d. Mastali	*lege*	quidem d. Mastali
„	228		„ 26	*post* tabularium	*adde*	Signum manus memorati Stephano presbytero
„	232		„ 5	belereata	*lege*	relebata
„	235 (not.)	col. 1			„	*dele hanc notam. Iohannes dux, de quo in instr. loquitur, non est IV* (977-999), *sed III* (928-969); *eo enim tempore abbas S. Sebastiani, erat Iohannes, qui itidem in hoc instr. memoratur*

P. 249	lin. 7 der	*lege*	per
» 251	„ 12 (1021)	„	(1025)
„ 254	„ 17 (13)	„	(2)
„ „	„ 34 (14)	„	(3)
„ 260	„ 38 memoratum molinum cum aquis *etc.*	„	memoratum molinum cum aquis *etc.* et cum omnibus pertinentiis suis. *In charta paricla, legitur:* memoratum ortum cum aquis *etc.*
„ 264	„ 33 *post* Iohanne	*adde*	Signum manus Sergio
„ 271	„ 42 seminaber	*lege*	seminaberit
„ 272	„ 9 Neapoli. d. n.	„	Neapoli. Imperante d. n.
„ 276	„ 4 que appellatur Cappelle	„	que appellatur at Cappelle
„ 278	„ 6 Martinus presbiter	„	Martinus presbyter
„ 279	„ 13 filius d. Iohannis	„	filius q. d. Iohannis
„ „	„ 26 usuras	„	vestras
„ „	„ 33 notarii	„	scriptoris
„ 289	„ 8	„	
„ „	„ 9	„	
„ 292	„ ult. Stephanus	„	Stefanus
„ 293	„ 29	„	*dele punctos; nomen deest in membrana*
„ „	„ 42 g	„	q
„ 296	„ 6 scriniarum	„	scriniarium
„ 305	„ 8 Masi sarii	„	Massarii
„ „	„ 15 *post* Curialem	*adde*	Signum manus memorati Sergii
„ 308	„ 38 herebibus	*lege*	haeredibus
„ 311	„ 3 *post* Curialem	*adde*	Signum manus Gregorio et Iohanne de Cancello distributore memorati Iohannis
„ „ (not.) col. 1	„ 1 p. 267	*lege*	p. 287
„ 314	„ 18 nomen	„	nomine
„ 325	„ 8 Protosevasto e prn	„	Protesevasto pro
„ 338	„ 18 d. Petri	„	S. Petri
„ „	„ 27 parte meridiana	„	parte septentrionis
„ 340	4 13 *post* curialem	*adde*	Signum Gregorii qui nominatur inferno. Testes *etc.*
„ 341	„ 9 „ „	„	Signum manus memorati thio et nepote
„ 346	„ 11 Iacovs	„	Iacovus
„ 355	„ 16 Casacculo	„	Caracculo
„ 373	„ „ Iohannes curialis scriniarius	*lege*	Iohannes scriniarius
„ 374	„ 25 Dei nomine	„	in Dei nomine
„ „	„ 29 Gaete	„	Gaite
„ 377	„ 5 platea publica et abinde	*lege*	platea publica qui badit ad pretorium istius civitatis et abinde
„ „	„ 11 *post* iohannem curialem	*adde*	Signum manus iohannis clerici et gregorii uterinis germanis cum consensu de genitrice illorum
„ „	„ 11 Stephanus clericus subscripsit	*lege*	Iohannes clericus subscripsit
„ 378	„ 4 de Pistasio	„	da Pistasio
„ „	„ 29 fuit	„	fuerit
„ 379	„ 2 Scriptum et actum per Gregorium curialem	„	Scriptum per Sergium scriniarium discipulum d. Gregorii Curialis, actum per Gregorium Curialem
„ 402	„ 35 *post* Normanni	*adde*	Testes: Iohannes filius d. Iohannis, Gregorius filius d. Iohannis et Petrus filius d. Sergii.


Postremi versus ex instrumento a. 1065 cum subscriptionibus Sergii ducis, abbatis ac monachorum S. Salvatoris in insula maris et testium ac absolutione curialis Tab. IV.

Johs humilis abb sub
Johs humilis mon sub
humilis mon sub
Maenso humilis mon sub

Postremi versus instrumenti a. 1120 cum subscriptionibus Johannis ducis, et testium, ac absolutione curialis




Initium et finis diplomatis a. 1131, a Sergio, ultimo Neapolis duci, dati monasterio SS. Severini et Sossii cum eiusdem Sergii subscriptione — Tab. XI





Avv. Nicola Barone Dis. — Lit. [illegible]

Epitaphium Theodori consulis et ducis (718_729) Neapoli in ecclesia S. Mariæ, vulgo Donnaromita, adhuc exstans.



Cromolit. Steeger

MONUMENTI STORICI SERIE 2.ª DOCUMENTI

SOCIETÀ NAPOLETANA DI STORIA PATRIA

MONUMENTA
AD
NEAPOLITANI
DUCATUS
HISTORIAM PERTINENTIA

VOLUME II.

PARTE I.

NAPOLI
PRESSO LA SOCIETÀ, PIAZZA DANTE 93.
Mdccclxxxv

R. STABILIMENTO TIPOGRAFICO
Comm. FRANCESCO GIANNINI & Figli
Cisterna dell' Olio, 4 a 7
NAPOLI

Si vende presso la Società, Piazza Dante 93 -
e presso il libraio F. Furchheim, Piazza Martiri 59

Prezzo L. 45